DISSERTATIONES

PHILOLOGICAE HALENSES

VOL. XVII

HALIS SAXONUM

MAX NIEMEYER

MCMVII

INDEX DISSERTATIONUM.

ADOLPHUS LOERCHER

DE COMPOSITIONE ET FONTE LIBRI CICERONIS, QUI EST DE FATO

MEMORIAE

FRIDERICI BLASS

ET

GUILELMI DITTENBERGER

SACRUM

PAULUS MELCHER:

DE SERMONE EPICTETEO QUIBUS REBUS AB ATTICA REGULA DISCEDAT

FRIDERICO ALY
FRIDERICO BLASS

SACRUM

Praefatio.

„Πάροδός ἐστι καὶ ἕως τὸ πλοῖον μισθούμεθα, δυνάμεθα καὶ Ἐπίκτητον ἰδεῖν· ἴδωμεν, τίποτε λέγει.“ εἶτ᾽ ἐξελθὼν „οὐδὲν ἦν ὁ Ἐπίκτητος.“ τίνος γὰρ ἄλλου κριταὶ εἰσέρχεσθε;

His verbis Epictetus eos reprehendit,[1]) qui quasi in transitu philosophi clarissimi orationem acutam ac politam veniebant audituri, non suos mores correcturi. Sed illi in hoc certe non erraverunt, quod sermonem Epicteteum ut minus elegantem neque arte compositum reprehenderunt. Et quamquam dubium est, utrum illi in eo offenderint, quod usum elegantem illius aetatis, an in eo, quod Atthidem non imitaretur, nos, quibus non nisi Atticus sermo penitus notus est, hac norma usi Epicteteam consuetudinem cognoscere debemus. Et ab hoc quibus rebus discesserit, singillatim definire et in lucem proferre mihi proposui. Sed antea generaliter de hac re disseram.

Ac primum quidem plane Atticorum in modum flectuntur nomina minutiis quibusdam exceptis; neque aliter iudicandum est de numeralibus et in universum de pronominibus; neque enim amplius pluralis reflexivorum priscus legitur, sed in omnibus personis comparet forma ἑαυτῶν, ἑαυτοῖς etc., atque ut ὅδε rarius exstat quam οὗτος, ita minime obsolevit. Tum eo Epictetus ab usu N. T. alienus ac Atticis similior videtur esse, quod gradus superlativus frequenter invenitur nec ubique pro elativo habendus est; et frustra quaeritur locus, quo comparativus pro superlativo positus sit; quin etiam interdum sunt formae graduum comparationis,

[1]) Epict. diss. III 9, 14.

quas a philosopho fictas esse verisimile est.[1]) Numerosissimae vero sunt mutationes in verbis declinandis. Quod ad particulas attinet, duabus rebus Epicteti ab Attico sermone aequalium in modum discedit; primum minutus est particularum, quae olim erant in usu, numerus; tum paucis illis, quas retinuit, multo rarius utitur; sed contra nonnulla vocabula in lingua huius aetatis vim particularum acceperunt, cuius translationis etiam in Epicteto complura exempla sunt. Similiter occurrunt quaedam adverbia, quorum nulla exsistunt exemplaria Attica. Iam pluribus disserendum erit de denominativis, atque de vocabulis compositis; quibus ex capitibus maxime, quantum sermo Epicteti philosophi Stoici differat a Novi Testamenti consuetudine, apparebit. Neque aliter res se habet in iis vocibus, quarum vis a philosophis mutata est, cum ceterae notiones, quae ab Atthide abhorrent, communi vel volgari debeantur linguae. Vocabula quoque non pauca ab ea ex variis dialectis Graecis, vel etiam barbaris linguis maxime Romana recepta esse constat eaque ne in his quidem scriptis desunt.

Deinde in verborum constructione totaque eloquendi ratione illa aetate Graecae linguae et vim et acumen deminuta esse e duabus rebus intellegitur. Primum enim, cum praesertim Attici scriptores et participiis et infinitivis membra artius coagmentare soleant, Epicteti consuetudo contraria est, qui sententias primarias secundariis hasque participiis praeferre et pro casu simplici vocabulum cum praepositione adhibere consueverit. Tum praepositiones frequenter confunduntur et scribuntur pro *ἐν εἰς,* pro *εἰς ἐν,* pro *ἐξ* et *ὑπό* et *παρὰ;* similia fiunt in particulis; *ἵνα* saepius vim coniunctionum *ὅπως, ὥστε, ἐφ' ᾧτε,* tum *πῶς* coniunctionis *ὅτι* exhibent; deinde *μή* crebrius occurrit, quam in libris Atticis; nam indicativo tantum subiungitur *οὐ,* exempla autem, quibus ceteri modi non *μή* asciscant, rariora sunt; sed etiam *ὅτι μή, ἐπεὶ μή* scripsit Arrianus; vice versa interdum *εἰ οὐ* legitur: itemque in enuntiatis relativis, in quibus Attici *μή* usurpabant, *οὐ* comparet. In usu modorum verbi Arrianum non ubique dialectum volgarem, sed crebro Atticam secutum esse

---

[1]) *φευκτότερος, ἀναποτευκτότερον, ἀπεριπτώτερον, περιεκτικώτατον.*

vidimus; inde optativus modo per plura capita frustra quaeritur, modo legitur cumulate plerumque ἂν addito. Indicativus futuri et subiunctivus aoristi, quorum formae activae medialesque paulum inter se differunt, in omnibus verbi generibus confunduntur, cuius tamen usus pauca sunt exempla.

Iam postquam structuram sermonis Epictetei, quibus rebus ab Attico discesserit, in universum consideravimus, quaestio oritur, quam rationem habuerit ad consuetudinem illius aetatis. Ac inde, quod Epictetus servus ex plebe ortus erat, volgari lingua eum usum esse colligi potest. Cui omnia ea tribuere poterimus, quae aliunde fluxisse non verisimile sit. Duo vero externi fontes indagari possunt, scriptores Attici et schola Stoica.

Ac primum quidem sermonis Attici vestigia inesse dissertationibus multa, vel propterea verisimile non videtur, quod orationem expolire minime studuit; sed accedunt res duae. Etenim accusat rhetores, qui verba Xenophontea corrigere cupiant, summam dictorum neglegant.[1] Deinde si quis sententias Platonis Xenophontisque ab Epicteto laudatas comparaverit cum verbis genuinis, quantopere commutatae sint, videbit, ut saepe ab Attico sermone plane alienae sint. Et ne ut legeret quidem omnes libros Atticos operam dedit; sed qui ei erant noti, tum omnium erant in manibus.[2] Eodem modo scripta Stoicorum fere omnia neglexisse videtur, cum verba, quae Zenonem, Chrysippum, Socratem dicentes facit, nihil inter se differre soleant. Et Stoicorum recentiorum, Panaetii Posidoniique ne nomina quidem ei nota erant. Quare quod tamen multis Stoicorum appellationibus, quamquam non satis distincte, utitur, id magis Rufi praeceptoris institutioni, quam libris Stoicorum principum deberi videtur.

Sed Epictetus ipse dissertationes non conscripsit. Itaque considerari oportet, num Arrianus ad verbum praeceptoris tradiderit sermones. Is, cum scholam Epicteti adiit, annum vigesimum agebat; iuvenem nobilem elegantiore sermone uti debuisse quam servum negari non potest; inde ut non ex industria interdum verba magistri mutaret, fieri potuit; neque vero perpolivit,

[1]) III 23, 20.

[2]) Plat. Ap., Crit., Alcib. I., Phaedon, Soph., Resp., Prot., Gorg., Theaet.; Xen. Comm., Inst. Cyr., Hell.

quod ex epistula ad Lucium Gellium data apparet; qua se ipsum dissertationes publici iuris non fecisse, sed se invito eas editas esse dicit. Librum vero manualem ab Arriano diligenter conscriptum esse Schenklius nuper contendit, qui comparavit c. 29 enchiridii cum diss. III 15.[1]) Et, quamquam de verbis genuinis enchiridii nihil certe diiudicari potest, quod adhuc „iusta recensione caret“ atque „Arrianum consulto multa in enchiridio aliter atque in dissertationibus scripsisse vel tardissimus quisque intelleget“, tamen Epictetum in enchiridio non Attici, sed usus elegantis suae aetatis imitatorem fuisse constat ex plurimis rebus. Atticum sermonem sequi Arrianus multo serius coepit.[2])

Iam omnia puto esse enumerata, quibus effectum est, ut sermo Epictetus paulum abhorreret a lingua volgari.

---

[1]) Praef. editionis 1894, p. LV sqq.

[2]) Omnia, quae praeter dissertationes earumque fragmenta et enchiridion tradita habemus quasi Epictetea, alienam exhibent dicendi rationem; quare uncinis inclusi, quae ex gnomologia Stobaeana etc. repetivi, ne obscura fierent, quae de consuetudine Epictetea certa haberi possunt.

§ 1.

De nominum et adiectivorum declinatione quae pauca sunt commemoranda, in unam congessi paragraphum.

Formae numeri dualis nusquam in Arriani scriptis Epicteteis comparent.

Propriorum nominum Romanorum Doricae dialecti modo in -ᾱ effertur genitivus singularis: *Γάλβα* III 15, 14, *Σούρα* III 17, 4.

Accusativum pluralis *ἰχθύας*, qui inde a saeculo quarto legitur, habes IV 1, 31.

Pro *τὸ ζυγὸν* inde a Polybio *ὁ ζυγός* legitur; ideoque, cum novies vel decies in dissertationibus tradita sit forma *ὁ ζυγός*, Schenklio dubitare licebat,[1]) an II 11, 22 pro *τὸ ζυγὸν* deminutivum *τὸ ζυγίον* scriptum esse ab Arriano existimemus. Idem vero quod II 1, 15—18 saepius Platonis vocabulo *τὰ μορμολύκεια* dicit, fortasse scribarum error est.

Attica vox *ἡ ἄσβολος* [Ar. Thesm. 254, cf. Lob. ad Phryn. 113] III 16, 3 in *ἡ ἀσβόλη* mutata est, quam formam communis esse linguae, quam vocant *κοινήν*, Moeris [p. 11] docet. [Comparet vocabulum praeterea apud Al. Aphr., Dioscor., Geop. etc.]

Adiectivum *παραπλήσιος* femininam formam peculiarem non praebet I 6, 18; idem fit prisca aetate apud Herodotum, recentiore apud Polybium et Strabonem.

Vocalium correptioni, quae saeculis inferioribus in substantivis bisyllabis, quae in -*μα* exeunt, orta est, debetur: *πόμα* pro *πῶμα* I 16, 1 E 33, 2.7; inde etiam *κρίμα* pro *κρῖμα* IV 12, 10 II 15, 8 [S_0 *κρῖμα.*] scribendum est.

---

[1]) in ind. s. v. *ζυγόν*.

Ὑγίεια invenitur I 22, 12 II 17, 24; 19, 13 et 32 [III 21, 16] IV 8, 29 [A 2]; scripturam recentiorem *ὑγεία* sive rectius *ὑγεῖα* littera *ι* ante diphthongum *ει* sublata habes I 15, 3 II 9, 15; 17, 12; 19, 13 (?) III 20, 4 IV 1, 76.

Scriptura vocabuli *θριγκὸς* et a Suida aliisque scriptt. rec. et ab Epicteto III 26, 15 ita novata est, ut litterae *κ* loco *χ* fungatur, unde litteram primam in *τ* mutari oportebat.

Οὐθεὶς pro *οὐδεὶς* comparet E 32, 2; 39 I 9, 28 IV 1, 169; *μηθεὶς* pro *μηδεὶς* II 17, 28 [s et Schenkl *μηδέν*]. Haec orthographia, quae inde a quarto saeculo comparet, inde est nata, quod spiritus asper numeralis *εἷς* litteram mediam *δ* vocabulorum *οὐδ[ὲ] μηδ[ὲ]* in aspiratam *θ* transmutavit.

Denique Epictetum aliquando in adiectivorum atque adverbiorum collationibus a prisco sermone discessisse neglegi non potest. Cum Attici scriptores *ὁ, ἡ τὸ ἀνωτέρω* dicerent, Epictetus Aristotelis Polybiique modo formam adiectivam *ἀνώτερος* non aspernatus est I 18, 4. Et pro *ἐγγύτερος* et *ἐγγυτέρω* Epicteto IV 6, 11 magis placuit *ἐγγίων* [adverbium *ἔγγιον* apud Hippocr., Aristot., Pol.]. Vice versa maluit formam in *-τερον* IV 7, 27, ubi comparet *ταχύτερον* pro *θᾶττον* [Her., scriptt. Ion.; *θᾶττον* II 15, 9; 18, 9 IV 1, 80; 8, 37].

§ 2.
De pronominibus reflexivis.

Plane contra Atticam consuetudinem Epictetus in modum scriptorum recentiorum nusquam adhibuit pronomina reflexiva Attica:

> *ἡμῶν αὐτῶν, ἡμῖν αὐτοῖς, ἡμᾶς αὐτούς, ὑμῶν αὐτῶν* etc., *σφῶν αὐτῶν* etc.

— haec enim in lingua communi omnino obsoleverant — sed formis communibus utebatur

> *ἑαυτῶν, ἑαυτοῖς, -αῖς, ἑαυτούς, -άς.*

Quae etsi paene unice inveniuntur in lapidibus recentioris aetatis, quin codicis Bodleiani fidei, qui modo *αὐτῶν* modo *ἑαυτῶν* exhibet, confidi possit, non dubito, quod multis locis probari potest Arrianum nequaquam, ubi licebat, formas trisyllabas

praetulisse; nam, ut exemplum afferam, et *ἐὰν* et *ἂν* scripsisse videtur neque tamen umquam particulam *ἂν* cum coniunctione *ἐὰν* confudit, quae res in N. T. saepius inveniri potest.

Iam locos singulos enumerabo:

I. prima plur. pers.

a) genitivus.

I 6, 15 *οὐκέτι τοῦ τέλους τευξόμεθα τοῦ ἑαυτῶν.*

ἑαυτῶν praeterea comparet IV 13, 1 E 5, 6, *αὑτῶν* I 12, 17; 16, 3 III 13, 8.

b) dativus.

III 13, 7 . . . *οὕτως καὶ ἡμᾶς δύνασθαι αὐτοὺς ἑαυτοῖς λαλεῖν.* Praeterea I 16, 6.

c) accusativus.

I 25, 28 *ὅτι ἑαυτοὺς θλίβομεν, ἑαυτοὺς στενοχωροῦμεν.*

I 1, 14 III 13, 3. 18; 24, 9 E 5, 6. *αὑτοὺς* II 4, 3; 14, 16 III 19, 3.

II. secunda plur. pers.

III 24, 112 *τὰ ἀγαθὰ . . . ἐν ἑαυτοῖς ζητεῖτε.*

gen. I 9, 10 III 23, 35.

acc. II 19, 20 III 20, 8; 22, 39 IV 8, 1.

Quod ad singularem pronominis reflexivi attinet, apud Epictetum quidem complura exsistunt exempla, quibus *ἑαυτοῦ, ἑαυτῷ, ἑαυτὸν,* ut non pro *ἐμαυτοῦ, -τῷ, -τὸν,* ita pro *σεαυτοῦ, -τῷ, -τὸν, -τὴν* positum est.

a) genitivus.

IV 3, 11 *τήρει τὸ ἀγαθὸν τὸ ἑαυτοῦ ἐν παντὶ . . .*

E 33, 14 *ἐν ταῖς ὁμιλίαις ἀπέστω τὸ ἑαυτοῦ τινων ἔργων . . . μεμνῆσθαι.*

b) dativus.

II 26, 7 *αὐτὸς ἑαυτῷ μᾶλλον ἐγκάλει ἢ τῷ μὴ πειθομένῳ* [sαὑτῷ, Sαὑτῶι].

IV 1, 110 *σὺ αὑτὰ ἑαυτῷ μὴ εἴπῃς ἀναγκαῖα* [Sαὑτῶι, corr. s].

c) accusativus.

III 12, 10 ἵνα ... εἴπῃς αὐτὸς πρὸς αὐτόν, ὅτι ... codd. αὐτόν.

E 10 μέμνησο ἐπιστρέφων ἐπὶ σεαυτὸν ζητεῖν, sed codd. A et C un. πρὸς ἑαυτόν.

[E 24 cod. Par. in verbis inter §§ 3 et 4 interpositis: οὐδὲ γὰρ εἰς τοῦτο ἔταξας ἑαυτόν.]

E 33, 13 μηδέποτε εἴπῃς αὐτὸς πρὸς ἑαυτόν.

E 49 λέγε αὐτὸς πρὸς ἑαυτόν.

§ 3.

De verborum temporibus modisque ab Epicteto adhibitis.

Uniuscuiusque generis verbi, etiam passivi, singulae modo futuri formae exsistunt;[1]) futurum passivum ubique ducitur ab aoristo passivo, nusquam a praesente.

Deinde dualis numerus nullo loco legitur; neque quod optativus futuri et imperativus perf. pass. non occurrit, est cur miremur.

§ 4.

De ratione verborum formas fingendi Epictetea.

1. De augmento.

Augmentum syllabicum sive temporale plusquamperfecti activi omittebatur fere aetate inferiore, cuius consuetudinis vestigia in dissertationibus invenis haece:

πεπράκει I 19, 22.
ἀπ-ολώλει I 28, 13.
ἐπι-κεκρίκει I 29, 51.
μεμελετήκει II 13, 24.
ἀπο-βεβλήκει IV 1, 152.
πεποιήκει IV 3, 10.
πεπιστεύκει IV 11, 17.

---

[1]) Excepto verbo ὀρέγομαι, cuius futura ὀρέξομαι II 24, 19, ὀρεχθήσομαι III 13, 21 comparent.

2. De verbis puris.

In verbis *διψάω, πεινάω* contra morem Atticorum, qui *αε(ι), αη* in *η* contrahebant, *α* in formis contractis adhibetur [sicut apud alios recentiores]:[1])

III 10, 8. 9 *δίψα, διψᾶν, πεῖνα, πεινᾶν,* III 5, 18 *ἐπεινᾶτε.* Sed quod IV 4, 20 S perperam exhibet *διψεῖν,* recte corrector codicis Bodleiani S_b scripsisse videtur *διψῆν,* quam formam Atticam ab Arriano, iuvene urbano, usurpatam esse verisimile est.

Σ, quod vocant passivum, habes in

κέκλεισται III 22, 34
[II 6, 6 *κέκλειται* ut Att.].
ἀπεληλασμένα IV 11, 31
[Att.: *ἐλήλαμαι*].

Nonnumquam *χέ-ω* stirpis vocalem *ε* in aoristo et futuro passivis conservat:

ἐξ-εχέθη IV 1, 141.
ἐκ-χεθήσεται IV 10, 26
[Galen.; Att.: *ἐχύθην*].

Ex altera parte *γαμέω* ter *ε* in *η* productam in futuro et aoristo activis habet:

γαμήσω III 22, 81.
ἐγάμησα III 1, 35; 21, 5.

Atticae formae *γαμῶ, ἔγημα* totidem fere locis comparent.

Verbi *αἱρέω* futurum Epictetus quater a stirpe *ἑλ-* format:

ἀφ-ελῶ I 2, 29.
ἀφ-ελεῖ I 18, 17 bis.
ἐξ-ελοῦσι II 16, 40.

Futurum passivi *ἐπιφυήσονται*[2]) inferioribus saeculis usurpabatur pro Atticorum *φύσομαι.*

Ἐγρηγορέω „vigilo" IV 1, 47 ductum est a perfecto *ἐγρήγορα* [*γρηγορέω* N. T. et scriptt. rec.].

---

[1]) Cf. Blass, Grammatik d. Neutestam. Griech. [2]49.
[2]) IV 5, 23 „vituperabunt".

3. De verbis mutis.

Verborum, quae in -ζω cadunt, ἁρπάζω et παίζω aoristus passivus ἡρπάγη III 22, 36, futurum activum παίξω I 24, 20, aoristus activus ἔπαιξα I 25, 10 IV 12, 4 praebent postremam stirpis consonam gutturalem pro Atticorum dentali.

Verbum νίπτω I 19, 5 ex verbi νίζω futuro νίψω et aoristo ἔνιψα, πήσσω I 19, 4 ex formis πήξω, ἔπηξα ad analogiam verborum velut τάσσω, τάξω, ἔταξα; πράσσω, πράξω, ἔπραξα ficta sunt.

4. De nonnullis futuri formis.

Futurum mediale activo submotum videmus in

θαυμάσω I 9, 20 III 1, 29 E 22 [v. l. pro θαυμάσονται],
παίξω I 24, 20 [Att. παίσομαι],
συμπλεύσετε II 22, 37 [Att. πλεύσομαι, πλευσοῦμαι],
cf. ὀμόσετε I 14, 15. 16 [Att. ὀμοῦμαι].

Contra formam medialem pro activa habes in λησόμεθα „latebimus“ III 7, 13, τεθνήξομαι I 1, 32, quae forma recentiore aetate tantum legitur.

5. De quibusdam aoristi formis.

Valde ab Atticorum consuetudine dissentit

ἀπ-ελογήθην III 18, 6. 8,
μαχέσθητι IV 9, 11.

Athenienses enim omnium saeculorum malebant ἀπελογησάμην, ἐμαχεσάμην.

Deinde nonnumquam, cum Atticis scriptoribus aoristus primus passivus fuerit in usu, praeferebant recentiores alterum; ita Epictetus in his exemplis:

ἀπ-ηγγέλην I 1, 28 [Att. paene ubique ἠγγέλθην],
ἡρπάγη III 22, 36 [ἡρπάσθην],
θλιβῆναι III 10, 13 [ἐθλίφθην],
κατ-ορυγῆναι IV 8, 36 [ὠρύχθην],
quater ἐτάγην [ἐτάχθην],
bis ἐψύγην [ἐψύχθην et ἀπ-εψύγην].

6. De verbis in -μι.

Instans et imperfectum activa verborum in -μι passim transire ad volgarem declinandi modum in -ω atque saepius recentiore aetate quam Attica satis notum est. Memoria digna sunt ἱστάνω = ἵστημι, ἵστανον = ἵστην.[1]) De forma καθ-ιστᾷς cf. indicem verborum s. v. ἵστημι.

Verbi εἰμὶ non nisi prima singularis persona imperfecti ἤμην II 12, 25; 20, 29 III 1, 13 mediali terminatione instructa est; altera ἦς, quae pro ἦσθα primum in Axiocho legitur et temporibus inferioribus tritissima est, exstat II 10, 13 IV 10, 32.

Verbum simplex εἶμι nusquam [nisi A 13 (H 9)], quippe cuius officio ἔρχομαι fungatur, composita raro comparent. Προ-ῄεις habes IV 9, 8 pro προ-ῄεισθα. [ᾔεις inde a scriptoribus recentioris Atthidis.]

Verbi οἶδα altera singularis persona crebrius οἶδας [scriptt. Ion.] quam οἶσθα, pluralis prima partim οἴδαμεν [scriptt. Ion.] partim ἴσμεν, qua forma Arrianus Atticos sequitur, inveniuntur.

§ 5.

Enumerantur verborum formae ab Attico usu alienae.

ἀγγέλλω: I 1, 28 ἀπηγγέλην aor. II. pass., quae forma apud Atticos rara est; traditum tamen est in omnibus codicibus ἠγγέλης Eur. I. T. 932 et in inscriptione C. I. A. IV 276, 19 ἐπαγγελῇ.

αἱρέω: Futura verborum compositorum a stirpe aoristi ἑλ- descendentia exstant Inscr. Ther. 2448 VI 19 neque raro apud scriptores recentiores; Epicteti dissertationes exhibent ἀφελῶ I 2, 29; 18, 17 (bis), ἐξ-ελῶ II 16, 40 [sed futura media ἀν-αιρήσομαι III 26, 25, ἀφ-αιρήσομαι II 7, 8 ducuntur a praesente].

ἀπολογέομαι: III 18, 6. 8 ἀπολογηθῆναι [Attici malebant ἀπελογησάμην].

ἁρπάζω: III 22, 36 aor. II. pass. ἡρπάγη. [Att. ἡρπάσθην].

---

[1]) Cf. indicem verborum s. v. ἵστημι.

βαρέω Epictetus ubique pro *βαρύνω* usurpat: I 9, 14 *βαρούντων,* II 16, 24 *βαροῦντα,* I 1, 15 *βαρούμεθα,* I 25, 17 *βαρούμενος,* II 22, 19 *κατα-βαρούμενα.* Hoc verbo iam Sappho usa est, cf. Hermes XXXVII, p. 472, 17.

βιβρώσκω, cuius verbi vis eadem est atque *ἐσθίειν* [N. T.], comparet II 9, 18: *τὸ βρωθέν.* [aor. pass. simpl. Hipp. V 322 L.; *κατ-εβρώθην* Her. III 16].

βιόω: Formae praesentis Epicteteae, quod tempus Atticis inusitatum erat, hae sunt:

βιοῦν III 23, 17 IV 1, 49. 63; 4, 11 E 51, 2,
[*βιοῖ* A 25 (H 17, 4)],
[*συμ-βιοῦντας* A 72 (Stob. 37)].

βλέπω = *ὁράω*: I (2, 8;) 7, 20; 12, 31; 18, 4; 30, 1 II 5, 23; 10, 25 (*βλέπε, μὴ* = *ὅρα, μὴ*) 11, 22 (*β., μὴ*) 16, 32. 36; (21, 17;) 23, 47; 24, 26 III 1, 12. 14; 2, 10 (*βλέπεται* = *ὁρᾶται*) 13; 4, 2; 13, 16; (17, 3;) 20, 16 (bis: *β., μὴ*); 22, 28. 52; (23, 21;) 24, 4. 5. 77; 26, 5 IV 1, (57.) 106; 3, 8 bis; 4, 10 (*βλέπεται*) 27; 6, 18; 8, 20; 11, 25 (*βλέπεται*); 12, 20.

γαμέω: fut. *γαμήσω* III 22, 81, aor. *ἐγάμησα* III 1, 35; 21, 5 [cett. locis *γαμῶ, ἔγημα* Attice].

διψάω: imper. *δίψα* [Att. *δίψη*], inf. *διψᾶν* [Att. *διψῆν*] III 10, 8. 9 IV 4, 20 pro *διψεῖν* emendandum est *διψῆν,* cf. p. 9.

ἐθέλω v. *θέλω.*

ἐλαύνω: IV 11, 31 perf. pass. *ἀπεληλασμένα* cum *σ,* quod vocant passivum. [Inde ab Homero *ἐλήλαμαι*; *ἐλήλασμαι* Hipp. VIII 292 L, IX 194 et ap. scriptt. rec.].

ἔρχομαι. Infinitivo *ὑπέρχεσθαι* [And. 4, 21, Dem. 23, 8] et participio *ὑπερχόμενος* [(Xen.) Resp. Athen. 2, 14, Plat. Crit. 53 e] exceptis[1]) scriptores Attici tantum indicativo praesentis *ἔρχομαι* utebantur; ceteri modi et imperfectum verbo *εἶμι* supplebantur. Deinde cum *εἶμι* magis atque magis evanesceret, saeculis posterioribus omnes praesentis et imperfecti formae in usum veniebant, quarum apud Epictetum magna copia est.

---

[1]) Compositum *ὑπέρχεσθαι* ap. Ep. non comparet.

1. **Coni. praes.** III 4,5 *εἰσ-ἔρχῃ* (bis), 10,13 *εἰσ-ἔρχηται*, 22,86 *προ-ἔρχηται*, 25,5 *περι-ἔρχῃ*, IV 7,3.4 *προσ-ἔρχηται*, 7,26 *περι-ἔρχωμαι*.

2. **Imp. praes.** *ἔρχου* I 25, 10; 29, 47 II 17, 30. 32 III 13,14; 15,1 E 29,1.3; 32,2.3, *ἐρχέσθω* I 27,15, *ἀπ-ἔρχου* III 24,46, *προσ-ἔρχου* I 16,11 III 15,12.

3. **Inf. praes.** *ἔρχεσθαι* I 9,12; 12,17; 29,36 II 7,10.11; 17,39 III 1,18; 15 tit, *εἰσ-ἔρχεσθαι* I 2,19 II 6,6, *ἐπ-ἔρχεσθαι* (?) IV 1,122 [S + *πέρχεσθαι*], *παρ-ἔρχεσθαι* E 29,2 coll. III 15,4 falso pro *παρ-ορύσσεσθαι* [Upton.], *προσ-ἔρχεσθαι* IV 7,4.

4. **Part. praes.** *ἐρχόμενος* II 10, 11; 14,23 III 21 tit. IV 1,40, *δι-ερχόμενος* fr. 3,6, *ἀν-ερχόμενος* III 22,26, *εἰς-ερχόμενος* II 13, 2; 16, 9; 19,17 III 1,12; *ἐξ-ερχόμενος* II 17, 37, *ἐπ-ερχόμενος* I 18, 21, *παρ-ερχόμενος* I 10, 6 III 9, 11 [s *παρ-ερχ.*, S *παρ-εχ.*], *περι-ερχόμενος* I 16, 4 II 16, 44 III 22, 5. 10. 73; 24, 14 IV 6, 23; 13, 20, *προς-ερχόμενος* III 22, 64.

5. **Impf. ind.** *ἠρχόμην* III 23, 22 IV 8, 22 E 46, *περι-ηρχόμην* III 22, 88; 23, 11.

Futurum *ἐλεύσομαι*, quod epicae et Ionicae consuetudinis est [Att. *εἶμι*], his locis exsistit: I 9, 16 *ἀπ-ελεύσεσθε* [S *ἀπολύεσθε*], I 9,20 *ἐξ-ελεύσῃ*, I 11,32 *ἀπ-ελεύσῃ*, id. 24,10; I 29,27 *εἰσ-ελεύσεται*, II 6,22 *ἀπ-ελεύσῃ*, *ἐλεύσεται*, II 24,19 *περι-ελεύσεται*, III 1, 10 *εἰσ-ελεύσῃ*, III 21, 14 *προσ-ελεύσεται*, III 26, 36 *ἐξ-ελεύσῃ*, IV 1, 98 *δι-ελεύσεται*, IV 1,177 *ἀπ-ελεύσῃ*, IV 11,35 *προς-ελεύσονται* [S 39 *εἰς-ελεύσεται*].

ζάω: Aoristus, qui ab Attico more abhorruisse videtur, bis comparet: II 16,35 *ζήσαντι*, III 20,7 *ζήσας*; itemque imperativus *ζῆθι* III 26,13 neglegi non potest [Anthol. X 43, XI 57; Men. monost. 191 etc.; Att. *ζῆ*: Soph. Ant. 1169].

ἡττάω: Activum occurrit demum in lingua communi; apud Ep. habes coni. aor. 2. sing. *ἡττήσῃ* E 34.

θαυμάζω: fut. *θαυμάσω* I 9, 20 III 1, 29 E 22 [v. l. *θαυμάσονται*, ut Att.].

θέλω. ἐθέλω traditum est quater vel quinquies: I 25, 24 II 10, 29; 18, 4 III 13, 22 E 1, 4 (v. l. θέλῃς) [A 98 (M 20)]. θέλω, quae forma dialecti volgaris est, saepius quam trecenties comparet.

Passivum θέλομαι a Kühnero neglectum habes IV 1, 59 E 14, 2.

θλίβω: Aor. pass. III 10, 13 θλιβῆναι [inde ab Aristotele; Att. ἐθλίφθην].

(ἀπ-)θνήσκω: I 1, 32 τεθνήξομαι fut., quod vocant tertium [Att. τεθνήξω].

ἵστημι: Interdum comparent praesens ἱστάνω, impf. ἵστανον, quae formae ab Attico usu discedunt: III 26, 17 ἱστάνεις, III 12, 2 ἱστάνειν, I 26, 16 II 18, 31; 21, 8 III 13, 8 ἐφ-ιστάνειν, III 22, 87 παρ-ιστάνειν, III 23, 22 συν-ίστανεν. Forma καθ-ιστᾷς III 4, 12 contracta est ex καθ-ιστάεις; huiuscemodi etiam infinitivus καθ-ιστᾶν fictus est, quem codd. N. T. nec non LXX aliquando exhibent pro καθ-ιστάνειν.

Perfecto ἕστακα, cui subest notio activa „posui" usus est Epictetus III 22, 14, ἀν-εστάκασιν I 4, 30.

καθίζω: perf. act. παρα-κεκάθικε IV 13, 5 [κεκάθικα apud Diod. Sic. XVII 115 et ceteros scriptores imperatoriae aetatis].

κείρω: Ab aor. pass., quem in scriptis Atticis non nisi fortuito desiderari Rutherfordius (N. Phryn. 368) sensit, ductum est fut. καρήσομαι II 20, 11. 12.

λαγχάνω: perf. act. λέλογχα I 25, 8 [poett. Ion.; Att. εἴληχα].

λανθάνω: fut. III 7, 13 λησόμεθα „latebimus" [inde ab Aristot.; Att. λήσω, cf. E 51, 1 λήσεις].

μάχομαι: aor. μαχέσθητι IV 9, 11 [Apollod., Ios.; Att. ἐμαχεσάμην].

ὄλλυμι: fut. ἀπ-ολέσω III 7, 36 [poett.; Ar. Av. 1506 ὀλέσεις, sec. Bergk. ὀλεῖς; ἀπ-ολέσω Com. Plat. fr. 2, 621; 633 (I 606; 613 K), frequenter in libris recentioribus].

ὄμνυμι: fut. ὀμόσετε I 14, 16 [Att. ὀμοῦμαι].

ὁράω. Imper. ὅρα: I 2, 2; 16, 3; 28, 20 II 2, 1; 6, 27; 9, 3 bis. 10, 9. 20; 22, 12. 14 III 1, 8. 10. 42; 4, 4; 15, 5;

22, 70. 94 IV 1, 19. 65. 80. 155. 166; 4, 38; 5, 3. 18; 6, 4. 26; 7, 34; 8, 13 tris. 39. fr. 23, 6 E 19, 2. Imper. *ὁρᾶτε* I 3, 9; 6, 22 III 22, 42 IV 8, 32; 11, 23 E 24, 3. *Ὁρᾷς* plerumque in sententiis interrogativis I 8, 11; 11, 39; **13, 5; 17, 23; 19, 12;** 20, 6; 25, 26 **II 9, 20;** 23, 45; **24, 8. 23; 25, 3 III 22, 51; 26, 3; fr. 11, 7; fr. 13, 4** item *ὁρᾷτε* I 20, 8 III 13, 9. Satis raro comparent reliquae formae praesentis et imperfecti: I 10, 13 (*ὁρῶμεν, ἑώρων*); 22, 17 II 8, 18; 14, 10; 23, 5. 12 III 1, 3; 6, 8; 23, 1; 24, 22. 54 IV 1, 147. 163; 4, 27. 46. 48; 7, 8; fr. 13, 2 E 36. Verba composita cum praepositionibus haec apud Epictetum leguntur: *ἐφορᾶν, καθορᾶν, παρορᾶν, περιορᾶν, συνορᾶν,* cf. *βλέπω.*

ὀρέγομαι „cupio": fut. *ὀρέξομαι* II 24, 19 [ep. poet., Xen. Comm. I 2] fut. ab aor. pass. ductum *ὀρεχθήσῃ* III 13, 21 [a Kühnero non allatum].

ὀρύττω: aor. pass. *κατ-ορυγῆναι* IV 8, 36 [Att. *ὠρύχθην*].

ὀσφραίνομαι: aor. *ὀσφράνθητι* II 20, 30, *ὀσφρανθεὶς* I 10, 3 [Mach. ap. Athen. XIII 577, Com. (Philem.) fr. 427 (II 500, 26 K.), Hipp. VIII 488 L., Arist. de anima II 12; Att. *ὠσφρόμην*].

παίζω: fut. act. *παίξω* I 24, 20 [Att. *παίσομαι*; *παίξομαι* dicit vir quidam Syracusanus Xen. Symp. 9, 2]. aor. *παῖξαι* I 25, 10 IV 12, 4. [Dorice, lingua comm.]

πεινάω: imper *πεῖνα,* inf. *πεινᾶν* III 10, 8. 9; impf. *ἐπει νᾶτε* III 5, 18. [Att. *πείνη, πεινῆν, ἐπεινῆτε.*]

πειράζω „alqm tentare" I 9, 29 IV 1, 17 „tentare alqd" [poet. ep., Hipp., poett., scriptt. rec. temp., N. T.; Att. *πειράω*] *πειράομαι* de tentanda re in dissertationibus vicies quinquies comparet.

πήσσω: I 19, 4 [Att. *πήγνυμι*].

[***πικράζω***: A 39 (S 22) = *πικραίνω.*]

πιπράσκω: I 2, 11. [Praes. et impf. ab Attico more aliena sunt, quorum loco funguntur *ἀποδίδωμι, πωλέω.*]

πλάττω: perf. act. *πέπλακα* III 22, 10.

πλέω: fut. *συμπλεύσετε* III 22, 37. [Att. *πλεύσομαι, πλευσοῦμαι.*]

πνέω: fut. *πνεύσει* I 1, 16. [Att. *πνευσοῦμαι* Ar. R. 1221, *ἐμπνεύσομαι* Eur. Andr. 555.]

σημαίνω: perf. act. *σεσήμαγκα* III 26, 29.

σκέπτομαι: *σκέπτῃ* IV 1, 134. 136, *σκεπτώμεθα* III 7, 11, *σκέπτεσθαι* IV 1, 136, *ἐπι-σκέπτεσθαι* II 11, 24, *σκεπτομένῳ* I, 2, 12, *ἐπι-σκεπτόμενον* I 20, 18, *ἐσκέπτου* IV 1, 132. [Atticis supplentur praesens et impf. verbo *σκοπέω*.]

σκέπω: fr. 23, 13 *σκέπων*, III 22, 65 *ἀπο-σκέπουσαν* [inde a Pol. pro Atticorum *σκεπάζω*].

σκοπέω: fut. *ἐπι-σκοπήσομεν* I 11, 38, aor. *κατα-σκοπήσαντα* III 24, 31 [E 34 Stob. *ἐπι-σκοπήσας*]. [Att. deficitur verbum temporibus praeter praesens et impf.]

σμήχω: aor. act. *ἀπό-σμηξον* IV 11, 17, perf. pass. *ἐσμηγμένος* I 27, 6. [poett. ep., scriptt. dial. Ion. et ling. comm.; Att. *σμάω, σμήω*.]

στέργω: aor. pass. *στερχθῆναι* I 11, 26.

σύρω: I 29, 16. 22. 23 [in libris Atticis insunt non nisi verba composita]. Aor. pass. *συρῇ* I 29, 16, *παρ-εσύρησαν* IV 9, 14. Perf. pass. *ἐπι-σεσυρμένον* IV 4, 46 [*ἐπι-σύρω* Pol.], *ἐπι-σεσυρμένως* E 31, 5.

τάττω: aor. pass. *κατ-ετάγης* I 13, 4, *κατα-ταγεὶς* I 25, 10, *ἐπ-ετάγης* IV 1, 17, *ὑπ-ετάγης* IV 4, 33. Ceteris locis usurpatur Atticus aoristus *ἐτάχθην*.

τέθηπα IV 7, 28 E 31, 3. [Her., poett., scriptt. rec.]

[**τίκτω**: aor. pass. *ἐτέχθην* = *ἐγενόμην* A 28 (S 11). [(Eur.) Dan. 44 W., Anacreontea 36, 8, Hipp. VIII 486 L. (v. l. *γένηται*).]

τυγχάνω: perf. act. *τέτευχεν* IV 1, 45, *τετευχόσιν* IV 1, 174. „alqd. assequi". Notio fatiscentis Graecitatis a Phrynicho p. 395 repudiatur; formam ipsam sensum „fortuito esse" praebentem iamdudum in usu fuisse testis est Herodotus III 14 *ἐτετεύχεε γὰρ καὶ οὗτος ἐπισιτούμενος Καμβύσῃ ἐπ Αἴγυπτον*. Aor. pass. *ἀποτευχθέντος* II 23, 28 [Dio. Chr. II 205.]

φθίνω: perf. act. *κατ-εφθινηκότα* „evanescere" IV 11, 25. [Plut. Cic. 14.]

φύω: fut. *ἐπι-φυήσονται* „vituperabunt" IV 5, 23 [Att. *φύσομαι*.]

χέω: aor. pass. *ἐξ-εχέθη* IV 1, 141. [Galen. VII 37, scriptt. posteriores: Apollod., Theoph., Philo, Callistr. etc.; Att. *ἐχύθην*] fut. pass. *ἐκ-χεθήσεται* IV 10, 26.

ψύχω: aor. pass. *ἀπο-ψυγῇ* I 29, 16 (S *ἀπο-φύγηι*), *περι-ψυγῇς* III 22, 65. [Att. *ἀπ-εψύχην*, *ἐψύχθην*.]

§ 6.

De adverbiis.

1. Nondum in Atticis litteris comparent adverbia ab adiectivis verbalibus facta haec: *ἀπαραβάτως* II 11, 17, *ἀσείστως* coni. pro *ἀσίτως* II 17, 33, *μεταπτώτως* II 22, 8, *ἀσυγχύτως* IV 8, 20, *εὐλογίστως* III 2, 2, fr. 2, 4. Neque a prisca consuetudine discedunt adverbia a participiis in -*μενος*, -*ώς*, -*ότος* ducta; plura tamen inferiore aetate inveniuntur atque haec apud Epictetum:

δι-εσφαλμένως „infeliciter" III 23, 3.

ἐπι-σεσυρμένως „negligenter, remisse, sordide" E 31, 5 [Schol. Ar. Ran. 1545, Clem. Alex.].

παρα-κειμένως „apte, commode" III 22, 90 [Apud. Plut., Sext. Emp., Athen. vocabulum alium sensum praebet].

περι-εσκεμμένως „circumspecte, considerate" III 15 tit. [(Plat.) Ax. 365b.].

περι-εσταλμένως „clam, abdite" III 7, 13 [Schol. Ar. Equ. 18].

προ-ηγουμένως „praecipue" I 3, 1; 9, 4 II 8, 7 III 14, 7; 22, 67 [E 1, 4 C un., Par.] [Athen., Plut., Luc., Heraclid.]

λεληθότως „clam" I 16, 17 III 23, 14. [(Plat.) Ax. 365c; Herodianus, qui vocabulum improbat, Atticos dixisse *κρύφα* testatur.]

2. De adverbiis loci non est, cur multa disseram; nam recentiora comparent haec duo tantum:

μακρόθεν „eminus" I 16, 11. [Chrysipp. ap. Athen. IV 137; cf. *πόρρωθεν*] et

μακροτάτω „longissime" III 24, 38 IV 11, 31. [Att. *μακρότατα.*]

3. Adverbiorum temporis memoria dignum est *πάντοτε* = *ἀεὶ* E 14 [N. T.]

§ 7.
De particulis.

1. Hac re dissertationes atque enchiridion ab usu aequalium cotidiano non differunt, ab Attico sermone valde abhorrent, quod satis raro particulis instructae atque ornatae sunt, quarum ne numerus quidem magnus est. Tamen philosopho nonnullas etiam rariores esse usurpatas, iam ex illa *ἐπείτοι* constat, quae undevicies legitur. Sed singula si quis persecuturus est, inspiciat tabellas insequentes, quarum in altera enumeratae sunt particulae simplices et inter se coniunctae ab Epicteto usurpatae, in altera, quas omnino neglegit.

tab. I.

ἀλλά passim.

ἅτε IX. (octies particula cum participio coniuncta est).

{ *γέ* frequentissime.
{ *γοῦν* X.

δή XV vel XVII.

δήπου IV 11, 2.

[*διότι* in Nili Euch. 22; 33, 9.]

εἰ passim et crebrius quam *ἐάν*.

{ *εἴπερ* V.
{ *εἴπερ ἄρα* IV.

{ *εἴτε* — *εἴτε* III.
{ (*εἴτε* = *καὶ εἰ* semel).

ἐπεί XXXVI vel XXXIX.

ἐπειδάν IV 12, 6 [A 26 (S 9 H 18)].

ἐπειδή XV.

ἐπείτοι XIX.

ἤτοι — *ἤ* bis [praeterea v. l. E 19, 2; 36].

καίτοι XXII.

μὰ τὴν σωτηρίαν III 23, 26.

μὰ τὸν Δία IV 5, 15.

μέντοι XI.

μέχρι de tempore et loco IV, de gradu XXVI.
μέχρι(ς) ἄν XIX.
μέχρι(ς) ἄν omisso IV.
μέχρις ἂν οὗ VIII.

μήτι CIX.
μήτιοῦν XXVII.

[*μήτοι* v. l. E 7 pro *μήποτε*].

ναὶ XXIII.

ναί· ἀλλά XXIV.

νὴ Δία V + II [nempe I 17, 15 II 16, 26 in enuntiato negativo].
νὴ τοὺς θεούς XII sive XI.
νὴ τὴν τύχην II 20, 29 IV 1, 14.

οἱονανεί III 7, 15 [Schenkl; S *οἷον ἂν ᾗι*].

ὁκόταν semel.
ὁπότε V.

ὅταν CCXXXXIV.

ὅτε XXXXIII.

οὔκουν fr. 1, 17 restitutum ex *οὐκ ἄν*.

οὐκοῦν XXXV vel XXXVI + IX [sequitur particula negativa].

τοιγαροῦν XV vel XVI + II vel VI + [I] [primo, altero, tertio loco (A 32 (S 15)].

τοιγάρτοι III 24, 16; 26, 12.

τοίνυν XXV vel XXVI + X + I [secundo, tertio, quarto loco].

tab. II.

ἀτάρ	ἐπείπερ
ἄχρι	μενοῦνγε
γοῦν	μῶν I 17, 11 falso traditum est pro μόνος
δῆθεν	νυν encl.
δήπου	οὔτι
δῆτα	οὔτοι
διόπερ	τέως
ἐάνπερ	Pro τί δή; Arrianus in diverbiis plerumque scripsit τί οὖν;
εἴθε	
ἐπειδήπερ	

2. Iam de voce λοιπόν, quam particulae loco habebant scriptores inferioris Graecitatis, copiosius est disserendum. Ac primum quidem illi loci enumerandi sunt, quibus λοιπὸν[1]) vel τὸ λοιπόν,[2]) quae particula primitus nihil aliud quam ille accusativus est, quem proprie vocant Graecum, ad tempus refertur; quae notio Atticis scriptoribus non erat inaudita.

λοιπόν = posthac, tum, deinceps I 10, 5 II 2, 10; 7, 9; 11, 17; 15, 8; 16, 42; 17, 28; 18, 9 III 25, 5 E 39.

λοιπόν = iam I 29, 32; 30, 5 II 2, 12; 12, 2. 24.

Semel λοιπὸν „ceterum" enuntiatum incipit, in quo rei peculiaris mentio fit: II 24, 48.

Nonnumquam philosophus aut vocabula complura enumerans aut dicta dictis asserens, ultimis particulam anteponit, cuius sensus sit „denique": I 19, 11 II 17, 4 III 12, 16; 22, 70 IV 12, 17.

Cum particula λοιπὸν propositum inchoatur, quo aut appellatio aut dictum, quae praecedunt, declaratur et cui plerumque argu-

---

[1]) λοιπὸν exstat LXI ac ponitur XX loco primo, XVI praeeunte particula καί, XII antecedunt singula, V bina, trina verba II 7, 9; 12, 2 E 39, quina II 18, 9.

[2]) articulum quater addidit Arrianus I 18, 20 II 2, 12 ⟨I 19, 11⟩ II 18, 25.

mentorum conclusio sequitur, per „atqui" verti debet: I 25, 15; 28, 10 II 9, 6 III 23, 4 I 27, 2 II 10, 19; 13, 3; 16, 21 cf. II 8, 8; 14, 9.

Atque ubi λοιπὸν initio sententiae ipsius stat, qua continetur conclusio argumentorum, verti debet „itaque, igitur, ergo, porro, proinde". Quod hisce locis fit: I 4, 20; 18, 21; 22, 10. 15; 24, 1; 29, 5. 8. 26 II 1, 8; 5, 22; 6, 23; 8, 15; 12, 12; 13, 5; 14, 28; 18, 25; 19, 33 III 3, 8; 7, 2. 9; 22, 72; 24, 88 IV 5, 31; 11, 26 E 32, 2 [E 33, 2 Stob.]

Denique λοιπὸν his locis duobus particula „nempe" vertendum videtur esse: II 5, 16; 11, 18.

3. Arrianum, cum E 20, 4 scripsit „τοιγαροῦν ἐν πρώτοις πειρῶ ὑπὸ τῆς φαντασίας μὴ συναρπασθῆναι", verbis ἐν πρώτοις Latinam particulam „imprimis" = „in primis" transtulisse verisimile est.

§ 8.

De vocabulis sive verbis derivatis.

Priusquam singula perlustrabo, moneo omnia fere vocabula secundum Atticam rationem formata esse, sed ipsas voces inferioribus saeculis multo plures quam antea fictas esse.

1. De verbis denominativis.

Verbis in -όω subesse solent nomina, quorum stirpes in -ο cadunt:

ἐξ-ιόω „a rubigine purgo" IV 11, 13 [ἰός].

κατ-ιό-ω „rubigine obduco" IV 6, 14.

κοπρόω „fimo conspurco" IV 11, 18. 28. 29. 34 [Schol. Ar. Plut. 313 = μινθόω].

ἀπο-λιθό-ομαι [pass.] „in lapidem verti"; metaphorice de homine, qui obdurat se veluti lapidem: „obstinate in sententia persistere" I 5, 2 [Aristot.]

νεκρό-ομαι „mortificor" „emorior" metaph. I 5, 7 [Plut., N. T.].

ἀπο-νεκρό-ομαι „mortificor", „emorior" metaph. de anima etc. I 5, 4. 5 IV 5, 21 [Luc., Diod. Sic.].

πηλό-ομαι „luto polluor" II 6, 10 IV 11, 10 [Plut., Luc.]

στροφό-ομαι „torminibus crucior" IV 9, 4.

Quae verba ab adiectivis in -ός descendunt, haece inveni:

κολοβό-ομαι „mutilor" II 10, 20 [κολοβός „mutilatus"; Aristot., Pol., N. T.]

ἀπο-κωφό-ω „exsurdo" II 20, 37 [κωφός].

ἀπο-σοφό-ομαι „sapiens fio" I 18, 10 [σοφόω = σοφίζω LXX].

στιλπνό-ω = στιλβό-ω II 8, 25 [στιλπνός Hom. Luc., Ep. diss. I 2, 18 IV 6, 4; 9, 7].

Tria verba ab aliis stirpibus derivata sunt:

[ὑψό-ω A 86 (S 60), A 32 (S 15, M 10) [τὸ ὕψος; Alc., Pol.].]

ἀπ-ουλό-ω „cicatricor", „consolido" II 21, 22 [οὐλή; Aristot.].

ἑνό-ω „in unum cogo", „socio" I 14, 2 [εἷς, ἑν-ός].

Verba in -άω proficiscuntur a nominibus in -α, -η, -ος:

ἀσβολά-ομαι „fuligine afficior" II 16, 3 [ab ἀσβόλη v. p. 5; Plut.].

γαληνιά-ω metaph. „tranquillitate animi utor" fr. 14, 6 [γαλήνη „tranquillitas animi" II 18, 30 ut Att.; Opp. Cyn., Them. Rufin.]

[ἐκ-θυελλά-ομαι „concutio" A 5 (H 1).]

κατα-μωκά-ομαι „irrideo" E 22 [μῶκος; Plut.].

Eodem modo fiunt verba in -ίζω ex nominibus, raro ex adiectivis vel adverbiis:

ἀπο-κεφαλ-ίζω „caput amputo" I 1, 19. 24 IV 1, 122 [N. T.]

διαρ-ροΐζομαι „alvi profluvio laboro" IV 10, 11 [διάρ-ροια; scriptt. med.]

αἰχμαλωτ-ίζω „alqm captivum facio", „in servitutem redigo" I 28, 26.

βυθ-ίζω „mergo" III 2, 18 [*ὁ βυθός* „profundum"; Aristot.]

[*ἀπο-σκυβαλ-ίζομαι* „recrementa, paleas abicio" A 36 (S 19) [*σκύβαλον*; N. T., Synes, Stob.].]

δογματ-ίζω „dogma, decretum statuo" III 7, 18 [LXX, Diod. Sic., N. T.].

καυματ-ίζομαι „vehementissimo aestu crucior" I 6, 26 III 22, 52 [Plut., N. T.]

ῥευματ-ίζομαι „fluxionibus obnoxius sum" II 15, 20 [Tim. Locr., scriptt. med., Plut.].

ἀπο-γαλακτ-ίζομαι „ablactor" [script. eccl.] II 16, 39 III 24, 9 [Diphil. ap. Athen. V 247 c].

δρωπακ-ίζομαι „cutem deglabro, adhibitis medicamentis pilos mihi evello" III 22, 10 [*δρῶπαξ* „galerus pice perlitus"; Luc., Suid.].

κυν-ίζω „Cynicam disciplinam et institutionem amplector" III 22, 1. 67 [*κύνες;* Diog. ap. Athen. XIII 588 f. etc.].

κακο-ηθ-ίζομαι „pravis moribus sum" III 16, 4 [*κακο-ήθης* „malignus, malevolus" I 3, 8 III 25, 8, Plut.; Aristot.].

ἐγγ-ίζω „appropinquo" II 22, 12 III 10, 14 IV 11, 3 *ἐγγύς;* inde a Pol. et Diodoro, N. T.].

συν-εγγίζω „appropinquo" II 18, 18 [Pol.].

Ubi stirps, quam vocant, *ι, οι, υ* in fine habet, verbum derivativum in *-άζω* effertur:

[*ὑγι-άζομαι* „convalesco" A 20 a p. 490].

ἡλι-άζομαι „apricor" I 25, 27 IV 4, 21. 22 [*ἥλιος;* Aristot.].

γελοι-άζω „iocor" III 16, 4 [*γέλοιος;* Moeris testatur hoc verbum communis fuisse linguae; Aristarch. ap. Athen. II 39 e, Plut.].

σικυ-άζω „curcurbitulas impono" II 17, 9 [*ἡ σικύα*].

Restat, ut tria verba in -ἀζω addam, in quibus syllabas -άζω antecedit consona:

[ἐν-αγελ-άζομαι „alicubi congrego" A 76 (S 41) [ἀγελάζομαι inde ab Aristot.]]

[γλυκ-άζω „alqd. dulce reddo" A 39 (S 22).]

[πικρ-άζω „alqd. amarum reddo" A 39 (S 22). Sext. Emp.]

Pauca verba in -εύω ducta sunt a vocabulis in -ος:

θριαμβεύω „triumpho" III 24, 85 [θρίαμβος; Dion. Hal., App., Plut., Hdian.,N. T.].

λιχν-εύω „ligurrio" II 4, 8. 10 IV 8, 13 [λίχνος; · Luc., Plut.]

ἐμ-περπερ-εύομαι „levis, mobilis sum" II 1, 34 [de πέρπερος cf. § 10; Cic. ad. Att. I 14: περπερ-εύομαι N. T.].

ἐπι-σωρ-εύω „accumulo" 1 10, 5 [σωρός; Plut., Athen., Artem., N. T.].

[φωλ-εύω „latito" A 86 (S 60) [φωλεός; ap. Aristot. „quietem hibernam habeo"].]

Exitus rarissime occurrens -ώσσω vel -ώττω comparet in:

[λιμ-ώττω „esurio" A 89 (S 63) [λιμός; Luc., Ios.]],

-αίνω in

σικχ-αίνω „fastidio" III 16, 7 IV 8, 34 [‹A 30 (S 13)›]. [σικχός „homo fastidiosus" inde ab Aristot.; verbum, quod Phrynichus reicit, exstat praeterea ap. Callim. 1 (XII 43); Att.: βδελύττομαι].

2. De nominibus verbalibus.

Ὄλισθος III 12, 6 [Luc., Athen.] ab ipsa verbi ὀλισθαίνω stirpe ὀλισθ- (aor.: ὤλισθον) derivata est, cui non nisi finis -ος additus est.

Similiter in φθορ-εὺς II 22, 28 [Agath.] -εὺς stirpi φθορ- perf. act. verbi φθείρω adiunctum est.

Non multum ab hac voce differunt eae, quarum terminationes stirpes ipsas verborum subsequuntur, quas tamen non integras servant, cum vocalis *ε* in *ο* transferatur:

ἀπ-οχ-ή „abstinentia a cibis capiendis" II 15, 5 [*ἀπ-έχομαι;* Plut.]

προσ-οχ-ή „attentio" I 20, 9. 10 III 16, 15; 22, 104 IV 12 tit. 1—3. 19 E 33, 6 [*προς-έχω;* Strab., Plut.].

ἐπι-πλοκή „coniunctio" II 14, 27 [*πλέκω;* Pol., Luc. Plut., Strab., Diod. Sic.]

κατα-στολ-ή „moderatio, modestia" II 10, 15; 21, 11 [*κατα-στέλλω;* Diod. Sic., Plut.; alia notione N. T.].

ἐφ-αρμογ-ή I 22, 2 II 11, 8 IV 1, 45 „accommodatio". [Teste Polluce IV 57 in Eupolidis comoediis legebatur *ἁρμογὴ* notione vocis *ἁρμονία;* quae vox ex libris musicis ab illo sumpta esse videtur. Nam illam non purae Atthidis fuisse, ex eo apparet, quod Atticis stirps verbi *ἁρμόζω* in *-δ* non per *-γ* finiebatur, ut apud Pindarum, Alcmanem, Philolaum fit.]

Multo maior est nominum verbalium turba, quae propriis terminationibus instructa sunt hisce: *-μος, -μα, -σις, -εία* (*-ία*), *-τής, -τήριον, -άνη.*

Nomina in *-μός,* quorum actionis cuiuspiam vis est, complura a verbis in *-ίζω* formata sunt:

ἐθισ-μός III 16, 11 [*ἐθίζω;* Aristot., Pol.].

πορισ-μός III 22, 70 [Pol., Plut.].

ἐμ-ποδισ-μός IV 4, 15 [Aristot., Pol.].

ἐξ-ορισ-μός „exsilium" I 29, 6 IV 7, 14 [Dion. Hal., Plut.].

ἐπι-λογισ-μός „consideratio" II 10, 11 E 12, 1 (v. l. *διαλογισμούς*) [inde ab Aristot.].

συν-εγγισμός I 4, 4. 8 [de *συν-εγγίζω* cf. p. 23; Strab., Sext. Emp.].

ἐκ-αμφοτερισ-μός „ambiguitas“, „inclinatio in utramque partem“ IV 2, 5 [ἐπαμφοτερίζω Plat.; Philo.]

ἰδιωτισ-μός vox philosophica „hominis rudis et ineruditi status“ E 33, 6. 15 [ἰδιωτίζειν Eust., Att. ἰδιωτεύειν; Longin., Sext. Emp.].

Ab aliusmodi verbis haec ducta sunt nomina in -μός:

θαυμασμός „admiratio“ III 26, 14 [Plut., Sext. Emp.].

περι-σπασ-μός „distractio“ III 22, 71 [Pol.].

ῥιπτασ-μός metaph. „angor animi“ IV 1, 174 [Hipp., Plut.]

ἀπο-κλεισ-μός IV 7, 20.

ἐμ-πρησ-μός III 13, 10 IV 10, 26 [πίμ-πρη-μι; Hyperides pro Lycophr. fr. 3 scripsit ἐμ-πυρισ-μόν, vocem a Polluce improbatam; cf. Phryn. 335 s. v. ἐμπυρισμός· οὕτως Ὑπερείδης ἠμελημένως, δέον ἐμπρησμός λέγειν].

Quae per -μα proferuntur nomina, significant res actione confectas. Ceteroquin quod passim ante -μα littera σ ponitur, etsi stirps verbi in vocalem cadit, eam non dissimilem esse illi σ, quod vocant passivum, elucet:

ἀπ-αγόρευ-μα „interdictum, decretum prohibitorium“ III 24, 98 [Plut. de Stoic. rep. 11].

τόρευ-μα „opus exsculptum“ III 7, 24 [ex codd. lect. τῷ ῥεύματι rest. Wolf. τορεύματι; Sopat. ap. Athen. 230e; Diod. Sic., Strab.; ap. Eur. Her. fur. 978 secundum Herm. legendum est πόρευμα].

πτύ-σ-μα „sputum“ IV 11, 32 [πτύ-ω; Pol.].

προσ-κρου-σ-μα „offensio“ IV 12, 9 [κρού-ω; Plut.].

ἀπό-κλαυ-μα „ploratus“ II 16, 39.

ἀπ-αίτη-μα IV 6, 35 [M. Ant.]

βοήθη-μα I 27, 4 II 9, 17 [Aristot., Pol., scriptt. med., Plut.]

κίνη-μα I 14, 6 IV 1 145 fr. 14, 10 [Aristot., Plut., Sext. Emp., Luc.]

ἀπο-τέλε-σ-μα „effectum" I 4, 13 [Pol., Plut., Clem. Alex., Arbens.].

προτέρη-μα „excellentia, praestantia" E 6, 1 [saepissime ap. Pol.]

ἀβλέπτη-μα sec. VLL = „ἁμάρτημα" fr. 12, 4 [ἀβλεπτέω et ἀβλέπτημα Pol.].

ἐλάττω-μα II 10, 27

κατ-όρθω-μα Stoicorum appellatio „recte factum" [cf. Cic. de off. I 3 III 7] II 26, 5 [Pol., Dion. Hal., Diod. Sic., Sext. Emp., Ios., Luc., N. T.].

περί-αμμα metaph. „amuletum, omnium morborum et periculorum tutela" III 1, 14 [περι-άπτω; Pol., Diod. Sic., Lucill.].

διά-ταγμα I 25, 4 IV 3, 12; 4, 32 [δια-τάττω; Plut., N. T., Philo., Diod. Sic.].

μάλαγ-μα „emplastrum" II 21, 20 [μαλάσσω; scriptt. med., Plut., Phil. poliorc.].

πεῖσ-μα „persuasio" II 20, 29 [Sext. Emp., Arri. Anab., Plut.; Attica vox πεῖσμα „funis" aliunde descendit].

κατά-ψευσμα II 20, 23.

ἐπι-γέννη-μα vox Stoica „quod insuper accedit, accrescit, consequens est" III 7, 7 [opponitur τὸ προηγούμενον; D. L. VII 86, Plut.].

κλίμα „animi inclinatio", „studium", „voluntas" II 15, 20 [diversis notionibus vocabulum comparet apud Strab., Dion. Hal., Plut., Aristot., Pol., Athen.].

σύρ-μα „palla" I 29, 41 [σύρω; Philodem.].

ἀνά-γνωσ-μα „praelectio praeceptoris" „recitatio discipuli" II 14, 1 III 26, 39 IV 4, 17 [Luc., Dion. Hal., Plut.].

ἀπό-στημα „ulcus, fistula“ I 11, 35 III 23, 30. 31 [*ἵστημι*; scriptt. med.; Aristot.: „intervallum“].

[*ἀνά-στημα* „domus“ A 88 (S 62) [*ἵστημι*; Diod. Sic.: „altitudo“].]

σύγ-κραμα IV 11, 9 [*κεράννυμι*; Plut.].

ἐπί-τευγ-μα „quod assecutus est aliquis“ III 26, 28 [*τυγχάνω*; Diod. Sic., D. L.].

Nomina in *-σις*, quarum sensus similis illorum in *-μός* est, oriuntur pleraque a verbis, quibus stirpis littera postrema est vocalis, sunt vero etiam quibus sit extrema consona:

γεῦ-σις „gustus“ IV 5, 20 [Aristot.].

γειτνία-σις II 4, 3 [*γειτνιάω*; Aristot., Pol., Plut.].

ὅρα-σις I 6, 8; 11, 9 II 23, 4 [Demad. 3, Aristot., Plut., Sext. Emp., Diod. Sic.].

εὐ-αρέστη-σις „aequitas animi“ I 12 tit. [de *εὐ-αρεστέω* cf. § 9; Dion. Hal.].

[*ὄχλησις* sec. Suidam = *ταραχή* A 99 (M 21) [*ἐν-οχλέω*; Plut., cf. Moeris 289.].]

[*ἔκ-πλη-σις* coni. pro *ἔμ-πλη-σις* A 34 (S. 17) [*πίμ-πλημι*: *πλα*].]

παρα-χώρη-σις I 7, 16. 17 II 10, 8 III 24, 10 [Dion. Hal., Diod. Sic., Plut.].

δι-άρθρω-σις „explicatio“ II 17, 13 IV 7, 38 [Aristot, Plut.].

συμ-βίω-σις III 16, 1 [Pol.].

μείω-σις „minutio“ I 14, 4 [*μειόω*; Pol., Sext. Emp.].

ἀπο-λίθω-σις metaph.: *τοῦ νοητικοῦ, τοῦ ἐντρεπτικοῦ* I 5, 2 [*ἀπολιθόομαι* Aristot. et Ep. diss. I 5, 2; cf. p. 21; *-ωσις* Theophr.].

ἀπο-νέκρω-σις [*σωματική, τῆς ψυχῆς*] I 5, 4 [de *ἀπονεκρόομαι* cf. p. 21].

οἴνωσις „inebrietatio“, „ebrietas“ III 2, 5 [*οἰνόω* ⟨I 18, 23⟩ II 17, 33 ; *οἴνωσις* Plut.].

ἐκ-πύρω-σις [*τοῦ κόσμου*] Stoicorum appellatio III 13, 4. 5 [*πυρόω*; Aristot. Metereol. I 5 „calefactio"].

ὄρεξ-ις „appetitio" haec ap. Ep. saepissime inventa vox comparet inde ab Aristot.

τεῦξις „adeptio" II 5, 8 [*τυγχάνω* : *τευχ-*].

φρά-σις „ars dicendi" II 23, 26 [Plut., Dion. Hal.]

χώλαν-σις „claudicatio" E 9 [v. l. *χώλω-σις* vocabulum infimae aetatis; *χωλαίνω*[1])].

De vocabulis in *-εία* pauca verba sunt facienda. *Ἀγγαρεία* = munus *ἀγγάρους* IV 1, 79 venit ab *ἀγγαρεύω*.[2]) Et pro *οἰκετία* E 33, 7 scribendum videtur *οἰκετεία*, quippe quod formetur ab *οἰκετεύω*; item *συνοδεία* scribendum est pro *συνοδία* IV 1, 91. 93.

Nomina, quae vocant actoris, descendere solent a verbis quibus inest notio agendi; quorum nominum finis apud Epictetum semper est *τής*, cum exitus antiquior *τήρ* plane evanuit:

πειρα-τής „praedo maritimus" (quod *τῶν νεῶν πειρᾷ*) II 13, 24 III 24, 66. 73 IV 1, 115 [Pol. Strab., Plut.].

κατα-φρονη-τής „contemptor" IV 7, 33 [*καταφρονέω*; Plut.].

ὀψωνη-τής „obsonator" (Plaut.) III 26, 21 [*ὀψωνέω*].

κομμω-τής „comendi artifex" II 23, 14 [*κομμόω*; Plut., Luc.].

δι-ορθω-τής III 7 tit. 1 [Plut., Galen., Schol., cf. ap. Pind. P. 1, 56 *ὀρθωτήρ*].

δι-οικη-τής „administrator" IV 10, 30 [Soph. O. C. 633 *οἰκητήρ*, sed Plat. Phaedr. 111 b *οἰκητής*].

---

[1]) Pro *ὄσφρανσις* Epictetus usurpat *ὀσφρασία* I 20, 8 II 10, 21.

[2]) Sed *ἐπαρχεία* III 3, 12 IV 1, 55. 62; 4, 47; 7, 21. 23 ab *ἔπαρχος* formatum est, cf. infra et Blass, Gram. d. Neutestam. Griech. p. 9, 27 sqq.

μηνι-τής (Sμηνίτης) „iracundus" IV 5, 18 [μηνίω; haec vox nusquam praeterea occurrit, quare Schweigh. in indice annotat: „vide, ne Μηνυτής sit legendum, i. e. index, delator", quod tamen sensui non respondet, quod is, qui habet Νερωνιανὸν χαρακτῆρα, ut est μηνιτής, ita non μηνυτής; nam imperator non sibi ipse homines suspiciosos indicat].

μεθυσ-τής IV 2, 7 [Agath.].

ἀνα-γνώσ-τής I 26, 13 [Plut.; cf. Xen. Cyr. VI 2, 39 γνωστήρ].

προ-γυμνασ-τής III 20, 9 IV 4, 31. Fortasse iam Hyperides hac voce usus est 2, 5, si quidem Hager et Westermann pro l. tr. προσγυμναστοῦ recte scripserunt προγυμναστοῦ.

παρα-βαπτισ-τής „adulterinus baptista, qui falso se pro baptisato, id est pro Christiano vel Iudaeo gerit" (Schweigh.) II 9, 21 [βαπτίζω; cf. N. T. βαπτιστής].

καρπισ-τής III 24, 76 IV 1, 113. 146; 7, 17 „vindex, assertor" a verbo καρπίζειν natum est, quamquam loci inveniri non possunt, quibus verbum aliam vim praebet atque „percipiendi", „demetendi fructus"; sed quod καρπισμός etiam notionem „servi emancipationis" exhibet, verbo καρπίζειν vim „vindicandi" „manumittendi" vindicari posse constat.

Haec nomina actoris interdum dabant facultatem appellationes in -ήριον formandi; quorum ut Attica exempla numerosa sunt, ita ex Epicteto unum afferri potest:

ἀκροατήριον „auditorium" III 23, 8 [ἀκροατής vel -τήρ; Plut.].

Nam δοκιμαστήριον „exploratio, ratio explorandi" III 6, 10 est neutrum adiectivi δοκιμαστήριος [Artemid., Liban.; Att. δοκιμεῖον].

3. De nominibus ab adiectivis derivatis.

Pauca nomina recentiore aetate formata apud Epictetum in -ότης cadunt:

ἀν-εικαι-ότης „providentia" III 2, 2 [εἰκαῖος] cf. D. L. VII 146: τήν τε ἀνεικαιότητα (sc. εἶναι) ἰσχυρὸν λόγον πρὸς τὸ εἰκός, ὥστε μὴ ἐνδιδόναι αὐτῷ].

τελει-ότης „perfectio" I 4, 4 [(Plat.) def., LXX, Sext. Emp.].

προ-χειρ-ότης „alacritas" III 21, 18 [Sext. Emp.].

ἀρτι-ότης „membrorum integritas" I 22, 12 [D. L., Stob.].

Ceterae sequuntur declinationem primam et cadunt in -ία, -οιᾰ:

ἀ-γένν-εια I 6, 39. 42 II 19, 19 III 24, 90; 26, 14. 38 [ἀγεννής; Aristot., Luc., Plut.]

ἀ-τον-ία [vox contr. τόνος] II 15, 4 [ἄτονος III 16, 7; Plut., Luc.]

ἀ-φυ-ία E 41 [ἀφυής; Strab., Plut.].

ἐπι-τυχία E 2, 1 [ἐπιτυχής; Pol., Dion. Hal.].

ἀπ-αξία [vox contr. ἀξία] I 2, 10 E 36 appellatio Stoicorum est femininum adiectivi ἀπάξιος [Plato legg. I 645 c].

διχό-νοια III 3, 18 [διχόνοος, contr. διχόνους Philo.; -οια Plut., App.]]

κατάρ-ροια I 26, 16 [κατάρρους Platoni est nomen, Philostrato adiectivum; -οια Plut.]

4. De nominibus denominativis.

Cum quis, quae vocabula in hac parte collecta sunt, consideraverit, Epicteti genus dicendi, quam saepe sit in eundem modum formatum, cognoscet; plurima enim sunt deminutiva, quae philosophus primitiva notione neglecta crebro vocabulorum ipsorum loco ponebat; itaque illa ab eo plura quam ab aequalibus ad-

hibita esse verisimile est; quae res bene ex N. T. perspici potest, cuius scriptores ex contrario deminutiva evitare solebant.

Iam ut philosophi ratio clarior videatur, ne eas quidem voces deminutas neglexi, quae interdum iam in libris Atticis comparent.

Ceterum quod ceteri inferiorum temporum scriptores deminutiva usurpant, quae vel nitidi vel venusti vim habeant, vix hic usus apud Epictetum statui potest; namque philosophus Stoicorum praeceptis inflammatus non ut Panaetius et Posidonius, sed non minus consequenter quam principes doctrinae magistri graves et severi despiciebat omnia bella nitidaque, quod imprimis apparet illis locis, quibus vim deminutivi aut adiectivis *μικρός* aut *κομψός* sim. auget.

Ac primum quidem contuli nomina, quae exitum *-ιον* stirpibus ipsorum vocabulorum additum praebent:

ἀγκύρ-ιον fr. 30 [Luc. Diod.]

(*ἀράχν-ιον* IV 11, 32 „araneolus" [Aristot.; *ἀ.* „tela areneae" *ϑ* 280, Aristot., Plut.].)

γύναι-ον ex *γύναι-ιον* „muliercula" III 24, 5. 53.

κόμ-ιον „coma" II 24, 24 III 22, 10 [Her. IV 64 „capitis cutis cum capillis"].

κουκκούμ-ιον III 22, 71 formatum est a Latina voce „cucuma".

ὀϑόν-ιον „linteolum" IV 11, 12 [Ar. Ach. 1139].

στόλ-ιον III 23, 35 [Marc. Ant., Amm.].

σχόλ-ιον „glossema, interpretamentum" III 21, 6 [*σχολή*; Cic. ad. Att., Luc.].

γάρ-ιον „liquamen ex piscibus paratum" II 20, 29.

κραββάτ-ιον „lectulus" III 22, 71. 74 [de *κράββατος* cf. § 10].

περι-όδιον II 1, 31; fortasse 33.

ἁρπάστ-ιον II 5, 19. 20 [de *ἁρπαστόν* cf. infra].

ὀστράκ-ιον III 13, 18. 19 IV 7, 5. 22.

ϑυγάτρ-ιον I 11, 4 [Machon ap. Athen. XIII 581c, Long.].

μερίδ-ιον II 22, 23 [μερίς].

πινάκ-ιον I 19, 4 II 22, 31 IV 11, 13 [Att.].

τριβών-ιον III 22, 10 [oratt. Att.]

ὑδάτ-ιον III 13, 15 [Plat., Aristot.]

γερόντ-ιον II 6, 23 [Ar.].

πλακοῦντ-ιον „placentula" II 16, 25. 26.

Insequuntur vocabula nonnulla, quae in eundem modum ficta, quod dactyli praebent formam, secundum grammaticam rationem, accentum in syllaba paenultima habent:

τεχν-ίον III 23, 26 [Plat. Resp. VI 495].

κοχλ-ίον I 20, 17 [E 7 Stob.].

πιλ-ίον IV 8, 16. 21 [Pol.].

ῥαβδ-ίον III 20, 12 bis. [Aristot., Plut., Tim. lex Plat.].

τεκν-ίον III 22, 78 IV 1, 107.

ὠτ-ίον I 18, 18 [Lucill.].

τειχ-ίον III 26, 15 [a τεῖχος; inde ab Homero].

Saepissime Epictetus diminuebat nomina neutra in -μα, -ματος, quae etiamsi eiusdem generis sunt, in unum cogenda esse existimavi:

αἱμάτ-ιον I 9, 33. 34.

ἀξιωμάτ-ιον II 2, 10.

ἀργυρωμάτ-ιον „vasculum argenteum" III 26, 36 IV 6, 4.

βρωμάτ-ιον IV 8, 34 [Athen.].

ἐπιφωνημάτ-ιον „cogitatum, inventum" III 23, 31. 32.

ζητημάτ-ιον II 16, 20 [Liban.].

θεωρημάτ-ιον II 21, 17 III 5, 15. 17.

κερμάτ-ιον II 10, 20 III 2, 8; 5, 3 IV 13, 14 E 24, 2 [Plut., Philipp., Poll.].

νευμάτ-ιον „minutus nutus" IV 13, 22.

νοημάτ-ιον III 23, 31.

οἰκημάτ-ιον I 28, 16 [Plut., Luc.].

οἰκοδομημάτ-ιον II 15, 9.

ὀνομάτ-ιον II 23, 14 III 23, 26 [Longin.].

πνευμάτ-ιον II 1, 17 III 13, 15 [Pol., Marc. Ant.].

πραγμάτ-ιον I 27, 16; [29, 16] II 2, 17 III 1, 31; 3, 12 E 29, 6 [Ar.].

προβλημάτ-ιον II 20, 33.

σαγμάτ-ιον „clitella, onus iumenti sarcinarii" IV 1, 80.

σοφισμάτ-ιον II 18, 17 [Luc.].

σωμάτ-ιον quadragies quinquies [Isocr., Plut., Heraclid., Schol. Il., Poll.]

ὑποδημάτ-ιον IV 1, 80 [Hipp.].

φυσημάτ-ιον „tumor", „inflatio" II 16, 10 [Gloss.].

Finis -ιον non ubique nudus vocabulorum stirpes subsequitur, sed varie augetur ita, ut fiant exitus: -ίδιον, -άριον, -ύδριον, -άσιον, -άφιον.

In -ίδιον terminantur haec deminutiva:

γῄ-διον ex γη-ίδιον „paulum terrae" III 13, 15 [Ar. Pax 562 et Xen. Cyr. VIII 3, 38 „agellus"].

κορασ-ίδιον venit a κοράσιον, quod nomen ipsum deminutum est ex κόρη. I 18, 22; 28, 24 II 22, 11; 24, 23. 25 III 3, 12; 12, 11. 12.

οἰκ-ΐδιον = οἰκι-ίδιον I 28, 18 IV 1, 67; 5, 15 [Att.].

οὐσ-ΐδιον = οὐσι-ίδιον „res familiaris" II 2, 10 [Nicomach. com. ap. Athen. II 58a].

πηρ-ίδιον III 22, 10. 50 [Ar.].

στω-ΐδιον descendit a στοά II 16, 29; primae syllabae vocalis ο in ω producta est, quod etiam in Στωικός fit.

ἀγρ-ίδιον I 10, 9; 27, 16 II 2, 17; 22, 10 III 5, 3 IV 1, 111; 5, 15.

ἐρ-ΐδιον derivatum est ab ἔριον, quod formam modo, non significationem vocabuli deminuti praebet III 22, 71 [Luc.].

κοχλ-ίδιον E 7 (bis.)

χοιρ-ίδιον II 4, 8 [Ar., Plat.].

ἀργυρ-ίδιον ab *ἀργύριον* I 18, 22 [Ar., Isocr.].

γυμνασ-ίδιον a *γυμνάσιον* II 16, 29.

ἐλάδ-ιον; quod ab *ἔλαιον* descendit ideoque ex *ἐλαι* + *ίδιον* compositum est, litterae *α ι* addendum est II 20, 29 III 10, 16 E 12, 2 [Alciphron, poetae comoediae, quam vocant mediam].

θηρ-ίδιον II 9, 6 [a *θηρίον*, deminutivum vocis *θήρ*; Theophrast.].

ἱματ-ίδιον III 22, 74; 26, 36 IV 6, 4 [Ar., Lys.].

πραιτωρ-ίδιον III 22, 47 [a *πραιτώριον* = praetorium].

ἐντευξ-ίδιον „petitio" I 10, 10 [ab *ἔντευξις*].

κτησ-ίδιον III 23, 32.

λεξείδιον vel potius *λεξίδιον* II 1, 30. 31. 33; 23, 43 III 5, 15. 17; 21, 8 [Dem. ap. Clem. Alex. Str. I 3, 22, LXX].

ὑποληψ-είδιον vel potius *ὑποληψ-ίδιον* IV 1, 140 (S-*είδιον*) [Nicet.].

βοΐδιον ex *βο-ΐδιον* III 1, 22 [*βοῦς*; Ar. Ach. 1036].

μυ⟨ΐ⟩διον I 23, 4 (S *μύδιον*, corr. S_c) [*μυΐα*; Marc. Ant.]· Additur *μικρόν*, cf. [Plat.] Eryx. 394a *σμικρὸν οἰκίδιον*, Xen. Ages. I 21 *παιδάρια μικρά*.

πινακ-ίδιον III 22, 74 [*πίναξ*; Aristot., Plut.].

σαρκ-ίδιον I 3, 5. 6 II 1, 19 III 7, 25 IV 1, 104. 161 [Aristot., Plut.].

συ-ΐδιον IV 11, 11 [Marc. Ant.]

χην-ίδιον [*ἠνίδια* S] IV 11, 31.

Vocabula in *-άριον* multo frequentiora quam in litteris Atticis haec apud Epictetum comparent:

δοξ-άριον I 18, 22 II 22, 11 III 22, 13 IV 8, 39 E 18 [(Isocr.) ep. 1, 10, Luc.].

δουλ-άριον profectum est a *δούλη* (cf. Luc. Lexiphr. 25). II 21, 11 III 26, 12 IV 1, 17. 67; 5, 15; 6, 4; 10, 18 [Ar.].

ἱππ-άριον III 3, 13 IV 1, 111 [E 6?] [Xen.].

λιθ-άριον II 16, 23. 33 [Theophr.; Phrynichus 180: *λιθάριον πάνυ φυλάττου· λιθίδιον δὲ λέγε*].

λογ-άριον I 29, 55. 56 II 10, 29. 30; 18, 26; 19, 22 [Dem.].

μισθ-άριον I 29, 55 [Ar.].

μοσχ-άριον III 22, 5.

νεανισκ-άριον II 16, 29.

οἰν-άριον III 10, 16; 12, 11 E 12, 2 [Dem.].

ὀν-άριον II 24, 18 IV 7, 19 bis.; 80 bis. [Macho ap. Athen. XIII 582c].

σιτ-άριον I 10, 9. 10 [Pol., Plut., Lucill.].

τιτλ-άριον III 22, 74 (*τιτλάριον* Du Fresne pro l. t. *τιλλάριον*). Quid hoc vocabulum sibi velit, nescio; minime enim putare possum, *τιτλάριον* ex *τίτλος* = „titulus" deminutum esse, quod, quomodo notio „*γραφεῖον*" [gloss.] orta sit, intellegi non potest.

χαλιν-άριον IV 1, 80.

δειπν-άριον IV 1, 55 [Diphil ap. Athen., Lucull.].

ὁπλ-άρια [ὅπλα] IV 6, 14 [Plut.].

φυτ-άριον IV 8, 37 [Athen.].

γυναικ-άριον [γυνή] II 18, 18; 22, 23 III 1, 32; 22, 36. 37 IV 1, 86 E 7 [Diocles com. ap. Bekk. Anecd. p. 87, 4 Marc. Aut.].

κυν-άριον III 3, 13 IV 1, 111 [Hoc nomen, quamquam a Phrynicho, qui *κυνίδιον* praefert, improbatur, comparet iam Plat. Euthyd. 298 d, Xen. Cyr. VIII 4, 20].

ὀρνιθ-άριον II 7, 12 [Nicostr. ap. Athen. XIV 654b].

παιδ-άριον duodecies [Appellatio ab Atticis scriptoribus et pro „puella" et pro „puero", inferiore aetate non nisi pro „puero" teste Moeride usurpabatur; qua de re ex dissertationibus Epicteteis nihil diiudicari potest].

πλακουντ-άριον [πλακοῦς] III 12, 11; 22, 13. 98 [Strab.].

σκευ-άριον II 4, 4; 22, 31 III 22, 71 IV 5, 11; 10, 26 [Att.].

τριβων-άριον III 22, 47 [Athen.].

χιτων-άριον I 25, 21 IV 1, 111 [Lucill.].

Accedunt pauca nomina in *-ύδριον, -άσιον, -άφιον*:

ἑλκ-ύδριον [ἕλκος] II 21, 22 [Ar.]

σκελ-ύδριον [σκέλος] I 12, 24.

κορ-άσιον [κόρη] II 1, 28; 16, 29 III 2, 8; 5, 19; 22, 13 IV 10, 32 [Plat. ep., N. T., Luc.; vocabulum Macedonum proprium fuisse contendit scholiasta ad *Υ* 404].

μυρ-άφιον [μύρον] IV 9, 7.

Restat, ut pauca alia nomina denominativa afferam.

Atque primum habes voces in *-εῖον,* quae proprie a vocabulis in *-εὺς* formantur, sunt vero quoque, quae ab aliis originem ducunt.

[*ζωγρεῖον* „cavea" in Appendice Epictetea tantum legitur A 88 (S 62). [*ζωγρεύς* Galen.; Strab., Schol. Ar., Plut.].]

σχολεῖον [σχολή] „schola" III 23, 30 [Suid.].

προσωπεῖον pro Atticorum *πρόσωπον* „larva, persona" I 29, 41. 43 II 1, 15 III 22, 106 [Luc.; *προσωπίδιον* Ar. ap. Poll. X 127].

νοσοκομεῖον coniecit Schenkl. I 4, 24 pro. l. t. *τί* + *νοσκώνιον* „valetudinarium".

Addendum est unum vocabulum in *-εία*:

ἐπαρχεία i. e. *ἐπάρχου ἀρχή* III 3, 12 IV 1, 55. 62; 4, 47; 7, 21. 23 [Plut.].

Καισαριανός = Caesarianus IV 13, 22 plur. I 19, 19 III 24, 117. Vox Latina ad litteram transcripta est Graece.

5. De adiectivis verbalibus.

Etsi adiectiva verbalia imperatoria aetate non tam usitata fuisse quam Attica iure contendi potest, quod scripta quidem

N. T. testantur, tamen in Epicteti dissertationibus permulta inveniuntur, quae ex Stoica consuetudine sumpta sunt; neque vero numerantur tot simplicia, quot cum particulis εὐ-, ἀ- privativo composita; innumerabilia autem fere sunt vocabula in -ικός, quae ab adiectivis verbalibus formata sunt. Quae omnia alio loco congesta invenies; hac parte modo vel simplicia vel cum praepositionibus coniuncta allaturus sum ea, quae in libris Atticis nondum exsistunt.

ἔκ-βλητος III 24, 105 [ἐκ-βάλλω; Eur. Hec., Callim.' Schol. Heracl. 43].

θελητός IV 1, 101 S_b pro θέλοντα [LXX].

κεντητός E 39 vim participii perf. pass. exhibet „acu pictus" [Hom. κεστός].

κωλυτός I 17, 27; 25, 3 II 5, 8; 15, 1 III 24, 3 IV 1, 78. 81. 83; 4, 33 E 1, 2.

μετα-πτώτως II 22, 8.

ἁρπαστόν, pilae genus neutrum adiectivi verbalis ἁρπαστός est II 5, 15 *[ἁρπάζω]*.

ἀπλήξ IV 1, 124 hoc loco afferri aptissimum putavi, quod scriptores Attici adiectivum verbale ἄ-πληκτος malebant; sed vocis praeterea Luc. Amor. 54 inventae non deest simile et Homericum et Atticum παραπλήξ.

Denique ut in litteris Atticis adiectiva verbalia in -έος, -έον plura quam in -ός leguntur, ita saeculis recentioribus res in contrarium translata videtur esse; in dissertationibus quidem ne unum quidem in -έον est, quod non iam prisca aetate fuerit notum.

6. De adiectivis, quae ex appellationibus, adiectivis, participiis descendunt.

Quantopere Epictetus Stoicorum sermonis fuerit diligens, ex hac parte perspici potest; nam ut ceterae terminationes rarissime usurpantur, ita vocabulae in -ικός philosopho in frequentatissimo usu sunt, quae non ubique sensum primarium exhibent, ut aliquis

aliquid conficere valeat, sed saepe -ικός inutiliter videtur esse appositum. Et re vera vox μνησικακητικός IV 5, 12, quod est ἅπαξ λεγόμενον, idem significat atque Aristotelis μνησίκακος.

Vocabulorum in -ικὸς turbam anteaquam digerere incipiam, perpauca cetera contemplaturus sum.[1])

Duo adiectiva in -ώδης exeunt:

κεφαλαιώδης II 12, 9 [τὸ κεφάλαιον „caput, summa"; Aristot., Pol., Luc.].

οὐσιώδης I 20, 17 [οὐσία substantia (Sen., Plin.); Iambl., Herm.].

Unum effertur in -ιαῖος:

δακτυλιαῖος „digitalis" III 2, 10 [Hipp.].

Tum habes tria in -ινος:

κρυστάλλινος III 9, 21 [Nicarch., Dio. Cass.].

ὀστράκινος I 18, 15 III 9, 18; 22, 106 [LXX, N. T., Luc.].

ῥόδινος I 19, 29 [Anacreontea et poett. rec.].

Vocum in -ικός priore loco posui, quae a substantivis, posteriore, quae ab adiectivis verbalibus profecta sunt.

Alterius generis haec habes exempla:

δυσεντερ-ικός II 21, 22 „δυσεντερίᾳ laborans" [Plut., scriptt. med.].

ἐλα-ϊκός „oleaginus" II 20, 18.

τὰ παλαιστρικά IV 1, 117 „palaestra" cf. Phryn. 242: παλαιστρικός· Ἄλεξίν φασιν εἰρηκέναι· ὁ δὲ ἀρχαῖος παλαιστικὸν λέγει. Lobeck sentit homines ab illo novae comoediae poëta παλαιστρικοὺς nominatos esse pro παλαιστικούς, neque Phrynichum

---

[1]) III 24, 36 legitur: τέταξαι ἐν πόλει ἡγεμονίᾳ, καὶ οὐκ ἐν ταπεινῇ τινι χώρᾳ, ἀλλ' εἰ [Blass] βουλευτής. Si verba recte sunt tradita, ἡγεμόνιος adiectivi loco fungitur; sed hoc nusquam fit; itaque alii locum alio modo emendare conati sunt; Blassius recte scripsit ἐν πολλῇ ἡγεμονίᾳ.

vocabulum ipsum Atticis abiudicare videri. Ceterum nunc quidem utraque vox inde ab Aristotele demum invenitur. *Παλαιστρικὸς* descendit a *παλαίστρα*, *παλαιστικός* a *παλαιστής*.

εὐεργετ-ικός II 14, 13 IV 10, 12 [*εὐεργέτης*; Aristot., (Plat.) def., Pol., Diod. Sic.].

ἀμπελ-ικός II 20, 18 [Hipp.].

θυμ-ικός „iracunde" II 9, 5 [Aristot., Pol.].

κοινων-ικός undecies [(Plat.) def., Aristot., Pol., Luc., Diod. Sic.].

λογ-ικός inde ab Chrysippo „ratione praeditus" vicies quinquies [Aristot., Plut., Cic. de fin.].

μοιχ-ικός III 22, 37 [Phocyl., Plut.].

νομ-ικός II 13, 6—8 [raro ap. scriptt. Att., persaepe ap. rec.].

ὁρ-ικός II 12, 9 *[ὅρος]* „finis, definitio" [Aristot., Plut.].

στομαχ-ικός III 21, 1 „crudus" [scriptt. med., Plut.].

τροπ-ικός vox rhetoricae artis „translatus" I 29, 40 [aliter Aristot., Plut.].

φωνασκ-ικός I 4, 20 [*φώνασκος* „magister artis musicae"; Plut.].

φθισ-ικός III 13, 20; 22, 86 „*φθίσει* laborans" [scriptt. med.].

φρενιτ-ικός II 15, 3 [Sext. Emp., scriptt. med.]

ἀργυρογνωμ-ικός II 3, 2 „probandi argenti peritus" [de *ἀργυρογνώμων* cf. § 9].

συγγνωμ-ικός II 22, 36 [Aristot.].

[κηδεμον-ικός A 89 (S 63) [Pol., Plut., Luc.].]

δογματ-ικός III 21, 19 [Sext. Emp., Galen.]

ἠθ-ικός II 19, 11. 14 [Aristot., Plut., Diog. L.].

Accedit *πιθανολογ-ικός* [*δ.*] a *πιθανολόγος* I 8, 7.

Cf. *καθολ-ικός* II 2, 25; 20, 2. 3 IV 4, 29; 12, 7, quod formatum est a *καθ' ὅλον*.

Insequuntur adiectiva in -*ικός* ex adiectivis verbalibus nata. Quorum ea, quibus litteram *δ* subiunxi, coniuncta sunt cum appellatione *δύναμις*:

συνακτ-ικός „concludendi vim habens“ E 44 (*λόγοι ἀσύνακτοι, σ.*) [*συν-άγω*; Luc., Sext. Emp.]

προ-αιρετ-ικός „in voluntate nostra positus“ saepius quam tricies. *δ.*: II 23, 9. 10. 13. 15. 23. 25. 27 [Aristot., Plut., Clem. Al.].

[*ἀπροαιρετ-ικός* II 1, 10 f. l. pro *ἀπροαιρέτοις,* quae vox inde ab Aristot. usitabatur.]

παρακολουθητ-ικός I 6, 14. 17 II 10, 3 (*δ.*) [Marc. Ant.]

δι-αρθρωτ-ικός E 52 [Schol. Hes. Theog.] v. l. *διαριθμητικός*.

παρα-βατ-ικώτερον II 20, 14.

βεβαιωτ-ικός E 52, 1.

βιωτικός (*νόμος*) I 26 tit. 1. 3. 7 [Aristot., Pol., Diod. Sic., Plut., Marc. Ant.].

βλαπτ-ικῶς III 23, 4.

γνωριστ-ικός II 20, 21 [(Plat.) def., Plut., Poll.].

ἀνα-γνωστ-ικός II 18, 2 (Plut.).

ἀπο-γνωστ-ικῶς III 1, 24.

ἐπι-γνωστ-ικός II 3, 4 [Eust.].

δηκτ-ικός II 10, 14 [*δάκνω*; Aristot., Luc., Athen.].

δοκιμαστ-ικός [*δ.*] I 1, 1; 7, 7. 8 II 8, 20 [sec. Suid. = *δοκιμαστήριος*].

ἀπο-δοκιμαστ-ικός [*δ.*] I 1, 1.

ἑλκυστ-ικός III 12, 14 [Diosc. Athen.]

συν-εργητ-ικός II 22, 20 III 21, 9 IV 4, 18 [Marc. Ant.].

ἐρεθιστ-ικός II 18, 14 [Diphil. ap. Athen., Eust.].

ἑκτ-ικός II 18, 14; -*ώτερον* III 24, 78 „ad *ἕξιν* pertinens“ [*ἔχω*; Aristot.; aliter Diod. Sic., scriptt. med.].

ἀν-εκτ-ικός octies [Marc. Ant.].

ἀνθ-εκτικός IV 11, 3.

ἐφ-εκτικός I 14, 7 [ἐπέχειν sc. τὴν συγκατάθεσιν; Athen., Sext. Emp.].

ἀφ-εκτικός II 22, 20 IV 4, 18.

περι-εκτικ-ώτατον I 9, 4 [Plut., Luc.; scriptt. Gramm.; Hipp.].

θεατ-ικός (δ.) I 6, 3.

συ-στατ-ικός II3, 1 [συν-ίστημι „commendare"; D.L.].

ὑπο-στατ-ικός „substantialis, fundamentalis" I 20, 17 [aliter Aristot., Pol.].

ἰχνευτ-ικός I 2, 34 [Ael.].

ἀνα-κλητ-ικός (καλέω) III 13, 14; 24, 101; 26, 29 [Plut., Dion. Hal., Lucill.].

συγ-κλητ-ικός „senator" I 2, 19; 25, 26. 27; 26, 9 III 23, 13 IV 1, 8. 9. 40; 4, 2 [Luc., Plut.].

καλλωπιστ-ικός (δ.) II 23, 14.

ἐκ-κλιτ-ικός (δ.) I 1, 12 III 3, 2; -ῶς III 12, 7.

προσ-κοπτ-ικός I 18, 9.

ἐκ-κρουστ-ικός II 18, 29 [Aristot.].

ἐκ-λεκτ-ικός II 6, 9 [III 23, 33] [Dion. Hal., Diog. L.].

[ἐπι-ληκτ-ικός A 46 (V 6)].

ἀ-κατα-ληκτ-ικῶς ⟨II 23, 46⟩ S καταληκτικῶς; rectum fortasse Salmasius restituit καταπληκτικῶς [Pol.].

κατα-ληπτ-ικός (φαντασία) III 8, 4 IV 4, 13 E 45 [καταλαμβάνω, cf. κατά-ληψις; Plut., Luc., Marc. Ant., Schol. Ar. Equ.].

ἐπι-λογιστ-ικός II 10, 3.

λυμαντ-ικός III 7, 20 [A 36 (S 9 H 18)] [= λυμαντήριος, cf. δοκιμαστικός].

ὑπο-μενητ-ικός III 8, 6 [(Plat.) def.].

μισητ-ικός I, 18, 9.

ἀνα-νευστ-ικῶς I 14, 7.

ὁρατ-ικός (δ.) I 6, 4; 8, 15; 12, 30 II 23, 2. 7. 9. 18 [Plut., Sext. Emp.].

συν-ορατ-ικός (δ.) I 6, 1.

ὀρεκτ-ικός (δ.) I 1, 12 [Aristot., Plut.].

ὁρμητ-ικός (δ.) I 1, 12 [Aristot., Tim. Locr., Athen.].

ἀφ-ορμητ-ικός (δ.) I 1, 12.

περι-πατητ-ικός (δ.) II 18, 1.

πειρατ-ικός III 13, 9 [Plut.].

περι-πτωτ-ικός III 6, 6; 22, 104 IV 5, 27; 10, 5. 6 [*πίπτω*; Plut., Sext. Emp.].

περι-ποιητ-ικός IV 7, 11 [Athen.].

ἐπι-πληκτ-ικός III 21, 19 [Diod. Sic., Diog. L., schol.].

[*ἀνα-πνευστ-ικῶς* f. l. pro *ἀνα-νευστ-ικῶς* I 14, 7.]

δυσ-ροητ-ικός IV 1, 58.

σημαντ-ικός III 24, 89. 91 [Aristot., Plut.].

ἐπι-σκεπτ-ικός I 17, 10 [Sext. Emp.].

στερκτ-ικός II 10, 23 [*στέργω*; Aristot., Plut.].

σφαιριστ-ικώτατος „pertinens ad peritiam pila ludendi" II 5, 20 [Athen.].

σχολαστ-ικός „scholae discipulus" I 11 39 IV 1, 138 [Plut.; al Aristot., Hierocl.].

ταρακτ-ικός II 16, 20 III 18, 1 [Plut., Sext. Emp., Athen., scriptt. med.].

ὑπο-θετ-ικός duodecies [*ὑπο-τίθημι*].

συγ-κατα-θετ-ικός (*τόπος*) I 17, 22 IV 1, 69; 4, 13 -*ῶς* I 14, 7 [cf. *ἡ συγ-κατά-θεσις*; Plut.].

ἐν-τρεπτ-ικός I 5, 5. 9 [Ael., scriptt. eccl.).

τροχαστ-ικός (δ.) II 18, 1 [*τρέχω*].

ἀπο-τευκτ-ικός III 6, 6; 22, 104; 26, 14 IV 10, 4 -*ῶς* IV 10, 6 [*ἀπο-τυγχάνω*; Galen.].

ἐπι-τευκτ-ικός III 12, 5 IV 1, 1 [Pol., Dion. Hal.].

φραστ-ικός (δ.) II 23, 14. 19. 25. 27. 30 [Plut.].

κατα-φρονητ-ικός III 24, 12 IV 12, 14 [Aristot. -*ῶς* Xen. Hell. IV 17].

φωνητ-ικός (δ.) II 23, 2 [Plut.].

ἐπι-χειρητ-ικός (δ.) I 8, 7 [Plut.]

ἀ-δια-φορητ-ικός [τὸ ἀ—ον „indifferentia"] II 1, 14.

χρηστ-ικός quinquies decies (δ.: I 6, 9; 16, 18) [Aristot., Marc. Ant.].

ἀνα-χωρητ-ικός II 1, 10 [scriptt. eccl.].

ᾠστ-ικός IV 1, 84, -ῶς II 9, 5.

ὠφελητ-ικός II 10, 23.

μνησικακητ-ικός IV 5, 12 (= μνησίκακος Aristot.).

§ 9.

De vocabulis compositis et decompositis.

1. Voces omnibus saeculis duobus modis componebantur, primum propria vel vera compositione, quam vocant σύνθεσιν, tum adulterina, quae dicitur παράθεσις. Συνθέσει ficta sunt vocabula, quae nova ex duobus apte mutatis prodierunt παραθέσει, quae ex binis coaluerunt vocibus primitus separatis. Haec satis numerosa apud Epictetum inveniuntur, (qua re tamen non a ceteris scriptoribus discedit); nam permulta invenis verba cum singulis, binis, trinis praepositionibus composita nec non nomina et adiectiva verbalia. Contra parvus et numerus appellationum inferiore aetate συνθέσει compositorum, maior adiectivorum atque imprimis eorum, quorum priores partes sunt appellationes vel adiectiva, altera verborum stirpes. Ex quibus et nomina et verba duci solent, quae decomposita vel παρασύνθετα vocant.

Adverbia ex pluribus partibus composita neque in N. T. multa sunt neque in dissertationibus inveniuntur, quae memoria sint digna.

2. Verba inferiore aetate composita tam frequentia ap. Ep. comparent, ut singulis libros addere, quibus praeterea leguntur, opus esse non censuerim.

Primum enumerabo verba cum singulis praepositionibus composita:

προσ-αγγέλλω I 11, 4 III 18, 1.
προ-αγνεύω III 21, 14.
ἐπ-αγρυπνέω IV 3, 7.
ὑπερ-αγρυπνέω III 22, 95.
κατ-αγωνίζομαι III 24, 108.
ἐν-αθλέω III 16, 13.
κατ-αθλέω II 17, 31.
ἀντ-ακολουθέω II 12, 9.
ἐξ-ακολουθέω I 22, 16.
κατ-ακολουθέω IV 12, 12.
[ἐξ-αλλοιόω A 5 (H 6).]
δι-εγείρω I 10, 13 III 3, 17 [A 43 (S 26)].
συν-εορτάζω IV 1, 104. 108; 4, 26.
συν-έρπω II 24, 18.
συν-εσθίω III 13, 23. E 36 [Aristot.].
ἀνα-ζωγραφέω II 18, 16. 25.
ἀπ-ηχέω II 17, 8.
ἐπι-θαρρέω III 22, 18.
ἀπο-θηλύνω III 24, 53.
ἀπο-θηριόομαι I 5, 9.
ἀπο-θησαυρίζω III 22, 50.
ἐν-ισχύω III 24, 108.
ἐγ-καλλωπίζομαι III 22, 59.
ἀπο-καρτερέω II 15, 4.
[ἐπι-κινέω E 33, 10] v. l. pro συγ-κινέω.
ἐκ-κράζω II ⟨5, 12⟩.
κατα-κύπτω II 16, 22 [Hom.].
περι-λάμπω III 22, 28.
περι-λέγω III 23, 14.
προσ-λιπαρέω III 24, 33.
συμ-μολύνω E 33, 6.
ἀπο-νυστάζω II 20, 12 IV 3, 6; 9, 16.

συν-ογκάομαι II 24, 18 [ὀγκάομαι teste Moeride inferiore aetate pro Atticorum βρωμάομι in usu erat].

δι-οδεύω II 23, 36.

περι-οδεύω III 15, 7 E 29, 3.

κατ-όζω IV 11, 16.

πρό-οιδα II 10, 5.

μετ-οικοδομέω III 24, 6.

ἀπ-οικονομέω IV 1, 44.

[ἐξ-οιστρ-άω sive -έω A 5 (H 1).]

παρ-ομολογέω II 21, 7 bis.

συμ-πανηγυρίζω III 5, 10.

ἀπο-πάσχω I 28, 3 bis [vox Stoica].

[ἐμ-πηδάω A 38 (S 21).]

προ-πηδάω IV 10, 3.

προς-πτύω III 24, 71.

ἐπι-πλέκω I 9, 5.

παρα-πλέκω III 22, 54.

προσ-πυνθάνομαι I 11, 2.

προσ-ριζόω III 24, 8. 36.

μεταρ-ριπίζομαι I 4, 19.

ἐκ-ριπτέω III 26, 33,

ἀναρ-ροφέω IV 11, 9.

δια-σήπω IV 11, 18.

ἀπο-σμήχω = ἀπο-σμάω IV 11, 17.

δια-στίζω I 17, 5.

συν-ταπεινόω III 24, 1.

παρα-ταράσσω III 22, 25.

προσ-τήκω I 3, 6 [Soph.].

ἀντι-τηρέω II 20, 14.

⟨ἀνα-τοιχέω⟩ III 12, 7 [s ἀνατυχήσω, S ἀναχωρήσω ἀνατοιχέω Schweigh.; cf. Lob. Phryn. 161].

περι-τρέμω III 26, 36.

περι-τρίβω II 6, 5.

ἀπο-τυφλόω I 6, 42; 16, 19; 18, 6 II 20, 20. 37.

κατα-φιλοσοφέω IV 1, 167.

προσ-φιλοτεχνέω II 20, 21.

ὑπο-φύομαι II 18, 8 [Aristot.]

ἀνα-φωνέω III 10, 4.

συγ-χράομαι I 2, 7; 16, 10 II 19, 1; 20, 1. 6.

συμ-ψελλίζω II 24, 18.

περι-ψύχω III 22, 65.

Verba cum binis vel trinis praepositionibus composita haec exstant:

δι-εξ-άγω ter decies.

συν-υπ-άρχω II 1, 2; 5 tit.

ἀπο-συμ-βουλεύω I 23, 3.

ὑπο-κατα-γελάω IV 6, 21.

παρα-προσ-δέχομαι I 20, 11.

προσ-επι-δοξάζω fr. 9, 18. 19.

ὑπο-παρ-εν-θυμέομαι IV 3, 5 [ἐνθυμεῖσθαι].

κατ-εξ-εράω III 13, 23; 21, 6 [„evomere"].

δια-κάθ-ημαι III 4, 4.

ἐπ-εκ-θύομαι II 7, 9.

κατα-προ-ίεμαι I 16, 14.

προ-υφ-ίστημι I 12, 29.

προ-διά-κειμαι III 21, 14.

ἐπι-συγ-κινέομαι E 33, 10 v. l. pro ἐπικιν. et συγκιν.

ἀπ-εκ-λέγομαι IV 7, 40 [vox Stoicorum].

[συν-απο-λείπω A 69 (S 34)] [corr. m. alt. in S rec. et Gesner (Max.) pro συν-υπο-λ.]

ἐγ-κατα-μείγνυμι I 3, 3; 16, 12 [Pass.: Isocr. 15, 10].

[προ-επι-νοέω E 12, 9 Stob. pro ἐνθυμοῦ.]

παρ-εν-οχλέω I 9, 23 [Pass: Dem.].

ἐκ-ανα-παύομαι I 9, 9.

προς-ανα-παύομαι III 13, 2.
[συν-εκ-ρέω A 36 (S 19).]
συν-επι-στενάζω E 16.
συν-ανα-στρέφομαι III 13, 5 IV 1, 85.
προσ-επι-σωρεύω I 2, 24 II 16, 21.
ἀντι-δια-τάσσω III 24, 24.
προσ-κατα-τάσσω IV 1, 89. 91. 93. 98. 99.
προσ-εκ-τραχηλίζω III 7, 16.
συν-ανα-τρίβομαι III 16, 3 E 33, 6.
ἀν-απο-χωρέω II 26, 5 (S 57).
προσ-κατα-ψεύδομαι III 17, 8.
συν-επ-ωθῶ III 7, 23.

Nomina verbalia, quibus vel singulae vel binae antecedunt praepositiones, haec occurrunt:

in -μα

περί-ζωμα IV 8, 16 [ζώννυμι; Pol., Plut., Dion. Hal., Athen.].

περι-κάθαρμα sing. „purgamentum", plur. metaph. „homines abiectissimi et contemptissimi" (Grimm.) = κάθαρμα III 22, 78 [LXX, N. T.].

in -σις

προς-αγόρευσις E 25, 1 [Luc., Plut.].

ὑπ-εξ-αίρεσις „exceptio" [Sen. de beneficiis 34, 4; 39, 4] fr. 27, 3 E 2, 2 [μεθ' ὑπεξαιρέσεως „cum exceptione"; Plut., Diog. L., Simpl. ad Epict. ench.; imprimis conferas Marc. Aur. IV 1; V 20; VI 50].[1])

συν-αίσθησις „conscientia" I 2, 30; 4, 10 II 11, 1; 14, 29; 21, 10 [Plut.].

ἀπό-γνωσις „desperatio" I 2, 37 [Luc., Dion. Hal., Plut.; Thuc. usus est nomine ἀπό-γνοια].

ἐπί-γνωσις II 20, 21 [Pol., Plut., Hrdn.].

[1]) Max. Heinze, Stoicorum de affectibus doctrina [diss. Berol. 1860] p. 57 sq.

ἔν-δοσις E 51, 2 Nil. et Par. (*καὶ ἧττα*) [Hipp., aliter; Suid.].

συγ-κατά-θεσις ap. Stoicos: „assensio" novies [Pol., Plut., Sext. Emp.].

ἐπί-κρισις I 26, 14 [Plut., Sext. Emp.].

παρά-ληψις II 11, 2 [Pol., Diod. Sic.].

πρό-ληψις „notio" quadragies semel [Pol., Plut.].

ἐκ-πλήρωσις IV 1, 175 [Phil., Dion. Hal.].

ἐμ-ποίησις [δογμάτων] IV 11, 8 [Dio Cass.].

ἀντί-πραξις fr. 3, 11 [Pol., Plut.].

ἔκ-πτωσις II 17, 21 [Hipp., Pol., Strab., Diod. Sic.].

περί-στασις ap. Stoic. „locus, status, tempora, in quibus versamur." vicies septies [Pol., Diod. Sic., Luc., Plut.]

κατά-ταξις IV 1, 53.

ἔν-ταξις v. l. E 23 pro *ἔνστασις*.

ἀνά-τασις fr. 25, 2 [S *ἀναστάσεως* falso] [Pol., Plut.].

παρα-τήρησις „observatio" III 16, 15 [Diod. Sic.].

ἀμφι-θέατρον I 25, 27 exhibet formam nominis a *θεάομαι* ducti; sed elucet re vera praepositionem ante *θέατρον* positam esse.

Declinationem, quam vocant primam, sequuntur haec vocabula:

ἐπι-βάθρα [βαίνω] I 7, 22; 25, 29 „pons, qui machinis admovetur ad muros urbium scandendos; metaph., pro gradu et via ad rem aliquam" [Upt.] E 39 (Stob.): „firma statio" [Pol., Plut., Diod. Sic., Arr. Anab.]. Atticis scriptoribus simplex vocabulum in usu fuisse constat ex Aristophanis deminutivo *βαθράδιον* [ap. Poll.].

συμ-περι-φορά „obsequentia, indulgentia" „consuetudo" III 14, 7. 16 tit. 3 ⟨5⟩ IV 2 tit. 12, 17; [Pol. saepe; Diod. Sic.].

συν-ανα-στροφή I 9, 5 II 16, 24 IV 11, 31 [Diod. Sic.].

δι-εξ-αγωγή = *δι-αγωγή* „vivendi ratio" I 6, 21; 9, 9 III 13, 5; 22, 67; 24, 101 et 102 IV 1, 26 [al.: Pol., Diod. Sic.].

ἐκ-αίτης = *προσαίτης* III 22, 89; 26, 6.

3. In tertia paragraphi parte collegi nomina *συνθέσει* composita, atque primum ea, quorum priores partes sunt nomina substantiva, tum quorum sunt adiectiva, deinde, quorum particulae.

A.

ἀργυρο-γνώμων „argentarius, qui argentum probat" I, 20, 8 II 3, 3 [(Plat.) de virtute, Plut., Luc.].

ἰσχαδο-κάρυον III 9, 22 IV 7, 22 et 23 [*ἰσχάς* „ficus arida", *κάρυον* „nux"; Aristid.].

κηπ-ουρός III 5, 17; 24, 44 et 45 [Anthol. Pal.; *-ία, -έω* Poll. *οὖρος* = *φύλαξ* Hom.].

οἰκο-δεσπότης II 20, 20 III 22, 4; 24, 99 [Alex. com. ap. Poll., Ios., Plut., N. T.].

B.

μεγαλό-δουλος
μικρό-δουλος } IV 1, 55.

C.

ἀπο-κληρονόμος „exheredatus" III 8, 2.

δισ-ύπατος IV 1, 6 et 53 [Plut.].

σύν-οδος=*συν-οδοι-πόρος* III 13, 13; 21, 5 IV 1, 97 [Antiphil., ap. Att. „conventus"].

4. Pergo vocabula *συνθέσει* ficta adiectiva congerere divisione simili atque in superiore parte usus.

Primum legis adiectiva, quorum alterae partes sunt nomina substantiva, priores vel adiectiva vel pronomina vel particulae.

στενό-βρογχος III 9, 22.

ἐσχατό-γηρως III 26, 6 „extremam senectutem agens" [Strab., Plut., Diod. Sic.].

ὀρθο-γώνιος II 11, 2 [Tim. Locr., Athen., scriptt. mathem.].

ἑτερό-δοξος II 9, 19 [Luc. Philostr., scriptt. eccl.].

κενό-δοξος III 24, 43 [Pol., Diod. Sic., scriptt. eccl.].

ὁμο-ειδής I 14, 8; 20, 2 [Aristot., Pol., Dion. Hal. Marc. Ant.].

[*φιλ-ήδονος* A 81 (S 46) Pol., Luc., Ep. ad., Plut.].

[*πολύ-ηχος* A 15 (S 1 = H 11) est forma recentior adiectivi *πολυηχής*; comparet ap. Aelianum.]

κακόρ-ρυγχος III 22,77. Schweigh.: „male grunniens"; rectius forsitan vertatur: „qui os deforme habet", quod *τὸ ῥύγχος* est „suis rostrum".

πλατύ-σημος I 24, 12; 29, 45 [Strab., Poll.].

κακο-στόμαχος I 25, 15 IV 4, 25; 8, 34 et 35 [Athen., Lucill., Cic. famil.].

αὐτ-εξούσιος II 2, 3 IV 1, 56 et 62 [Muson. ap. Stob., Diod. Sic., Herodian].

κατά-γλωσσος „garrulus" II 16, 20 [Gell. N. A.; al.: Dion. Hal. Luc.].

κατά-δικος IV 11, 24 [Plut., Diod. Sic.].

κατά-χρυσος E 39 [Luc., Diphil. ap. Athen.].

δί-μηνος II 18, 14 [eodem loco *τρίμηνος*, quod Attici scripserunt].

[*δυσ-ήνιος* A 89 (S 63).]

[*εὐ-σθενής* A 7 (H 3) Luc., Phil.]

Adiectiva huiuscemodi in *-ιος* non exsistunt in diss., nisi illud neutrum nominis loco usurpatum *περιτραχήλιον* „torquis" III 14, 12.

Descendunt ex adiectivis supra collatis et appellationes in *-ία*, (*-εια*) et verba in *έω*.

Appellationes in *-ία*, (*-εια*) haec occurrunt:

[*φιλ-ηδονία* A 80 (S 45) Plut.]

εὐ-τονία II 15, 8 [cf. Stoicorum *τόνος*; Hipp., Diod. Sic., Dion. Hal., Plut.].

εὐ-σχολία IV 7, 39 [Longin.].

δύσ-ροια II 17, 18.

A *τετρα-έτης* vel *τετρα-ετής* [Att.] ducitur *τετρα-ετία* III 25, 4; quod vero in Aristot. Rep. Athen. 4, 5 traditum est *δεκα-έτεια,* rectius fortasse scribemus *τετρα-έτεια.*

Verba in *-έω* haec habes:

μακρο-θυμέω E 12, 2 Par. [*μακρόθυμος* N. T., *-έω* Plut. *-ία* Menander].

μακρο-νοσέω III 16, 12.

δυσ-οδέω III 19, 3 [Plut., *δύσοδος* Thuc.].

δυσ-ροέω II 17, 14. 17. 25 IV 1, 33. 52. 57.

εὐ-στοχέω I 27, 2 II 1, 10 IV 6, 26 „attingere rem petitam" [Pol., Diod. Sic., Plut., Strab.; *εὔστοχος* Att.].

εὐ-σχολέω III 2, 16; 9, 19; 23, 29 IV 4, 2; 13, 18 [Luc., Marc. Ant.; *εὔσχολος* Pol., Marc. Ant.].

ἀ-θετέ-ω „rem institutam tollo" II 12, 11 [*θετὸς* adi. verbi *τίθημι* „institutus"; LXX, Pol., N. T.].

ἐξ-ευ-τονέω (*τόνος*) „satis nervorum, virium habere" IV 1, 147 [*εὔ-τονος* Plato].

προσ-ευ-καιρέω I 27, 21 III 22, 72 [Plut.; *εὔκαιρος* Att.].

Addi possunt

ταπεινο-φρονέω I 9, 10 et

ταπεινο-φροσύνη III 24, 56 [N. T.] quae vocabula a *ταπεινόφρων* (Plut., N. T.) quomodo *σωφρονέω* et *σωφροσύνη* a *σώφρων.*

Κατάλληλος exstat I 9, 9; 12, 31; 22, 9; 25, 14 II 9, 10; 18, 1. 9; 24, 16 IV 4, 1; 8, 41. Hoc adiectivum similiter atque Polybii *παράλληλος* ortum est ex *κατ' ἀλλήλους* vel

κατ' ἄλληλα, ut ex praepositione *κατὰ* cum accusativo pluralis *ἀλλήλους, ἄλληλα* coniuncto denuo nominativus singularis *κατάλληλος* fingeretur; atque quantopere Epictetea aetate *κατάλληλος* pro uno vocabulo habitum sit, apparet ex *ἀ-κατάλληλος,* de quo v. p. 58.

5. De vocabulis, quae alteris partibus composita sunt ex substantivis, adiectivis, particulis alteris ex verborum stirpibus.

Huius generis, cuius exempla permulta sunt, primitus nascuntur adiectiva in *-ος,* unde descendunt et nomina in *-ία* et verba in *-έω,* quam derivationis rationem iam supra invenimus. Tria autem vocabulorum genera separari opportunum non videbatur; artius enim inter se cohaerere solent.

ἐλευθερο-ποιός IV 1, 176.

ἰσχυρο-ποιέομαι II 18, 7 IV 9, 15 [Pol., Plut., Diod. Sic.].

κεφαλ-αλγία III 26, 8 [Plut. scriptt. med.].

κεφαλ-αλγέω III 22, 73; 23, 30; 25, 7 IV 6, 21; 8, 28 [scriptt. med.].

χειμ-ασκέω „in hibernis sese exercere" I 2, 32 IV 8, 35 [Pol.].

γηρο-κομέω III 5, 3 = *γηροβοσκέω* Att. [Callim., Luc., Ael.; *γηρο-κόμος* Hes., Opp.].

νοσο-κομέω III 22, 62 [Diog. L.].

στενο-χωρία „labores, molestia" I 25, 26.

στενο-χωρέω I 6, 26; 25, 28 IV 1, 106 [Mach. ap. Athen., N. T., Luc., Diod. Sic.].

ἰσο-δυναμέω I 8, 1 [Pol., Apoll. Dysc.].

μεγαλο-δυναμέομαι E 19 v. l. pro *μέγα δύναμαι.*

ξυλο-κοπέω III 7, 32 IV 4, 37 [Pol.].

τραχηλο-κοπέω I 19, 6; 29, 6 pass. I 1, 18; 2, 16; 29, 22 [Plut., Artem.].

τεχνο-λογέω „artificiose disputare" II 9, 15 et 19 Aristot.].

φιλο-λογέω III 10, 10 [Plut.].

ψυχρο-λογία „frigidus sermo" IV 3, 2 [Luc.].

παρα-δοξο-λογέω II 22, 13 III 24, 111 IV 1, 125 [Strab., Plut., Diod. Sic.].

φλεβο-τομέω II 17, 9 „venam incudere" [scriptt. med.].

τεκνο-τροφέω „liberos educo" I 23, 3 [N. T. de hominibus; Aristot. de apibus.].

[ἀχθο-φορέω A 48 (V 6). [Pol., Plut., Luc., Mel., Antiphil.].]

ἐφ-ήβ-αρχος III 1, 34; 7, 19.

συν-οδοι-πόρος IV 1, 94 [Luc.].

δουλ-αγωγέω III 24, 76 IV 7, 17 „in servitutem abducere" [Diod. Sic., N. T.].

Interdum nomina substantiva vel adiectiva componuntur cum adiectivis verbalibus, ut:

θεο-χόλωτος „deo invisus" II 8, 14 III 1, 37; 22, 2.

ὀρθό-στρωτος (στρώννυμι) IV 7, 37 sc. τοῖχος „paries in altum lapidibus stratus" [S$_0$ λιθόστρ. „ut videtur" Schenkl., Schweigh. nomen λιθ. recepit.].

Verba in -έω haec formantur:

κακ-ελπιστέω IV 5, 27.

ψυχρο-λουτέω I 1, 29 [Ar. ap. Poll., Plut.].

ὀξυ-βλεπτέω II 11, 22 [ὀξυ-βλέπτης].

Vocabulorum in -ής partim iam in libris Atticis similia sunt, quae ab Epicteteis non nisi prioribus partibus differunt.

μικρο-πρεπής IV 7, 11 [Plut., Luc., Schol. Eur.; cf. μεγαλοπρεπής, εὐπρεπής].

μεφαλο-φυής II 17, 19 III 23, 15 et 16 [Pol., Sext. Emp.; cf. εὐ-φυής].

κοιν-ωφελής IV 10, 12 [Phil.].

συν-αφής I 14, 6 [Dion. Hal.].

[περι-λαμπής A 26 (S 9 H 28) Plut.]

ἐπιρ-ρεπής III 22, 1 [Pol., Athen., Luc., Hdn., Sext. Emp.]

Accedunt duae voces, quae pro substantivis usurpantur:

εἰκοστώνης IV 1, 33 = *εἰκοστολόγος* „publicanus“ [*ὠνέομαι*].

ὀψωνητής III 26, 21 sec. Tzetz. = *ὀψώνης* „obsonator“.

6. De vocabulis compositis, quorum priores partes verborum stirpes, alterae substantiva, adiectiva, pronomina sunt.

Perpaucas huiusmodi voces apud Epictetum habes hasce:

φιλο-θέωρος I 29, 58 [Aristot., Alex. ap. Poll., Plut.].

εὑρεσι-λογία II 20, 35 [Pol., Plut., Strab.].

φίλ-αυτος I 19, 11 [Arist., Luc.].

ἐπι-χαιρε-κακία II 16, 45 [Aristot., Plut.].

[*ἀνεξι-κακέω (ἀνέχω)* A 9 (H 4) scriptt. eccl.]

ἀνεξι-κακία E 10, 5 [Plut., Luc., Hdn.].

[*ἀνεξί-κακος* A 13 (H 9) N. T., Luc.].

7. Iam paene innumerabilia adiectiva meum est conferre, quae collata sunt ex particulis (*ἀ*-privativum, *δυσ*-, *εὐ*-) et adiectivis verbalibus cum simplicibus, tum compositis; quorum ingens numerus iterum augetur nominibus in *-ία* ac verbis in *-έω* inde profectis.

ἀν-ανάγκαστος I 6, 40; 17, 21 et 23 II 15, 1; 19, 29; 23, 42 III 3, 10; 5, 7; 24, 39. 69.

ἀ-βοήθητος II 15, 20 III 13, 1 et 3 E 24, 2 et 4 [Pol., Plut]..

ἄ-βρωτος (cf. *βιβρώσκω* = *ἐσθίειν* p. 12) III 21, 2 „quod nondum concoctum est“ [Plut., Athen.; Sophocles secundum Pollucem vocabulum notione ieiuni usurpabat.]

ἀ-δούλευτος „qui nemini servit vel paret“ II 10, 1 [Poll.].

ἀν-ιστόρητος [τινός] „imperitus“ I 6, 23 [Plut., Ios., Pol.].

[*ἀ-κυβέρνητος* A 6 (H 2) Plut.]

ἀ-λήστευτος IV 1, 93 [Ios.].

ἀ-μόλυντος IV 11, 8 [Galen.].

ἀ-πεπτέω (ἄπεπτος: πέψω) I 26, 16 IV 10, 11 [Luc., Plut.].

⟨ἀ-σείστως⟩ coni. pro ἀ-σίτως II 17, 33.

ἀ-σόφιστος (λόγων) I 7, 26 [Ios.].

ἀ-ταπείνωτος IV 6, 8 [Plut.].

ἀ-ταραξία (ab ἀ-τάρακτ-ος ita derivatum est, ut τ in σ mutaretur) decies sexies vel decies septies comparet [Hipp., Epicur. ap. D. L., Luc.].

ἀ-φώτιστος I 14, 10 [Ios.].

ἀν-αφ-αίρετος III 24, 84 et 86; 26, 24 IV 5, 26 ⟨7, 14⟩ [Men., Plut., Dion. Hal.].

ἀν-εξ-απατησία III 2, 2 „immunitas a deceptione".

ἀ-δι-άρθρωτος I 17, 2 IV 8, 10 [Aristot., Plut., Aelian.].

ἀ-παρά-βατος E 51, 2; -ως II 11, 17; 15, 1 [Plut., al.: N. T., Ios.].

[ἀ-μετά-δοτος A 46 (V 6) [Plut.].]

ἀ-καρ-εγ-χείρητος IV 1, 162 [Tim. Locr., Diod. Sic. Clem. Alex.].

ἀ-προσ-εξία (προσ-έχω) IV 12, 5.

ἀ-κατα-στασία (ἵστημι) III 19, 3. [ἀ-κατά-στατος Isocr., Dem.; -ία Pol., N. T.].

ἀ-κατα-στατέω II 1, 12.

ἀ-περί-στατος [cf. II 6, 16 εἰ περιστάσεις λέγεις τὰ περιεστηκότα, πάντα περιστάσεις εἰσίν.] IV 1, 159 [Pol., Plut., Athen.].

ἀ-διά-κριτος I 16, 12 II 20, 29 [Pol., Luc.].

ἀ-κατά-ληκτος I 17, 3 [Luc.].

ἀ-κατά-ληπτος (cf. ἡ κατάληψις) fr. 1, 9 [Aristot., Plut., Cic.; al.: Ios.].

ἀ-παρα-λόγιστος I 14, 12 [Aesop., Hesych.].

ἀ-μετα-νόητος fr. 25, 4 [N. T., Luc.].

ἀν-επ-αν-όρθωτος III 1, 11 [Plut. Iambl.].

ἀ-κατά-πληκτος II 8, 23 IV 4, 10 [Dion. Hal.].

ἀ-παρα-πόδιστος undevicies [Athen.].

ἀ-παρ-εμ-πόδιστος E 1 v. l. pro ἀ-παρα-πόδιστος.

ἀ-μετα-πτωσία „immobilis animi status" III 2, 8. 26. 14 [ἀμετάπτωτος Plat. Tim. 29b; -σία Hierocl.; μετάπτωτος Plut., -ως Ep. II 22, 8].

ἀ-περί-πτωτος „qui non incidit in id, quod fugit" novies [Galen.].

ἀ-πρό-πτωτος „qui non praeceps in assentiendo est" [I 4, 12] II 8, 29 [Plut.].

ἀ-πλήρωτος („qui expleri non potest") III 9, 21 [Luc.].

[ἀ-πολι-όρκητος A 13 (H 9) Plut., Strab.]

ἀ-περί-σπαστος I 29, 59 II 21, 22 III 22, 69 [76] [Pol., Plut., Athen.].

ἀν-επί-στρεπτος „qui nihil curat" II 9, 4 [Synes.].

ἀν-επι-στρεπτέω II 5, 9 [Diog. L.].

ἀν-επι-στρεψία II 1, 14 [Clem. Al.].

ἀν-υπό-τακτος II 10, 1 IV 1, 161 [N. T., Phil.; al.: Pol.].

ἀν-από-τμητος *(τέμνω)* I 1, 24.

ἀν-υπερ-θέτως E 2, 2 Nil. [Diog. L.].

ἀν-υπό-τευκτος *(τυγχάνω)* „voto non frustratus" septies.

ἀ-σύγ-χυτος IV 8, 20 *(-ως)* 11, 8 [Plut.].

Vocabula, quae a δυσ-, εὐ- incipiunt, haec inveni:

δυσ-παρ-ακολούθητος II 12, 10 [Dion. Hal.; al.: Marc. Ant.].

εὐ-αρεστέω I 12, 8 II 23, 29. 42 [Dion. Hal., Diod. Sic., Sext. Emp., Diog. L.].

εὐ-λόγιστος I 11, 17—20, -ως III 2, 2 fr. 2, 4 [Aristot., Pol., Plut., Dion. Hal.].

εὐ-λογιστέω II 23, 35 IV 3, 11 [Plut., Diog. L.].

εὐ-χρηστία ap. Stoicos = ὠφέλεια secundum Phrynichum I 6, 2 II 23, 2 [Pol., Diod. Sic.; -ος Att.].

εὐ-εκ-πηρέαστος „cui facile noceri potest" IV 1, 111 [-ότατος; Gal.].

Praeter vocabula adhuc memorata non pauca diversi modi inveniuntur, quae a syllabis ἀ-, εὐ- incipiunt, adiectiva in -ος (-ης), substantiva in -ία, verba in -έω:

ἀ-δέξιος IV 2, 2 „inhabilis" [vox contr. ἀμφιδέξιος; Luc.].

ἀ-διά-φορος I 9, 13; 20, 12; 30, 3 II 5, 1. 3. 7; 6, 1; 9, 15; 19, 13 E 32, 2 [Cic., Diog. L.; Plut., Stob.].

ἀ-δια-φορία II 5, 20; 6 tit. [Cic., Plut.].

ἀ-δια-φορέω II 6, 2 [Apoll., Marc. Ant.].

ἀ-δια-φορητικός II 1, 14.

ἀ-κατ-άλληλος II 9, 12; 11, 8 [Aristot., scriptt. gramm.].

ἀν-αλήθης IV 1, 50 [Plut., Dion. Hal.].

ἀν-ακόλουθος I 7, 29 III 7, 8 [Dion. Hal.].

ἀν-ίκανος IV 1, 106 [al.: Heliod.].

ἀν-ομογενής I 20, 2 [Sext. Emp.].

ἀν-ομολογία II 21 tit.; 4 [Plut.].

ἀ-πύρετος „qui febri non laborat" IV 6, 21 [Luc., Athen.].

ἀ-συμπαθής II 9, 21 [Plut., Diod. S.].

ἀ-φιλό-στοργος II 17, 37 [a caritate alienus; Plut.].

[εὐ-ποιΐα A 32, 80, 85 (S 15 = M 10, 45, 59) [Luc., Alciphr., Hierod. ap. Stob., Diog. L.; Poll. V 140.].]

προς-ευ-καιρέω I 27, 21 [Plut.].

Addo duo adiectiva composita, quae notionem simplicium exhibent:

ἐπ-αρίστερος III 12, 11 (vox contr. ἀμφιδέξιος; Menander, Plut., Athen., Clem. Alex.; Phryn. 259: Ἐπαρίστερον οὐ χρὴ λέγειν, ἀλλὰ σκαιόν; Pollux II 160 scribit τὸ ἐπαρίστερος ἰδιωτῶν esse, at τὸ ἀμφαρίστερον Atticum].

κατ-αύστηρος I 25, 15.

Denique duo nomina composita in -ασία affero, quae notionem transitivam verborum habent, a quibus ducta sunt:

ἐξ-εργασία III 13, 8.

[εὐ-φρασία A 36 (S 19)] cf. etiam θερμασία IV 8, 38 [Att. θερμότης.]

§ 10.

De vocibus ab Attica consuetudine alienis.

Postquam in §§ 8, 9 verba feci de vocibus derivatis et compositis, restat, ut vocabula congeram, quae aut ex poetarum consuetudine aut ex quibuspiam Graecis dialectis aut ex barbarorum linguis ducta sint, nec non quae praeterea inveniuntur in lingua communi, ut haud certe diiudicari possit, unde aut orta aut sumpta sint.

1. Poetarum voces imprimis Homeri multae apud scriptores recentiores leguntur et has habes apud Epictetum:

εὐ-σταθής σ 374 „munitus, bene constitutus"; inde ab Epicuro notio permutabatur in „animo tranquillus, constans", atque ita utuntur et alii Stoici et Epictetus II 5, 2 III 18, 6 E 33, 11 [A 7 (H 3) A 16 (S 2 H 12)]; ab adiectivo ductum est εὐ-στάθεια „tranquillitas animi" I 29 tit. II 5, 9 III 24, 79;

26,13 IV 3,7 fr. 4,6, verbum εὐ-σταθέω „tranquillo animo esse" I 29,61 II 5,17; 6,5 III 3,19; 9,17; 10,10; 20,14; 22,72; 24,2 IV 1,46; [omnia haec vocabula comparent ap. Luc., Plut., Dion. Hal., Diog. Laërt.].

Vocem **στιλπνός** Homericam [Att. στιλβός] praeter Lucianum recepit Epictetus I 2,18 IV 6,4; 9,7.

χαίτη I 16,13 „iuba" „comae cervicum" vocabulum Homericum vero ab Attico sermone non abhorret cf. Z 509, O 266, P 439, T 405, Xen. equit., V 5, 7, Arist. Ran. 821, Eur. Phoen. 1128, Arist. part. anim. II 14.

Πενθερός occurrit apud Homerum et poetas tragicos Atticos, ap. Ep. III 22,68 et 70. Secundum Moeridem scriptt. rec. illa voce pro κηδεστής interdum uti solebant.

Μύξα I 6,30.31 II 16,13 III 22,90 IV 11,9 et 32 occurrit ap. Hes. sc. 267 et ap. Hippocr. [Att. κόρυζα.] „humor e naribus fluens, mucus".

2. In altera parte paragraphi collegi vocabula dialectorum Graecarum et cetera, quae non nisi in libris recentioris aetatis inveniuntur praeter Latina.

λίτρα II 9,22 erat Doribus Siciliensibus et mensurae et nummi appellatio tradita apud Pol., Diodor., Diosc., Ios., Plut., Galen., Aristot. ap. Poll., Posidipp ap. Athen [cf. λιτροσκόπος Soph. fr. 962] Apud Epict. λίτρα = libra.

ξέστης I 9,33 et 34 II 16,22 [Galen.] De hoc vocabulo alii aliter senserunt. L. Meyer (Griech. Etymologie II 300) scripsit: „ξέστης ein Maſs für trockene und flüssige Dinge ... schlieſst sich wohl an das vorhergehende (so ξέω) an, wenngleich das Bedeutungsverhältnis dabei nicht ganz klar wird." Hanc sententiam a vero valde abhorrere non erit, quin intellegat. Neque vero plane recte iudicasse videntur, qui ξέστης quopiam modo ex Latina voce „sextarius" litteris transscriptum esse censuerunt. Nam si quis sext- in ξεστ- commutari posse concedat, cur finis -arius omnino evanuerit, causa inveniri non potest. Rectius mihi videtur Prellwitz (Etym. Wörterb. 216) Hesychii glossema attulisse: ξ έ σ τ ρ ι ξ κριθή· ἡ ἑξάστιχος. *Κνίδιοι.* In huius

gentis dialecto conservatam esse antiquissimam numeralis ἕξ formam docet ille vir doctissimus. Inde aetate inferiore in linguam communem fortasse ξέστης receptum est. Tamen et vocem et mensuram non ante Romanam aetatem in Graeciam venisse concedendum est.

πέρπερος „vanus ostentator“ III 2, 14 [Pol., Sext. Emp.] ἐμπερπερεύομαι II 1, 34 [Cicero ad Att., Marc. Ant.; περπερεύομαι N. T.] Viros doctos Prellwitz et L. Meyer falso hoc vocabulum a Latino „perperus“ [Accius ap. Non. 150] vel „perperam“ derivasse ex eo apparet, quod poeta comoediae quidam Demosthenem dixit ῥωποπερπερήθραν [Plut., Dem. 8, Diog. Laërt. II 108]. Unde autem descenderit πέρπερος, nescio.

γογγύζω I 29, 55 IV 1, 79 [Poll. V 89 εἴποις δ' ἂν . . . περιστερᾶς γογγύζειν] „musso, mussito“. Huius verbi loco Graeci elegantiores utebantur τονθρύζω et τονθορύζω; cf. Phryn. 358: *Γογγυσμός καὶ γογγύζειν· ταῦτα ἀδόκιμα μὲν οὐκ ἔστιν, Ἰακὰ δέ. Φωκυλίδην γὰρ οἶδα κεχρημένον αὐτῷ τὸν Μιλήσιον, ἄνδρα παλαιὸν σφόδρα.*

„Καὶ τόδε Φωκυλίδεω· χρή τοι τὸν ἑταῖρον ἑταίρῳ
φροντίζειν, ἅσσ' ἂν περι-γογγύζωσι πολῖται.“

Ἀλλὰ τοῦτο μὲν Ἴωσιν ἀφείσθω· ἡμεῖς δὲ τονθρυσμόν καὶ τονθρύζειν λέγωμεν, ἢ νὴ Δία σὺν τῷ ο τονθορυσμὸν καὶ τονθορύζειν. [γογγύζω occurrit in LXX, N. T. et apud Marc. Ant.].

κράββατος I 24, 14 et

κραβ⟨β⟩άτιον III 22, 71 et 74 (deminutum ex κράββατος). Romani litteris transscribebant „grabatum“. Primitus vocem Macedonum fuisse docet Pollux (*X* 35); quos pro σκίμπους, σκιμπόδιον dixisse κράββατος, κραββάτιον, cuius vis est „lectus vilior, unum tantummodo capiens“ (Grimm.).

ξύστρα IV 11, 12 et ξυστρίς, quae vox ap. Ep. non comparet, recentiore aetate usurpabatur pro στλεγγίς [Aelian., scriptt. med.; Phryn. 299].

κοιτωνίτης I 19, 17; 30, 7 formatum est a κοιτών [scriptt. inf. aet.; Att. κατακοιμιστής].

τρώγλη IV 1, 167 inde ab Aristotele invenitur; L. Meyer vocabulum a τρώγω proficiscens facit; vocabula eadem fine -λη instructa attulit ὁμίχλη, ζεύγλη, αἴγλη, ζάγκλη etc.

χολέρα I 19, 6 [LXX, Hipp., Plut.; sec. Prellwitz a χολός].
μώλωψ II 18, 11 [Poll., Mach. ap. Athen, Plut.].
βρόγχος „haustus" III 12, 17 [scriptt. med. „gula"].

3. De vocibus Latinis ab Epicteto transscriptis:

κίρκος = „circus" III 16, 14.
κουκκούμιον deminuta „cuccuma" III 22, 71.
κωδίκελλος = „codicillus" III 7, 30.
μόδιος = „modius" I 17, 7 et 9.
ὀρδινατίων = „ordinatio" III 24, 117.
παλάτιον = „palatium" IV 1, 173.
πάτρων = „patronus" III 9, 18.
πούλβινον = „pulvinum" III 23, 35.
σίφαρον III 2, 18 (v. l. σίπαρον) = „supparum". L. Meyer (Griech. Etym. IV 26) vocabulum Latinum esse negat, cum originem eius inveniri non iam posse confiteatur.

De voce **τιτλάριον** vel τιλλάριον cf. p. 36.

τετρ-άσσαρον IV 5, 17 „moneta quattuor assium" fortasse est adiectivum, cui subauditur κέρμα.

Complura verba facienda sunt de **ὀπτίκια** III 24, 117: *ἂν δ' ἅπαξ περιποιήσῃ τὸ ἄλυπον καὶ ἄφοβον, ἔτι σοι τύραννος ἔσται τις ἢ δορυφόρος ἢ Καισαριανοὶ ἢ ὀρδινατίων δήξεταί σε ἢ οἱ ἐπιθύοντες ἐν τῷ Καπιτωλίῳ ἐπὶ τοῖς ὀπτικίοις τὸν τηλικαύτην ἀρχὴν παρὰ τοῦ Διὸς εἰληφότα;*

Corrector codicis Bodleiani S_b scripsit ὀυικίοις. Quod quid sibi velit perspici non potest, nisi forte est deminutivum nominis vicus = οὔικος. Sed Romanos omnium saeculorum ullum vidisse umquam hominem de vicis immolantem quis est, qui credat? Itemque censeo spernendam esse Casauboni coniecturam ὀψικίοις = obsequiis sc. satellitum principis; neque est, cur Wolfius (et Sophocles in lexico) sentiat, ὀπτικίοις dictum esse pro „auspiciis" [cf. Schweigh. Ep. II p. 792 III p. 402]. Postremus Schw. [II p. 793] doctissime haec verba scripsit: „At non propter obsequia quis sacra facit; sed propter officium sibi delegatum; quo pertinet, quod IV 4, 46 sq. ait: „„quod si quotidie in virtutis

via proficere intellegis, *πόσῳ μείζων αἰτία θυσίας ἢ ὑπατεία ἢ ἐπαρχεία.*““ Quare praeferenda videtur haec interpretatio: et, sermonem esse de muneribus vel honoribus quibusdam intellegitur ex eo, quod his opponitur, *τὴν τηλικαύτην ἀρχὴν παρὰ τοῦ Διὸς εἰληφότα.* Poterat vero vario atque varie detorqueri Latinum illud vocabulum a Graecis, ac deinde rursus a librariis. Libri vero nostri nihil mutant“. In hac re quidem assentior viro excellentissimo, vocabulum ex „officiis ortum esse; neque vero *ὀπτικίοις* recte traditum, sed *ὀπφικίοις*[1]) scribendum esse puto; nam ex litterarum formis, quae in papyris saeculi primi exsistunt, apparet facile factum esse posse, ut *T* pro *Φ* perperam scriberetur.[2])

μούρρινα III 9, 21: *σὺ κρυστάλλινα, ἐγὼ τὰ τοῦ ψευδομένου· σὺ μούρρινα, ἐγὼ τὰ τοῦ ἀποφάσκοντος.* Anno LXI a. Chr. n. a Pompeio „vasa murrina“ ex oriente primum Romam delata sunt, quae Graeci *ἡ μοῤῥία (τὰ μόῤῥια)* [Paus. VIII 18, 2] vel *ἡ μοῤῥίνη* (sc. *λιθία*) [(Arr.) peripl. m. Eryth. 6] nominabant. Occurrit alias [(Arr.) peripl. m. Eryth. 48] scriptura *μουῤῥίνη,* quae ex Latina „murrina“ videtur transcripta esse; accuratius hoc factum videmus in voce Epictetea *μούρρινα*, in qua non solum littera „*μ*“ diphthongo „*ου*“ acutius expressa est (quae res imprimis est imperatoriae aetatis) sed etiam genus neutrum vocabuli Latini servatum est.

§ 11.
De vocum notione ab Attica discedente.

1. Primum enumerabuntur vocabula, quorum sensus Stoicorum doctrina commutatus est:

πρό-θεσις „consilium, voluntas“ sexies vel septies [I 21, 2 pro *προσ-θέσει* scripserunt Meibomius et Wolfius *προ-θέσει*].

---

[1]) Coraes.

[2]) Quod Wolfius Uptonusque suam coniecturam ex libelli bibliothecae Fuggeriana etitulo, qui est *Ὀφρίκια τοῦ Παλατίου*, assumpserunt, in illo titulo emandandum est *Ὀφφίκια*, quae forma infima aetate legitur apud Olymp. 450, 3; 471, 5, Zos. 91, Chal. 849 B, 1089 A, Const. (536), 1206 C, Lyd. 189, Quin. Can. 7; praeterea comparet adiectivum *ὀφφικιάλιος* = officialis Eus. II 833 A, Bas. IV, 713 A, Macar. 833 D, Porph. Cer. 10, 6; 460, 16; 776, 17.

Haec notio vocabuli saepe apud Polybium comparet [Att.: „propositio, expositio mortuorum"].

E 51, 1 legis: *ἂν οὖν . . . προσθέσεις ἐκ προθέσεων . . . ποιῇ*, v. l. *ὑπερθέσεις ἐκ ὑπερθέσεων*. Si *προθ*. recte traditum est, verti potest non aliter atque *προθεσμία* „constituta dies".

πρόσ-θεσις „assensus" coni. Trinc. I 4, 11 pro *προ-θέσει*. Virum doctissimum recte l. tr. mutasse, apparet ex illa voce contraria *ἐποχῇ*, quae subsequitur [Att.: „adiunctio, adiectio"].

θεώρημα „propositio" ter vicies [scriptt. mathem., Pol.; Att. „ludus, spectaculum"].

ἔκ-κλισις est vox contraria appellationis *κλίμα* [p. 27] „declinatio, aversatio" quinquagies septies.

προ-κόπτω inde a Polybio intr. „proficere, progressus facere in moribus emendandis" vicies quater [Diod., Marc. Ant. N. T., Plut.; Att. „augere, maturare"].

προ-κοπή „progressus, profectus, incrementum" duodecies [Pol., Diod., Phil., Ios., N. T.; ab Atticistis vocabulum improbabatur].

κατά-ληψις „perceptio", „animadversio" IV 4, 13 [Plut.; Att. „prehensio, comprehensio"].

ὑπό-ληψις „opinio" novies, dem. *ὑποληψίδιον* IV 1, 140 [inde ab Aristot.; Att. „responsum"].

κατ-ορθόω „recte facere" novies vel decies [Att. „prospere gerere"].

κατ-όρθωμα „recte factum" crebro comparet. Cf. Stob. ecl. II 96, 18 W. *κατορθώματα . . . πάντα, ὅσα κατ' ὀρθὸν λόγον πράττεται* [Cic., Sext. Emp.; Atticis scriptoribus vocabulum non erat in usu].

τόνος II 15, 2—4. 17. 19. 20; 18, 26 cf. Stob. ecl. II 62, 15 W: „*καὶ ὁμοίως ὥσπερ ἰσχὺς τοῦ σώματος τόνος ἐστὶν ἱκανὸς ἐν νεύροις, οὕτω καὶ τῆς ψυχῆς ἰσχὺς τόνος ἐστὶν ἱκανὸς ἐν τῷ κρίνειν καὶ πράττειν ἢ μή*" [Att. „funis"; „intentio", „labor"].

2. Reliqua vocabula partim linguae communi vel volgari debentur, partim in inferioris modo aetatis scriptis comparent:

αἵρεσις „secta", „schola", „coetus hominum ab aliis se seiungentium et sua dogmata sequentium" II 19, 20 [Cic., Diog. L., N. T.]. Eodem spectat:

αἱρέομαι II 9, 20: „ὅταν δ' ἀναλάβῃ τὸ πάθος τὸ τοῦ βεβαμμένου καὶ ᾑρημένου, τότε καὶ ἔστι τῷ ὄντι καὶ καλεῖται Ἰουδαῖος" [Luc.].

ἀνα-στροφή „ratio" „vitae ratio" sim. I 7, 2; 9, 11. 24; 22, 13 IV 7, 5; „a passivo ἀναστρέφομαι „„ambulare in . . ."" de vitae ratione et moribus." Grimm. [Pol., Galen., N. T.; Att. „reversio" etc.].

ἀνα-τείνω „cibis abstineo" II 17, 9 III 22, 73.

ἀτύχημα „animans perniciosum" I 3, 7 II 16, 18 [Att.: „calamitas"].

ἁφή „pulvis" III 22, 52 [Att.: „contactus"].

βάπτω II 9, 20 de lustratione ritu Iudaeorum [N. T. βαπτίζειν. Ceterum iam Eupolis Βάπτας in scenas produxit] cf. αἱρέομαι.

βαστάζω „tolerare" I 3, 2 [Aristot.; Attici scriptores praeferebant φέρειν].

βρέχει intr. „pluit" I 6, 26 [Pol., LXX, N. T.; Att.: trans. „madefacere"].

δια-λέγομαι „declamare" III 23 tit. 16. 23. 37 cf. titulum fragmenti 1. a Wachsmuth. suppletum „Ἀρριανοῦ Ἐπικτητείου πρὸς τὸν περὶ οὐσίας ⟨δια-λεγόμενον⟩. Confer omnino A. Schoene, Progr. Kil. 1897 p. 4—5; **διαλόγους** συντίθημι „declamationes compono" II 1, 34; **δια-λέγομαι** = εἰπεῖν „loqui" I 17, 4 II 8, 12.

ἐγχειρίδιον titulus libri manualis [Longin., Philostrat.; olim „pugiunculus"].

εἶπον „declamare" III 23, 26 [cf. Schoene l. l.].

ἔν-αυσμα metaph. „incitamentum" IV 11, 30 [prima notio „fomes"].

ἐπ-ανα-γιγνώσκω „recensere" I 10, 8 E 49 (cf. Schoene l. l.; Att.: „praelegere alqd. ad cetera"].

ἐφ-οδεύω metaph. „demonstrare" II 21, 17. 19 III 24, 78 IV 4, 14 [Sext. Emp.; Att.: circumire"].

κακό-σχολος „qui otio male utitur" II 19, 15 [Aesch. Ag. „qui malam dilationem efficit"].

κατα-βολή „origo, genus" I 13, 3 [N. T. „seminis deiectio"; Att.: „febris impetus", „solutio pecuniae debitae"].

κατά-ποσις „gula, fauces" I 16, 17 [A 39 (S 22)] [Muson. ap. Stob. flor., scriptt. med.; Att.: „cibi devoratio"].

κατ-αρτίζω „in sedem suam, in locum reponere" [τοὺς ὤμους] III 20, 10 [scriptt. med.; Att.: „restituere, placare"].

κοντός „hasta, iaculum" IV 1, 88 [Luc.; Att.: „pertica"; „contus"].

κρατέω „prehendere, tenere" III 5, 12 c. acc., παρακρατεῖν τὴν ἀμίδα I 2, 8—10 [Plut., N. T.], „continere" III 7, 28 [ἡδονὴν ἐν τοῖς κατὰ φύσιν ἔργοις] c. gen. „firmiter tenere, diligenter et fideliter servare" I 23, 2; 25, 18 III 25, 1 IV 13, 8.

λαλεῖν notionem verborum λέγειν vel διαλέγεσθαι paene ubique apud Epictetum exhibet: I 16, 11; 19, 17. 26 II 6, 7; 13, 19. 23. 24; 17, 2 (?). 3. 10. 13; 21, 17 III 13, 7; 14, 2; 16, 4 (?). 7 III 25, 7 IV 1, 34; 4, 26. 30; 7, 28; 9, 8. 13 E 46 [S 24]. Pass.: II 20, 23 E 33, 2 [inde a poetis novae comoediae; Att.: „garrire"]. Eodem spectat:

λαλιά „dialectus, collocutio" III 16, 1 [N. T.; Att.: „loquacitas, loquentia"].

λιπαίνω „inungere" II 4, 8 [Opp., Athen.; Att.: „pinguem reddere"].

μάμμη sensum eundem habet ac vox Latina „mamma" = „uber", „papilla" II 16, 28. 39. 43 III 24, 53 [ubique τιτθὴ καὶ μάμμη]. Confer ex antiquioribus Aristophanis „μαμμία mater" [Lys. 879] et μαμμᾶν αἰτεῖν [Nubb. 1383].

μετ-άγω „transfero, traduco" E 33, 3 [Pol., Hdn., Dio Cass.; Att.: „pone sequi"].

οἰκείωσις [ab οἰκειόω „sibi alqm. amicum, propinquum conciliare"] II 19, 15 [Att.: ab οἰκειόω „sibi alqd. vindicare"].

ὁμαλίζω „aequalem esse, aequaliter agere" IV 4, 9 [Theophr.; Att.: „alqd. aequaliter conficere"].

παρά-στασις „probatio", „demonstratio" II 19, 1 [Hipp.; Att.: „relegatio, exsilium"; „drachma ab eis, qui litem habebant, in iudicium introeuntibus solvenda"].

παρα-χράομαι „abuti" II 11, 18 IV 9, 12 [Pol.; Herod.: „obiter uti" „neglegere"].

παρ-ορύσσω est terminus technicus luctatorum „ictum lateribus alcs. inferre" III 15, 4 ⟨E 29, 2⟩ [cf. Diog. L. VI 27 *παρορύττειν καὶ λακτίζειν*; Thuc. „iuxta fodere"].

πόρδωνες vocantur philosophi Cynici III 22, 80.

πτερόν „rete" = μήρινθος II 1, 8 [Att.: „pinna"].

πτῶμα „corpus hominis mortuum" [quod collapsum est] I 9, 33. 34 [Pol., LXX, N. T., Phil., Ios., Plut., Hdn.; Att.: „lapsus, ruina"].

σκάμμα „pugna, periculum" IV 8, 26 [Pol.; Plat. „quod effossum est"; „campus alte effossus, in quo athletae se exercebant"; inde orta est notio Polybii Epictetique.

σταυρός „crux, instrumentum, quo homines maleficentissimi affigebantur" II 2, 20 [N. T.; Hom., Her., Att. scriptt. „palus erectus, acutus"]. Inde descendit:

σταυρόω „cruci affigere" II 2, 20 III 26, 22 [Pol., Ios., Artem., N. T.; „nativis Graecis [Hdt.] usitatum est ἀνα-σταυροῦν" Grimm; Att.: „palum depingere, depactis palis munire"].

στολίζομαι „se vestire" IV 1, 116 ductum est a στολή „vestis" [Att.: „navem instruere, armare"].

στρέφω „circumago, manumitto" II 1, 28 [„cf. Pers. V 75 sq. Ritus erat, ut consulibus in sella sedentibus servi manumittendi in medium prodirent, quorum servorum capite aut manu prehensa, domini haec verba ex formula dicebant: „„Hunc hominem liberum esse volo"": deinde circumagebant. (Persius vertigo = *περιδίνησις, περιστροφή*)" Upton].

τρώγω = ἐσθίω IV 11, 11 [Pol. XXXII 9, 9, Plut. N. T.; semel iam Demosth. p. 402, 21 „ligurrire"].

τῦφος metaph., „insolentia" I 8, 6 [Antiphan. ap. Athen., Plut., Luc. Tim.; Att.: „fumus"].

ὑπερ-τίθεμαι „differre" I 4, 1 III 22, 107 IV 12, 2 E 1, 4; 51, 5 [Pol., Plut., Sext. Emp.; Att. act. „praeficere", Hdt. „commendare alqd. alci."]. Inde descendit:

ὑπέρ-θεσις „dilatio" IV 12, 3 E 51, 8 v. l. pro *πρόθεσις* (bis) [Pol.; vox a Polluce improbatur].

ὑπο-τρέχει „in mentem venit" IV 2, 2 [Pol.; Att.: „adulari"].

φάτνη dicitur IV 1, 35 edendi facultas, quam servus manumissus invenit.

φωτίζειν *τὴν ἀλήθειαν* „veritatem conspicuam reddere" I 4, 31 [Pol., Luc., N. T.; Aristot., Theophr.].

χορτάζω = *κορέννυμι* II 16, 43 fr. 23, 13 [Athen., N. T., vox linguae volgaris; Att.: „saginare"].

§ 12.

De praepositionibus inter se permutatis.

1. *Εἰς* pro *ἐν* ab Epicteto perperam adhibitum esse — qui usus saepius in N. T. occurrit — uno tantum loco pro certo haberi potest:

III 22, 71 *αὐτὸ λούσῃ εἰς σκάφην.*

Sed etiam IV 4, 46 scriptt. Att. *ἐν τοῖς ἔργοις* maluisse verisimile est:

εἴ τινα [neutr. plur.] *ὁρᾷς . . . ἀπαντῶντά σοι εἰς τὰ ἔργα.*

2. Vice versa plura exempla inveniuntur, quibus falso *ἐν* pro *εἰς* comparet.

I 11, 32 *καὶ νῦν ἐν Ῥώμῃ ἀνέρχῃ.*

II 20, 33 *ἀπελθεῖν ἐν βαλανείῳ.*

[E 29, 2 traditum est παρ-έρχεσθαι ἐν τῷ ἀγῶνι; sed collato loco III 15, 4 recte ab Uptono restitutum est παρ-ορύσσεσθαι ἐν. τ. ἀ.].

Loci insequentes non sine labore ac negotio explicari possunt, ut ἐν pro εἰς usurpatum esse non existimemus.

III 22, 84 ἐν Ἀθηναίοις παρελθὼν ἐρεῖ τις περὶ προσόδων ἢ πόρων cf. (Plat.) Alc. I 105a: ἐὰν θᾶττον ἐς τὸν Ἀθηναίων δῆμον παρέλθῃς itemque ubique in libris Atticis παρέρχεσθαι εἰς.

Si quis ἐν Ἀθηναίοις rettulerit ad ἐρεῖ, ita locum intelleget: „An philosophus, cum eo se contulerit, apud Athenienses verba faciat de vectigalibus?"

Deinde si IV 10, 3: „μὴ ... προπήδα ἐν τῷ συγκατατίθεσθαι" verbis ἐν τ. σ. sensum verbi προπήδα expleri putaveris, perperam ἐν pro εἰς positum esse apparebit; sin autem una verteris haec vocabula: „πρὸ τοῦ ἐπάγειν τὸν φυσικὸν κανόνα ... ἐν τῷ συγκατατίθεσθαι", ἐν τῷ κ. recte ad ἐπάγειν refertur.

3. Ἀπό.

Loco, ex quo quis exit, Attici scriptores addunt ἐκ, Epictetus ter ἀπό:

I 29, 27 ἔξελθε πάλιν ἀπὸ τῆς φυλακῆς [ἐκ III 22, 74].

I 29, 34 νέος ... ἀπὸ σχολῆς ἀπιών [ἐκ 5, 10].

III 21, 12 ἀπὸ λιμένος μὲν οὐδεὶς ἀνάγεται.

Semel passivo verbi ἀπο-στέλλειν pro παρὰ falso ἀπὸ adiungitur (cf. πεμφθῆναι παρά τινος inde ab Homero):

III 22, 23 ἀλλ' εἰδέναι δεῖ [sc. τὸν κυνικόν], ὅτι ἄγγελος ἀπὸ τοῦ Διὸς ἀπέσταλται.

Deinde sunt duo loci, quibus verba sumendi et audiendi perperam ἀπὸ pro παρὰ asciscunt:

IV 11, 3 οὕτως ἐξαίρετόν τι περὶ τὸν ἄνθρωπον εἶναι οἰόμεθα ἀπὸ τῶν θεῶν αὐτὸ πρῶτον λαμβάνοντες.

E 32, 1 *ἀπὸ τοῦ μάντεως ἀποπευσόμενος* B¹ et D. un. (V) *ἀπὸ τοῦ μάντεως αὐτὸ πευσόμενος.* Schenkl., ceterorum codicum auctoritatem sequens, scripsit *παρὰ τοῦ μάντεως αὐτὸ πευσόμενος·*

§ 13.

De adverbiis loci inter se confusis.

Graecis priorum saeculorum adverbia *ἔνθα, ἐνταῦθα, ἄνω, κάτω, εἴσω, ἔξω* communes habuisse significationes (in loco atque ad locum) notum est. Aetate procedente paulatim in maiorum numerum adverbiorum localium ille usus duplex irrepsit. Cuius apud Epictetum (ut in N. T.) non tantum vestigia, sed multa sunt exempla. Ita inveniuntur adverbia haec: interrogativum *ποῦ*; „ubi?“ et „quo?“ relativum vel interrogativum enuntiatorum secundariorum *ὅπου* „quo“, demonstrativum *ὧδε* nusquam „ita, sic“, sed vel huc, vel, ut iam apud Iones Atticosque „hic“, *ἐκεῖ* „illuc“; cf. *ἀλλαχοῦ* „alio, in alium locum“.

Exempla sunt haec:

1. *ποῦ* „quo“.

II 6, 22 *εἰ δὲ μή, ἔχεις ποῦ ἀντὶ Γυάρων ἀπέλθῃς.*

III 22, 22 *καὶ ποῦ δύναταί τις ἐκβαλεῖν ἔξω τοῦ κόσμου;*

III 13, 14 *ὅταν δὲ μὴ παρέχῃ τἀναγκαῖα, τὸ ἀνακλητικὸν σημαίνει, τὴν θύραν ἤνοιξεν καὶ λέγει σοι ʻἔρχουʼ. ποῦ; εἰς οὐδὲν δεινόν.*

IV 1, 96 *ἀναχωρῆσαι ποῦ ποτε κρείσσων; εἰς ἐρημίαν . . .;*

I 27, 8 *ποῦ γὰρ αὐτὸν φύγω;* 9 *καὶ ποῦ φύγω τὸν θάνατον;* (*ποῦ* aut „quo“ aut „ubi“.)

IV 1, 93 *ποῦ τις καταφύγῃ;*

II 20, 28 *ἐσθίων ποῦ φέρεις τὴν χεῖρα; εἰς τὸ στόμα ἢ εἰς τὸν ὀφθαλμόν; λουόμενος ποῦ ἐμβαίνεις;*

III 26, 3 *ταλαίπωρε, οὕτω τυφλὸς εἶ καὶ τὴν ὁδὸν οὐχ ὁρᾷς, ὅποι φέρει ἡ τῶν ἀναγκαίων ἔνδεια; ποῦ γὰρ φέρει; . . . εἰς θάνατον.*

In enuntiato interrogativo obliquo recte comparet „*ὅποι*“.

I 13, 5 *Ὁρᾷς ποῦ βλέπεις; ὅτι εἰς τὴν γῆν βλέπεις;*

II 1, 8 *ποῦ τρέπονται* (sc. *οἱ ἔλαφοι*) *καὶ πρὸς τίνα ἀναχωροῦσιν ὡς ἀσφαλῆ; πρὸς τὰ δίκτυα.*

II 9, 4 *τίνα οὖν ποιοῦμεν ὡς πρόβατα; ὅταν τῆς γαστρὸς ἕνεκα . . . ποῦ ἀπεκλίναμεν; ἐπὶ τὰ πρόβατα.*

ibid. 5 *ὅταν μαχίμως . . ., ποῦ ἀπεκλίναμεν; ἐπὶ τὰ θηρία.*

I 7, 10 *ἄν τις ἅπτηται αὐτοῦ ὑπομιμνήσκων, τίνος ἀπολελειμμένος ποῦ ἀποκέκλικεν·*

fr. 10, 15 *Ἄνθρωπε ποῦ βάλλεις; . . . ἂν γὰρ εἰς οἴησιν αὐτὰ βάλλῃς, ἀπώλετο.*

III 22, 75 *σκόπει ποῦ κατάγομεν τὸν Κυνικόν . . .*

2. *ὅπου* „quo“.

IV 1, 34 *πορεύομαι ὅπου θέλω, ἔρχομαι . . . ὅπου θέλω.*

II 6, 22 *εἰ δὲ μή, ἔχεις ποῦ ἀντὶ Γυάρων ἀπέλθῃς, ὅπου κἀκεῖνος ἐλεύσεται* cf. p. 70.

IV 1, 18 *νυκτὸς οὐδέποτ' ἀπῆλθες, ὅπου οὐκ ἤθελες;*

III 22, 22 *ὅπου δ' ἂν ἀπέλθω, ἐκεῖ ἥλιος . . .*

IV 7, 14 *ὅπου δ' ἂν ἀπέλθω, ἐκεῖ μοι καλῶς ἔσται.*

II 18, 25 *εἰ δὲ μή, οἴχεταί σ' ἔχουσα, ὅπου ἂν θέλῃ.*

I 6, 24 *εἰς Ὀλύμπια μὲν ἀποδημεῖτε . . .· ὅπου δ' οὐδ' ἀποδημῆσαι χρεία ἐστίν, ἀλλὰ . . ., ταῦτα δὲ θεάσασθαι . . . οὐκ ἐπιθυμήσετε;*

II 16, 42 *ὅπου θέλεις, ἄγε.*

I 29, 14 „*κρείττονές εἰσιν οἱ δέκα τοῦ ἑνός.*“ *πρὸς τί; πρὸς τὸ ἀπαγαγεῖν, ὅπου θέλουσιν.*

III 24, 6 *οἷς* (sc. *τοῖς κόραξιν καὶ ταῖς κορώναις*) *ἔξεστιν ἵπτασθαι, ὅπου θέλουσιν.*

IV 1, 28 *πέτεσθαι πέφυκα, ὅπου θέλω.*

II 15, 20 *οὕτω καὶ ἀσθενὴς ψυχή, ὅπου μὲν κλίνει, ἄδηλον ἔχει.*

IV 4, 33 *ὅπου γὰρ ἂν κλίνῃς, ἐδούλευσας.*

3. a) *ὧδε* „hic“.

II 12, 24 *ὧδε λοιπὸν ὁ κίνδυνος, μὴ πρῶτον μὲν εἴπῃ ...*

Hoc loco *ὧδε* particulae „ita“ vim exhibere, falso sensit Schenkl. in indice.

II 21, 14 *καὶ ἐν Νικοπόλει σαπρῶς λούει τὰ βαλανεῖα καὶ ἐν οἴκῳ κακῶς καὶ ὧδε κακῶς.*

III 12, 9 *τί οὖν ὧδε ποιεῖ τὸ φοίνικα στῆσαι ...;*

III 22, 105 *ὧδε ἡ πολλὴ προσοχὴ καὶ σύντασις.*

b) *ὧδε* „huc“.

I 27, 18 *οὐδέποτε καταπίνειν τι θέλων ἐκεῖ φέρω τὸν ψωμὸν, ἀλλ' ὧδε.* Cf. infra sub 4.

II 20, 30 *δὸς ὧδε τὴν πτισάνην.*

III 12, 16 *ἂν μὲν ὧδέ που ῥέπῃ πρὸς ὄρεξιν.*

III 16, 14 *εἶτ' ἐκεῖθεν ὧδε καὶ πάλιν ἔνθεν ἐκεῖ οἱ αὐτοί* (cf. infra sub 4).

III 20, 18 *ἀλλὰ τί; ταῦτα μέχρι ὧδε, εἰς οἶκον δ' οὐδεὶς ἀποφέρει.*

4. *ἐκεῖ* „illuc“.

III 16, 14 ... *ἔνθεν* ... *εἰς μονομαχίαν* ... *καὶ ἔνθεν πάλιν ἐκεῖ οἱ αὐτοί·* [Soph. O. C. 1019; cf. infra].

IV 1, 96 *εἰς ἐρημίαν; ἄγε, ἐκεῖ πυρετὸς οὐκ ἔρχεται;*

III 24, 113 *νῦν δ' ἐκεῖ πέμπει.*

III 24, 101 *ἄν μ' ἐκεῖ πέμπῃς, ὅπου κατὰ φύσιν διεξαγωγὴ οὐκ ἔστιν ἀνθρώπων.*

I 27, 18 *οὐδέποτε καταπίνειν τι θέλων ἐκεῖ φέρω τὸν ψωμόν, ἀλλ' ὧδε.* [cf. supra sub 3b].

II 1, 12 *ἂν γάρ τις ἐκεῖ μεταθῇ τὸ εὐλαβές, ὅπου προαίρεσις ...*

II 22, 19 *ὅπου γὰρ ἂν τὸ ἐγὼ καὶ τὸ ἐμόν, ἐκεῖ ἀνάγκη ῥέπειν τὸ ζῷον.*

[*Ἐκεῖσε* = *ἐκεῖ* (cf. N. T.) semel exstat in indice S 58: *ἐξέσται γάρ σοι, ὥσπερ ἐκεῖσε πᾶσαν* (sc. *τὴν ναῦν*), *οὕτω κἀνθάδε πᾶσαν κυβερνᾶν πόλιν*.]

5. *ἀλλαχοῦ* „alio".

III 23, 22 *ἄλλον ἀλλαχοῦ ἔπεμπε.*

III 26, 4 *μήτι καὶ ὁ ἐκείνων λιμὸς ἀλλαχοῦ που φέρει;*

6. *που* indef. „aliquo".

III 10, 5 *πού ποτ' ἀπελθόντα τοῦ σωματίου ἐπιμελεῖσθαι.*

IV 11, 16 *ἢ ἄπελθ' εἰς ἐρημίαν πού ποτε.*

III 16, 10 *μακρὰν οὖν ἀπὸ τοῦ ἡλίου πού ποτε ὑπάγετε.*

III 24, 8 *μηδ' ἡμεῖς που ἀποδημῶμεν.*

II 4, 5 *οὐ θέλεις οὖν ῥιφῆναί που καὶ αὐτὸς ἐπὶ κοπρίαν.*

§ 14.

De particula *ποτέ*.

Particulae indefinitae *ποτὲ* sensus temporalis esse solet; sed non pauca recentiore aetate inveniuntur exempla [N. T.], quibus quibusdam pronominibus ac particulis indefinitis ita adiecta est *ποτέ*, ut valeat ad augendam earum vim et cumulandam.

Inde bina vocabula quasi in singula coacta ap. Ep. comparent haec:

1. *τίς ποτε* „quidam" et substantivi et adiectivi loco, imprimis neutrum *τίποτε* „quiddam". [Apud Graecos nostrae aetatis et „quiddam" et „nihil".]

2. *πούποτε* „aliquo" „alicubi" indefinitum.

3. *πώσποτε* „aliquā" „utcumque".

Exempla haec habes:

1. a) *τίς ποτε* adiectivi loco.

III 1, 14 *τινά ποτ' ἀκούω Πολέμωνα ἐξ ἀκολαστοτάτου νεανίσκου τοσαύτην μεταβολὴν μεταβαλεῖν.*

III 7, 23 *ἂν δὲ . . . φιλοσοφίαν τινά ποτε ταύτην ἐξευρηκότες ὦμεν.*

III 21, 51 *Ὀλύμπια μέλλεις ἀπογράφεσθαι, οὐχί τινά ποτε ἀγῶνα ψυχρὸν καὶ ταλαίπωρον.*

III 23, 15 *οὗτός τινά ποτέ μου χρείαν ἔχει.*

IV 5, 21 *ἀλλά τί ποτε ἄγριον θηρίον* (sc. *ἐστίν*).

IV 10, 12 *ἐγὼ . . . ἔργον τί ποτε ἀνθρωπικόν* [sc. *θέλω ποιῶν εὑρεθῆναι*].

b) *τίς ποτε* substantivi loco.

III 23, 29 *ὅτι τίς ποτε αὐτὸν διαβέβληκεν.*

c) *τίποτε.*

II 21, 11 *κρίνεις, . . . πῶς τίποτ' ἐφλυάρησα τὰ ἐπελθόντα μοι.* [Schweigh.: „*τὰ ἐπελθόντα*" per asyndeton adiecta; rectius fortasse deletur *τά*.]

III 5, 3 *κακὸς κακῶς τίποτε ποιήσεις τῶν ἑξῆς.*

III 5, 5 *ὅτι καὶ νόσος καὶ θάνατος καταλαβεῖν ἡμᾶς ὀφείλουσιν τίποτε ποιοῦντας;*

III 5, 6 *τίποτε μὲν γὰρ ποιοῦντά σε δεῖ καταληφθῆναι.*

III 13, 18 [*τὰ παιδάρια*] . . . *οἰκοδομεῖ τίποτε.*

III 24, 39 *τίποτ' ἐπαινούμενοι ὑπὸ τῶν φίλων.*

IV 10, 11 *ἀνάγκη τίποτε ποιοῦντα εὑρεθῆναι.*

2. a) *πούποτε* „aliquo".

III 10, 5 *πούποτ' ἀπελθόντα.*

III 16, 10 *μακρὰν οὖν ἀπὸ τοῦ ἡλίου πούποτε ὑπάγετε.*

IV 11, 16 *ἄπελθ' εἰς ἐρημίαν πούποτε.*

b) *πούποτε* „alicubi".

II 1, 31 *ἐκεῖνα δὲ τὰ περιόδια . . . ἄρας πούποτε ἀπαλείψεις.*

IV 11, 32 *οὐ λούσῃ πούποτε ὡς θέλεις.*

3. *πώσποτε* „aliquā", „utrumque".

II 15, 12 *εἰ δ' ἐπῆλθέν σοί πώσποτ' ἐμὲ ἀποκτεῖναι.*

II 21, 14 *ἤθελον πώσποτε πάντα μαθὼν ἐπανελθεῖν.*

IV 13, 1 *πώσποτε ἐξαγόμεθα καὶ αὐτοὶ πρὸς . . .*

§ 15.

De particula ἄν.

1. Ut apud Atticos cum poetas tum scriptores satis raro in sententiis hypotheticis irrealibus deest ἄν[1]), ita hoc frequentius in libris inferioris aetatis, maxime in N. T. fit; apud Epictetum quidem haec exempla quattuor vel quinque inveni:

I 29, 51 *εἰ δὲ περὶ συνημμένου τινὸς ἐπικεκρίκει καὶ ἐδεδώκει ἀπόφανσιν τὸ 'εἰ ἡμέρα ἐστί, φῶς ἐστι, κρίνω ψεῦδος εἶναι', τί ἐγεγόνει τῷ συνημμένῳ;*

I 28, 13 non recte afferatur, quod ex verbis *τί ἂν ἐγένετο;* ἂν ad insequentem sententiam facile suppletur: *εἰ οὖν ἐφάνη τῷ Μενελάῳ παθεῖν ὅτι κέρδος ἐστὶ τοιαύτης γυναικὸς στερηθῆναι, τ. ἂν. ἐγ.; ἀπολώλει ἡ Ἰλιὰς οὐ μόνον ἀλλὰ καὶ ἡ Ὀδύσσεια.*

I 16, 20 *εἰ γοῦν ἀηδὼν ἤμην, ἐποίουν τὰ τῆς ἀηδόνος.*

II 14, 29 *καὶ εἰ τὰ κτήνη συναίσθησίν τινα εἶχεν, κατεγέλα τῶν ἄλλο τι τεθαυμακότων ἢ τὸν χόρτον.*

In Uptoni codice olim legebatur *κατεγέλα ἄν.*

Et IV 1, 166 Epictetus ex memoria collaudans Platonis verba Socratica: „*ἐὰν εἰς Θετταλίαν ἀποδημήσῃς, οὐχὶ ἐπιμελήσονται*" hoc modo commutavit: *εἰ μὲν εἰς Θετταλίαν ἀπῄειν, ἐπεμελήθητε αὐτῶν.*

2. Loco insequenti: I 16, 7 *καίτοι νὴ τὸν Δία καὶ τοὺς θεοὺς ἓν τῶν γεγονότων ἀπήρκει πρὸς τὸ αἰσθέσθαι τῆς προνοίας τῷ γε αἰδήμονι καὶ εὐχαρίστῳ.*

ἀπήρκει eadem ratione adhibitum est, atque in libris Atticis *προσῆκε, ἐχρῆν* e. s., quibus ἂν non additur, etsi verba fiunt de re, quae evenire non potest.[2])

3. Satis frequenter Arrianus in dissertationibus *ἤθελον* particula ἂν non adiecta scripsit, ut significaret rem, et quae confici possit, et quae confici non posset [N. T.] Itaque forma

---

[1]) Kühner-Gerth, Gramm. Gr. II 1, 215 sq.

[2]) Locum IV 1, 23 praetereo, quo facile ἂν suppleatur.

nuda *ἤθελον* primum Attici optativi cum *ἄν* loco, tum pro indicativo imperfecti item apposita particula in usu est.

Exempla sunt haec:

a) *ἤθελον* = opt. c. *ἄν*.

I 19, 17 *'φρονίμως μοι λελάληκεν Φηλικίων'; ἤθελον αὐτὸν ἀποβληθῆναι τοῦ κοπρῶνος, ἵνα πάλιν ἄφρων σοι δοκῇ.*

I 21, 3 *ἤθελον, ἵνα με καὶ οἱ ἀπαντῶντες θαυμάζωσι καὶ ἐπακολουθοῦντες ἐπικραυγάζωσιν· 'ὦ μεγάλου φιλοσόφου.'*

I 29, 35 (de luctatoribus) *ἀλλὰ καλέσαντος τοῦ καιροῦ κλάειν δεῖ καὶ λέγειν 'ἤθελον ἔτι μανθάνειν.'*

I 29, 38 *ἤθελον πλεῦσαι ἐπ' αὐτὸ τοῦτο καὶ ἰδεῖν, τί μου ποιεῖ ὁ ἀθλητής, πῶς μελετᾷ τὴν ὑπόθεσιν.* [Comparantur philosophi cum luctatoris discipulis.]

II 8, 16 *ἀλλ' ἀνεχόμεθα λέγοντος αὐτοῦ* (adulescentis domum redeuntis) *'σὲ ἤθελον ἔχειν'*; (sc. comitem).

II 17, 33 *ἤθελον δ' ἀσφαλῶς ⟨ἔχειν⟩ καὶ ἀσείστως καὶ οὐ μόνον ἐγρηγορώς, ἀλλὰ καὶ καθεύδων καὶ οἰνωμένος καὶ ἐν μελαγχολίᾳ.*

cf. § 31 *ἐγὼ θέλω μὲν καὶ ἀπαθὴς εἶναι καὶ ἀτάραχος.*

II 21, 13 Epictetus discipulum haec verba dicentem fingit: *'ἤθελον πώσποτε πάντα μαθὼν ἐπανελθεῖν ...'*

III 23, 13 *ἤθελές σου τὰ παιδία εἶναι τοιαῦτα;*

IV 1, 105. 106 *οὐ θέλεις ... πορεύεσθαι ... εὐχαριστήσας ὑπὲρ ὧν ἤκουσας καὶ εἶδες; 'οὔ. ἀλλ' ἔτι ἑορτάζειν ἤθελον.'*

IV 1, 143 *ἤθελον ἐπιστῆναί τινι αὐτῶν συνουσιάζοντι, ἵνα ἴδω, πῶς τείνεται.*

IV 4, 32 *Ἀλλ' ἐγὼ ἤθελον ἐφ' ἡσυχίας διάγειν.*

b) *ἤθελον* = ind. impf. c. *ἄν*.

I 10, 6 (de homine quodam, qui, cum Caesar ei tabellas misisset, Epicteti praecepta plane erat oblitus:) *ἤθελον αὐτὸν νῦν παραστὰς ὑπομνῆσαι τῶν λόγων, οὓς ἔλεγε παρερχό-*

μενος, καὶ εἰπεῖν ὅτι 'πόσῳ σοῦ ἐγὼ κομψότερος μάντις εἰμί';

IV 1, 150 *ἐγὼ μὲν οὐδὲ ζῆν ἤθελον, εἰ διὰ Φηλικίωνα ἔδει ζῆσαι τῆς ὀφρύος αὐτοῦ καὶ τοῦ δουλικοῦ φρυάγματος ἀνασχόμενον.*

4. Ut Homerus *ἂν* adicit indicativo futuri, quo rebus quibuspiam accidentibus aliquid eventurum esse exprimatur, ita, quibus paucis locis in libris Atticis hic usus occurrit, aut in aliis codicibus alia leguntur verba, aut lectio tradita facile mutari potest. Eodem modo iudicandum est de Ep. diss. II 23, 1 *Βιβλίον πᾶς ἂν ἥδιον ἀναγνῴη καὶ ῥᾷον τὸ εὐσημοτέροις γράμμασι γεγραμμένον. οὐκοῦν καὶ λόγους πᾶς ἄν τις ῥᾷον ἀκούσει τοὺς εὐσχήμοσιν ἅμα καὶ εὐπρεπέσιν ὀνόμασι σεσημασμένους.* Optativo aoristi *ἀναγνῴη* poscitur idem verbi *ἀκούειν* modus. Quem alii aliter restituere conati sunt: Coraes *ἀκοῦσαι*, Schenklius *ἀκούσειε* scripserunt.

Sed restant duo loci, qui Homericum usum pure ostendunt:

III 21, 7 *καὶ μὴν ἐγὼ ὑμῖν ἐξηγήσομαι τὰ Χρυσίππεια ὡς οὐδείς, τὴν λέξιν διαλύσω καθαρώτατα, προσθήσω ἄν που καὶ Ἀντιπάτρου καὶ Ἀρχεδήμου φοράν* [„aliquando — si vos iuvat — etiam A. et A. impetum adiungam"].

I 11, 32 *καὶ νῦν ἐν Ῥώμῃ ἀνέρχῃ, ὅτι δοκεῖ σοι· κἂν μεταδόξῃ, οὐκ ἂν ἀπελεύσῃ.*

§ 16.

De particula *πῶς*.

Πῶς pro *ὅτι* sive *ὡς* post verba sentiendi vel monstrandi sicut in N. T. et in hodierna lingua Graeca, his Epicteti locis comparet:

1. Antecedit *ὁρᾶν*.

II 25, 3 *Σιωπήσαντος δὲ τοῦ ἀνθρώπου· 'Ὁρᾷς, ἔφη, πῶς αὐτὸς ὁμολογεῖς, ὅτι . . .'*

III 22, 51 *τηλικούτῳ πράγματι ὁρᾷς, πῶς μέλλεις ἐγχειρεῖν;*

IV 7, 34 *καὶ ὅμως ὅρα, πῶς καὶ πρὸς τούτους* [sc. *τοὺς μωροὺς*] *ὡς δεῖ ἔχοντας παρασκευάζουσιν* [sc. *οἱ λόγοι*].

E 24, 3 *ὁρᾶτε ὑμεῖς, πῶς ἄνισοι ἔστε καὶ ἀγνώμονες;*

II 16, 31 *ἴδε, πῶς τραγῳδία γίνεται, ὅταν εἰς μωροὺς ἀνθρώπους ⟨τὰ⟩ τυγχάνοντ' ἐμπέσῃ.*

IV 8, 30 *ἵν' ἴδητε . . . ὅτι . . . ζητεῖτε· καὶ ἴδετε πῶς ὑγιαίνω.*

III 2, 17 *ἴδωμεν, πῶς ὑπόθεσίν τις λαβὼν εἰς οὐδὲν ἄτοπον ἀπαχθήσεται.*

IV 11, 23 *ἴδετε, πῶς ἄοικος ὢν . . . ἀταραχώτερον διάγω καὶ εὐρούστερον.*

II 1, 17 *ἰδοὺ πῶς οὐ δάκνει* [sc. *ὁ θάνατος*].

II 1, 34 *ἰδοὺ πῶς διαλόγους συντίθημι.*
ἰδοὺ πῶς ὀρεγόμενος οὐκ ἀποτυγχάνω.

IV 10, 15 *ἰδοὺ πῶς κέχρημαι ταῖς αἰσθήσεσιν, ἰδοὺ πῶς ταῖς προλήψεσιν.*

I 18, 4 *ἀλλὰ δεῖξον τὴν πλάνην καὶ ὄψει, πῶς ἀφίστανται τῶν ἁμαρτημάτων.*

I 29, 61 *ἐπεὶ χωρὶς τούτων ἄγαγέ μοι τὸν Καίσαρα καὶ ὄψει πῶς εὐσταθῶ.*

II 18, 3 *καὶ ὄψει, πῶς σου τὰ σκέλη παραλύεται.*

II 24, 29 *καὶ ὄψει, πῶς κινήσεις τὸν λέγοντα.*

IV 13, 15 *καὶ ὄψει, πῶς οὐκ ἀναμένω, ἵνα . . .*

2. Antecedunt *δεικνύειν, γιγνώσκειν, παριστάναι* sim.

I 11, 8 *δεῖξον οὖν μοι σύ, πῶς κατὰ φύσιν ἐστίν.*
δεῖξον, πῶς οὐκ ἔστι κατὰ φύσιν οὐδ' ὀρθῶς γίνεται.

I 18, 7 *κἂν οὕτω λέγῃς, γνώσῃ, πῶς ἀπάνθρωπόν ἐστιν ὃ λέγεις.*

II 22, 10 *γνώσῃ, πῶς σε τὸ παιδίον ταχέως κατορύξαι θέλει.*

II 26, 4 *καὶ σαφῶς παραστῆσαι, πῶς ὃ θέλει οὐ ποιεῖ καὶ ὃ μὴ θέλει ποιεῖ.*

II 20, 25 *λάβε νῦν, πῶς ἡ δικαιοσύνη οὐδέν ἐστι πῶς ἡ αἰδὼς μωρία ἐστί, πῶς πατὴρ οὐδέν ἐστι, πῶς ὁ υἱὸς οὐδέν ἐστιν.*

Qui supersunt loci aliusmodi sunt; nam scriptoribus Atticis pendet ex verbis *φροντίζειν* et *μέλειν ὅπως* c. ind. fut., cum Epictetus interdum *πῶς* c. coni. praes. utatur his locis:

I 2, 17 *σὲ ἔδει φροντίζειν, πῶς ἀνόμοιος* [Blass.] *ᾖς τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις.*

I 16, 3 *ἐπεὶ ὅρα, οἷον ἦν ἡμᾶς φροντίζειν μὴ περὶ ἑαυτῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν προβάτων καὶ τῶν ὄνων, πῶς ἐνδύσηται καὶ πῶς ὑποδήσηται, πῶς φάγῃ, πῶς πίῃ.*

IV 7, 37 *σοὶ μέλει, πῶς ἐν ὀρθοστρώτοις οἰκῇς, ἔτι πῶς παῖδές σοι ... διακονῶσιν, πῶς ἐσθῆτα περίβλεπτον φορῇς, πῶς κυνηγοὺς πολλοὺς ἔχῃς, πῶς κιθαρῳδούς, τραγῳδούς.*

§ 17.

De particula *ὥστε.*

Enumeranda modo sunt enuntiata consecutiva, in quibus sine dubio *ὡς* pro *ὥστε* exstat, quam rem in libris quidem Atticis pedestribus certo statui non posse plerique sentiunt.

1. *ὡς* c. inf.

III 22, 89 *οὐδὲ γὰρ ῥυπαρὸν αὐτὸν δεῖ φαίνεσθαι, ὡς μηδὲ κατὰ τοῦτο τοὺς ἀνθρώπους ἀποσοβεῖν.*

fr. 11, 10 *εἶτα χείρων Πώλου ὁ γενναῖος ἀνὴρ φανεῖται, ὡς μὴ πᾶν τὸ περιτεθὲν ... πρόσωπον ὑποκρίνασθαι καλῶς;*

2. *ὡς* c. acc. c. inf.

II 14, 7 *ὅτι δεῖ τὴν αὐτοῦ βούλησιν συναρμόσαι τοῖς γινομένοις ὡς μήτε τι τῶν γινομένων ἀκόντων ἡμῶν γίνεσθαι μήτε τῶν μὴ γινομένων θελόντων ἡμῶν μὴ γίνεσθαι.*

IV 6, 4 *καὶ περὶ τὸ σῶμα δέ τινα κακοτεχνεῖν, ὡς εὐμορφότερον φαίνεθαι καὶ γενναιότερον τοῦ ὄντος.*

Dubitari potest, num recte traditus sit locus IV 1, 50:

ὅτι οὐδεὶς οὕτως ἐστὶν ἀναίσθητος ἢ ἀναλήθης, μὴ ἀποδύρασθαι τὰς αὑτοῦ συμφοράς, ὅσῳ ἂν ᾖ φίλτερος.

Nam enuntiatum consecutivum sola particula *μὴ* inferri inauditum videtur; quare Salmasio assentiri non morabimur, qui ante *μὴ* supplevit *ὡς*.

IV 6, 8 singulari modo verbum *μανθάνειν* sequitur *ὥστε* c. inf.:

τοῦτ' ἔστι, περὶ ὃ ἐσπούδακας; οὐ μανθάνειν, ὥστε ἄλυπος εἶναι . . .;

cf. I 29, 24 *μανθάνω, ἵνα* p. 80 sq.

§ 18.

De particula *ἵνα*.

Ἵνα omnibus inferiorum temporum scriptoribus nec non Epicteto usitatissima coniunctio est, a quibus, ubicumque licet, particulis *ὡς, ὅπως* praeferri solet. Sed praeterea hac coniunctione praeter ceteras Epictetus varie perperam usus est infinitivi loco et pro particulis *ὥστε, ὅπως, οἷος, ἐφ' ᾧτε,* semel pro optativo, cui *ἂν* addita sit.

1. *Ἵνα* c. coni. pro infinitivo post verba imperandi his locis comparet:

I 2, 19 *προσπέμψαντος αὐτῷ Οὐεσπασιανοῦ, ἵνα μὴ εἰσέλθῃ εἰς τὴν σύγκλητον.*

III 7, 30 *Γραψάτω σοι* [sc. *Καῖσαρ*], *ἵνα κρίνῃς περὶ τῶν μουσικῶν.*

III 24, 46 *οὐχὶ δὲ μόνον* [sc. *λέγω*], *ἵνα πράξῃς τὸ σαυτῷ πρέπον;*

IV 11, 29 *χοίρῳ διαλέγου, ἵν' ἐν βορβόρῳ μὴ κυλίηται.*

2. Verbis *εὔχεσθαι, ἱκετεύειν, κατασκευάζειν, ἀφιέναι, περιμένειν, ἀναμένειν, ποιεῖν, μανθάνειν* prisca aetate infinitivus adiungebatur; Epictetus *ἵνα* posuit his locis:

II 6, 12 εἰ οὖν αἴσθησιν εἶχον, εὔχεσθαι αὐτοὺς ἔδει, ἵνα μὴ θερισθῶσιν μηδέποτε;[1])

III 24, 76 ἱκετεύεις, ἵνα ἀφεθῇς;

II 20, 22 κατασκεύασον, ἵν' οἱ πολῖται ... τιμῶσι τὸ θεῖον.

IV 13, 19 ἄφες οὖν, ἵνα κἀγὼ ταὐτὰ ὑπολάβω.

IV 8, 25 εἰ ἄλλον περιμένω, ἵνα με ὠφελήσῃ.

IV 13, 15 οὐκ ἀναμένω, ἵνα μοι σὺ πιστεύσῃς τὰ σεαυτοῦ.

II 2, 5 ἵνα δὲ καὶ ἐκκλίνων αὐτὰ πάθῃς, πῶς δύναται ποιῆσαι;

IV 11, 17 ποίησον, ἵνα σε μηδεὶς ἀποστρέφηται, μηδεὶς ἐκτρέπηται.

[Att. aut inf. aut ὥστε c. inf. aut ὅπως.]

I 29, 24 ἔμαθον, ἵνα πᾶν τὸ γινόμενον ἴδω, ὅτι, ἂν ἀπροαίρετον ᾖ, οὐδέν ἐστι πρὸς ἐμέ [cf. p. 80 μανθάνω, ὥστε].

3. Linguae volgaris est „θέλω, ἵνα" [N. T.], ubi item infinitivus rectius poneretur. Exempla sunt haec:

I 18, 14 οὐ θέλεις, ἵνα αὐτὸν (sc. τὸν πλακοῦντα) αρπάσωσι;

I 21, 3 'ἤθελον, ἵνα με οἱ ἀπαντῶτες θαυμάζωσι καὶ ἐπακολουθοῦντες ἐπικραυγάζωσιν· ὦ μεγάλου φιλοσόφου.'

II 7, 8 „μᾶλλον θέλω, ... ἵν' ἐκεῖνος αὐτὰ ἀφέληται ἢ ἵν' ἐγὼ μὴ πέμψω."

III 4, 7 τί οὖν θέλεις; ἵνα σὺ μὲν ποιῇς, ὃ θέλεις, ἐκεῖνοι δὲ μηδ' εἴπωσιν, ἃ θέλουσιν;

4. Pronominis demonstrativi vis enuntiato per ἵνα inchoato explicatur ut in N. T., ita apud Epictetum his locis:

II 5, 16 λοιπὸν ἐν τούτῳ ἡ εὐρυθμία, ἐν τούτῳ ἡ τέχνη, τὸ τάχος, ἡ εὐγνωμοσύνη, ἵν' ἐγὼ μηδ' ἂν τὸν κόλπον ἐκτείνω, δύνωμαι λαβεῖν αὐτό, ὁ δέ, ἂν βάλω, λαμβάνῃ.

[S λαμβάνει, Salmasius λαμβάνῃ.]

---

[1]) Non minus falso usus est ὅπως II 16, 13 εὔχου νῦν καθήμενος, ὅπως αἱ μύξαι σου μὴ ῥέωσιν.

Insequentibus locis pronomen supplendum est:

I 10, 8 *πρῶτόν* (sc. *τοῦτο*) *ἐστιν, ἵνα ἐγὼ κοιμηθῶ.*

III 20, 13 *τὸν θάνατον τί ποιήσεις; τί γὰρ ἄλλο, ἢ* (sc. *τοῦτο*) *ἵνα σε κοσμήσῃ ἢ ἵνα δείξῃς ἔργῳ ...*

III 24, 6 *τούτου γὰρ ἄξιος εἶ, ἵνα καὶ τῶν κοράκων καὶ κορωνῶν ἀθλιώτερος ᾖς.*

III 24, 84 *τίς οὖν ἡ πρὸς τοῦτο ἄσκησις; πρῶτον μὲν ἡ ἀνωτάτω καὶ κυριωτάτη καὶ εὐθὺς ὥσπερ ἐν πύλαις, ... ἵν' ὅταν καταγῇ* [sc. *χύτρα, ὑάλινον ποτήριον*], *μεμνημένος μὴ ταραχθῇς.*

IV 5, 33 *τραχεῖα γὰρ πρὸς τί ἦν;* (sc. *πρὸς τοῦτο*) *ἵν' ὕδωρ καταχέῃ τῆς κεφαλῆς, ὅσον καὶ θέλει, ἵνα καταπατήσῃ τὸν πλακοῦντα.*

5. In enuntiatis consecutivis pro *οὕτως — ὥστε* comparet *οὕτως — ἵνα* hisce locis:

II 2, 16 *οὕτω μωρὸς ἦν, ἵνα μὴ ἴδῃ, ὅτι ...*

III 12, 10 *εἶθ' οὕτως προβήσῃ, ἵνα ... εἴπῃς ...*

III 26, 25 *διὰ τί δ' οὕτως ἄχρηστον καὶ ἀνωφελῆ σεαυτὸν παρεσκεύακας, ἵνα μηδεὶς σε εἰς οἰκίαν θέλῃ δέξασθαι, μηδεὶς ἐπιμεληθῆναι;*

IV 8, 21 *εἰ δ' οὕτω κωφὸς εἶ καὶ τυφλὸς, ἵνα μηδὲ τὸν Ἥφαιστον ὑπολαμβάνῃς καλὸν χαλκέα ...*

E 12, 10 sq. *οὐχ οὕτως ἐστὶν αὐτῷ καλῶς, ἵνα ἐπ' ἐκείνῳ ᾖ τὸ σὲ μὴ ταραχθῆναι.*

Saepius *οὕτως* omissum est:

I 27, 8 *ἔστω ἐμὲ ⟨μὴ⟩ εἶναι Σαρπηδόνα τὸν τοῦ Διός, ἵν' οὕτω γενναίως εἴπω.*

I 28, 31 *κρείσσων γάρ εἰμι τοῦ Ἀγαμέμνονος ἢ τοῦ Ἀχιλλέως, ἵν' ἐκεῖνοι μὲν διὰ τὸ ἀκολουθῆσαι τοῖς φαινομένοις τοιαῦτα κακὰ ποιήσωσι καὶ πάθωσιν, ἐμοὶ δὲ μὴ ἀρκῇ τὸ φαινόμενον;*

II 6, 23 *τί λοιπὸν ὡς ἐπὶ μεγάλα ἀνέρχῃ; μικρότερά ἐστι τῆς παρασκευῆς, ἵνα εἴπῃ νέος εὐφυής, ὅτι ...*

II 11, 18 *τοῦτο γάρ, οἶμαι, ἐστίν, ὃ εὑρεθὲν ἀπαλλάσσει μανίας τοὺς μόνῳ τῷ δοκεῖν μέτρῳ παραχρωμένους, ἵνα λοιπὸν ἀπό τινων γνωρίμων καὶ διευκρινημένων ὁρμώμενοι χρώμεθα ἐπὶ τῶν ἐπὶ μέρους διηρθρωμέναις ταῖς προλήψεσι.*

II 18, 22 *ἐνθυμήθητι οἵαν νίκην ποτὲ ἔγνω ἐκεῖνος νενικηκότα ἑαυτόν, οἷα Ὀλύμπια, πόστος ἀφ' Ἡρακλέους ἐγένετο· ἵνα τις, νὴ τοὺς θεούς, δικαίως ἀσπάζηται αὐτόν.*

II 22, 9 *τί οὖν; κυνάρια οὐδέποτ' εἶδες σαίνοντα καὶ προσπαίζοντα ἀλλήλοις, ἵν' εἴπῃς· οὐδὲν φιλικώτερον;*

III 22, 103 *ὅπου δὲ προαίρεσις καὶ χρῆσις τῶν φαντασιῶν, ἐκεῖ ὄψει, ὅσα ὄμματα ἔχει, ἵν' εἴπῃς, ὅτι Ἄργος τυφλὸς ἦν πρὸς αὐτόν.*

IV 1, 84 *ἐπιθυμήσεις δέ τίνος ἔτι; τῶν μὲν γὰρ προαιρετικῶν ... σύμμετρον ἔχεις ... τὴν ὄρεξιν, τῶν δ' ἀπροαιρέτων οὐδενὸς ὀρέγῃ, ἵνα καὶ τόπον σχῇ τὸ ἄλογον ἐκεῖνο ...*

IV 1, 99 *πῶς λέγεις προσκατατάξει; — Ἵν', ὃ ἂν ἐκεῖνος θέλῃ, καὶ αὐτὸς θέλῃ καί, ὃ ἂν ἐκεῖνος μὴ θέλῃ, τοῦτο μηδ' αὐτὸς θέλῃ.*

IV 3, 9 *ἐλεύθερος γάρ εἰμι καὶ φίλος τοῦ θεοῦ, ἵν' ἑκὼν πείθωμαι αὐτῷ.*

IV 7, 29 *μὴ γὰρ Σωκράτης ἐστί, μὴ γὰρ Διογένης, ἵν' ὁ ἔπαινος αὐτοῦ ἀπόδειξις ᾖ περὶ ἐμοῦ;*

IV 11, 29 *περὶ τί γὰρ ἐσπούδακεν ὅμοιον τῷ καλῷ, ἵν' αὐτὸν μεταθῶ καὶ εἴπω 'οὐκ ἔστιν ἐνθάδε τὸ καλόν, ἀλλ' ἐνθάδε';*

Sensus enuntiati per *ἵνα* inchoati consecutivi talis est, qualis in sententia primaria optativo c. *ἂν* redderetur. Pro eiusmodi pronuntiato ab Atticis scriptoribus modus infinitus c. *ἂν* ponitur, cui praemittitur coniunctio *ὥστε*.

Cf. Xen. An. V 9, 31 *καί μοι οἱ θεοὶ οὕτως ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐσήμηναν, ὥστε καὶ ἰδιώτην ἂν γνῶναι, ὅτι τῆς μοναρχίας ἀπέχεσθαί με δεῖ;* ita ap. Ep. *ὥστ' ἐμὲ αὐτὸν ἂν μεταθεῖναι καὶ εἰπεῖν* etc.

Reliquum est, ut exempla enumerem, quibus aut *ὥστε* aut *οἷος* usurpare Atticis scriptoribus licuerit.

I 19, 13 *καθόλου τοιαύτην ⟨τὴν⟩ φύσιν τοῦ λογικοῦ ζῴου κατεσκεύασεν, ἵνα μηδενὸς τῶν ἰδίων ἀγαθῶν δύνηται τυγχάνειν, ⟨ἂν⟩ μή τι εἰς τὸ κοινὸν ὠφέλιμον προφέρηται;*

II 16, 45 *ἀλλ' οὐκ εἶ Ἡρακλῆς ... οὐδὲ Θησεύς, ἵνα τὰ τῆς Ἀττικῆς καθάρῃς.*

6. Quin Epicteto significationes particularum *ἵνα* et *ὅπως* interdum nihil inter se diversae fuerint, dubitare non poteris, cum locum IV 5, 5 legeris:

οὐδὲν οὖν ἄλλο ἤθελον ἢ τὸ ἴδιον. τί δ' ἐστι τοῦτο; οὐχ ἵνα κινῇ οὗτός τινα κατὰ φύσιν ... ἀλλ' ὅπως ... κατὰ φύσιν ἕξει καὶ διεξάξει.

Nam sententias per *ἵνα* et *ὅπως* coeptas inter se respondere videbis. *Ὅπως* non aliter enucleari potest, quam si *θέλω* uti *βούλομαι* „cupio" intelligitur; nam ita *ὅπως* hoc verbo adiunctum fingi potest,[1]) et particulam *ἵνα* pro *ὅπως* stare non incredibile est. Sunt quidem multa exempla, quibus hic usus confirmetur;[2]) etenim Atticis verba *σκοπέω, ἐπιμελέομαι, παρακαλέω, προσέχω, μέμνημαι, ὑπομιμνήσκω* assumebant sententiam per *ὅπως* c. ind. fut. coeptam, Epictetus falso posuit *ἵνα* verbis hisce:

III 7, 11 *ἀλλ' ἄν σοι δόξῃ, ἐκεῖνο μόνον σκεπτώμεθα, ἵνα κεκρυμμένως, ἵν' ἀσφαλῶς* (sc. *λάβῃ*), *ἵνα μή τις γνῷ.*

III 24, 19 *τῷ ὄντι κακῶς διοικεῖται τὰ ὅλα, εἰ μὴ ἐπιμελεῖται ὁ Ζεὺς τῶν ἑαυτοῦ πολιτῶν, ἵν' ὦσιν ὅμοιοι αὐτῷ εὐδαίμονες.*

II 7, 11 *ὡς τοῖς ὀφθαλμοῖς χρώμεθα, οὐ παρακαλοῦντες αὐτούς, ἵνα ... δεικνύωσιν.*

E 40 *προσέχειν οὖν ἄξιον, ἵνα αἴσθωνται.*

---

[1]) Kühner-Gerth, Gr. Gr. II 2, 373.

[2]) Cf. etiam p. 85 Platonis verba I 9, 23 et III 1, 20 laudata.

[E 34 Stob. *μέμνησο, ἵνα σου μὴ (μή σου A) κρατήσῃ τὸ προσηνὲς αὐτοῦ* (sc. *τοῦ πράγματος*).]

II 2, 8 *Διὰ τοῦτο ὁ Σωκράτης πρὸς τὸν ὑπομιμνήσκοντα, ἵνα παρασκευάζηται πρὸς τὴν δίκην, ἔφη* . . .

Accedit locus III 4, 9 *'ἄγε ἵνα Σώφρων στεφανωθῇ' ἀλλ' ἐκεῖνο· 'ἄγε ἵνα τηρήσω τὴν ἐμαυτοῦ προαίρεσιν* . . . Scriptores Attici adhortationes, sive *ἄγε* praeponitur sive omittitur, coniunctione *ὅπως* c. ind. fut. exprimebant.

7. Plat. Ap. 29 c haec verba leguntur: *ὦ Σώκρατες, νῦν μὲν Ἀνύτῳ οὐ πεισόμεθα, ἀλλ' ἀφίεμέν σε, ἐπὶ τούτῳ μέντοι, ἐφ' ᾧ τε μηκέτ' ἐν ταύτῃ τῇ ζητήσει διατρίβειν μηδὲ φιλοσοφεῖν.*

Epictetus bis Platonis verba e memoria repetivit:

I 9, 23 *'ἂν μοι λέγητε', φησί, 'νῦν, ὅτι „ἀφίεμέν σε ἐπὶ τούτοις, ὅπως μηκέτι διαλέξῃ τούτους τοὺς λόγους* . . ."

III 1, 20 *'ἂν μ' ἀφῆτε', φησί, 'ἐπὶ τούτοις, ἵνα μηκέτι τοῦτα πράσσω, ἃ νῦν, οὐκ' ἀνέξομαι οὐδ' ἀνήσω.*

Videmus Epicteto Platonis ac omnino Atticorum *ἐπὶ τούτῳ, ἐφ' ᾧ τε* non fuisse consuetum; nam altero loco scripsit *ἐπὶ τούτοις, ὅπως*, altero *ἐπὶ τούτῳ, ἵνα.*[1])

Ad hos proxime accedunt duo loci insequentes:

IV 13, 10 *μὴ γὰρ ἐπὶ συνθήκαις τισὶν ἐξήνεγκας τὰ σεαυτοῦ ἵν' ἀκούσῃς ἐν τῷ μέρει καὶ τὰ ἐμά;*

I 25, 15 *ἐγὼ οὐ δύναμαι παρὰ τούτῳ δειπνεῖν, ἵν' αὐτοῦ ἀνέχωμαι καθ' ἡμέραν διηγουμένου, πῶς ἐν Μυσίᾳ ἐπολέμησε.*

8. Attici scriptores sententiam relativam praetulissent hoc loco:

E 51 *ποῖον οὖν ἔτι διδάσκαλον προσδοκᾷς, ἵνα εἰς ἐκεῖνον ὑπερθῇ τὴν ἐπανόρθωσιν ποιῆσαι τὴν σεαυτοῦ;* [Att.: *εἰς ὅντινα ὑπερθήσῃ.*]

---

[1]) Cf. p. 84.

Similiter indicabimus de I 24, 3: *οὐδεὶς δὲ δειλὸν κατάσκοπον πέμπει, ἵν', ἂν μόνον ἀκούσῃ καὶ σκιάν ποθεν ἴδῃ, τρέχων ἔλθῃ τεταραγμένος* . . . [Att.: *ὅστις* . . . *ἐλεύσεται* vel *πρόσεισιν* . . .]

9. Singulariter Arrianus *ἵνα* usus est II 19, 21 *ποῦ γάρ* [sc. *ἔστιν*], *ἵν' ὑμεῖς τὴν ἀρετὴν πᾶσιν τοῖς ἄλλοις ἴσην ἢ καὶ κρείττονα ἔργῳ ὑπολάβητε;*

Sensus dicti Attice non melius exprimi possit, quam optativo c. *ἄν*: *ποῦ γὰρ ὑμεῖς τὴν ἀρετὴν* . . . *ἂν ὑπολάβοιτε;*

10. Editorum socordiae debetur haec paragraphi pars postrema, qui II 1, 1 „ex S_c receperint": *εἰ ἀληθές ἐστι τόδε, ἵν'* ⟨*ᾖ*⟩[1]) *ἅμα μὲν εὐλαβῶς ἅμα δὲ θαρρούντως πάντα ποιεῖν.* Schenklius quidem qui ipse sententiam non plane intellegeret, coniecturam *τόδ' εἶναι ἅμα* addidit. Sed Elter e codicis S prima scriptura lectionem veram enucleavit hanc:

εἰ ἀληθές ἐστι τὸ δεῖν ἅμα μὲν κ. τ. λ.

[Blass, Litter. Centralblatt 1899, 169. 170.]

§ 19.

De verbi modis.

1. De optativo.

a) Optativus, quem recentioribus saeculis paulatim evanuisse notum est in hisce dissertationum capitibus, fragmentis, enchiridii capitibus, formulis quibusdam exceptis ut *μὴ γένοιτο* similibusque imperatoria aetate usitatissimis non occurrit:

diss. I 1, 2, 4, 5 [10 *μὴ γ.*], 6, 9 [32 *μ. γ.*], 10 [7 *μ. γ.*], 13, 16, 18, 19 [8 *μ. γ.*], 20—24, 25 [*καλῶς σοι γ.*], 26 [6 *μ. γ.*], 27, 28 [19 et 23 *μ. γ.*], 29 [9 *μ. γ.*], 30.

II 1, 3, 4, 5 [29 *εὖ σοι γ.*], 6, 7, 9—11, 13, 15 [14 *μ. γ.*], 17—19, 21, 25, 26.

---

[1]) S_c.

III 2—4, 7 [4 μ. γ.], 8, 9, 11—16, 17 [5 μ. γ], 18, 19, 20 [καλῶς γ.], 21, 22, 23 [14 et 24 μ. γ; 25 comparet ἂν πρέποι in dicto Platonico], 26.

IV 2, 3, 5, 7 [27 μ. γ.], 8 [26 μ. γ.], 10, 12.

fr. 2, 3, 6—9, 11—15, 18, 20, 22—33, 35, 36.

E 1—6, 8—23, 25, 27—32, 34—53.

b) Praeter formulas illas supra enumeratas unum modo est exemplum optativi proprii, qui optandi vim habet:

III 5, 11 *ταῦτα με ἐνθυμούμενον . . . καταλάβοι ὁ θάνατος.*

c) Optativus in enuntiato interrogativo[1]) apud Epictetum non comparet; nam IV 1, 148:

σοῦ δέ τις ἀνάσχοιτο τῶν γραῶν ἐρῶντος

ante *ἀνάσχοιτο* particula *ἂν* supplenda est.

d) Plerumque forma potentialis Attica apud Epictetum in sententiis enuntiativis primariis comparet. Exempla omnia haec habes:

I 11, 26 *εὔξαιο δ' ἂν οὕτω στεργχθῆναι.*

II 8, 14 *οὐκ ἂν τολμήσαις.*

16, 38 *ταχὺ γ' ἂν οὗτος ὑπομεῖναι.*

20, 1 *καὶ σχεδὸν τοῦτο μέγιστον ἄν τις ποιήσαιτο τεκμήριον.*

20, 37 *ἐλπίσαι τις ἄν,*

22, 3 *οὗτος ἂν καὶ φιλεῖν εἰδείη.*

23, 1 *πᾶς ἄν τις ἥδιον ἀναγνοίη.*
πᾶς ἄν τις ῥᾷον ἀκούσειε [S *ἀκούσει* cf. p. 77].

24, 3 *εὕροις ἄν.*

III 1, 3 *ἀποφήναιτ' ἄν τις.*

IV 1, 147 *ἄν τις . . . ὑπολάβοι.*

11, 5 *οὐκ ἂν εὕροις.*

---

[1]) Kühner-Gerth, Gr. Gr. II 1, 230.

E 24, 4 *ἀνωφελὴς ἂν εἴης.*

fr. 10 *ἣν σαπῇ, οὖρον ἢ ὄξος ⟨ἂν⟩ γένοιτο.*

fr. 17 *εἰ . . . κελεύοι, . . . ἄτοπος ἂν δόξειεν.*

fr. 19 *διὰ τί οὐκ ἄν τις οὕτω διατεθείη, ὥστε . . ., εἰ μηδὲν λέγοι;*

fr. 34 *εἰ . . . ὑπερβάλλοι, . . . ἂν γίνοιτο.*

[S 25 . . *ἂν . . . διδάξειε . . . πεισθείη.*]

e) Item in sententiis interrogativis inest optativus c. *ἂν*:

I 8, 9 *ποίᾳ γὰρ ἄν τις ἔτι μηχανῇ πεῖσαι . . .;*

12, 8 *πῶς ἂν ἐποίμην . . . γενοίμην . . .;*

II 14, 18 *τίνος δ' ἂν φαντασθείης ὡς ἐνδέοντος;*

22, 3 *πῶς ἂν ἔτι οὗτος φιλεῖν δύναιτο;*

24, 3 *οὐκοῦν . . . οὗτος ἐμπείρως ἂν λέγοι, ὁ δὲ . . . ἄπειρος ἂν εἴη . . .;*

III 24, 39 *τί ἄν τις λέγοι;*

IV 1, 25 *τίς δ' ἂν . . . βούλοιτο . . .;*

9, 3 *πόσου ἂν τιμήσαιντο οὗτοι . . .;*

11, 5 *τί ἂν ἄλλο εὕροις ἢ . . .;*

E 24, 5 *τί ὄφελος ἂν . . . γένοιο;*

f) In sententiis secundariis optativus, quem proprie vocant orationis obliquae, nusquam apud Epictetum occurrit; nam qui leguntur optativi in enuntiatis secundariis, omnes sunt potentiales. Ac primum quidem collegi sententias interrogativas obliquas:

I 7, 2 *ζητοῦμεν . . . πῶς ἂν εὕροι ὁ καλὸς καὶ ἀγαθός . . .*

14, 1 *Πυθομένου δέ τινος, πῶς ἄν τις πεισθείη.*

15, 6 *τοῦτο ζητῶ, πῶς ἂν . . . κατὰ φύσιν ἔχοιμι.*

Insequuntur sententiae relativae:

II 12, 11 *ἐξ ὧν . . . παραχωρῆσαι δύναιτ' ἂν . . .*

III 6, 8 *ὥσπερ ... λέγοιτ' ἂν ...*

24, 109 *ὅσαι γένοιντ' ἄν.*

IV 6, 4 *δι' οἵων ἂν γένοιτο.*

E 26, 8 *ὃς οὐκ ἂν εἴποι.*

Bis in sententiis per *ὅτι* inchoatis opt. c. *ἂν* occurrit:

I 8, 6 *ὅτι προσγένοιτ' ἄν.*

IV 13, 4 *ὅτι οὐκ ἄν ποτε οὗτος ἐξείποι.*

g) Enuntiatum finale unum exhibet optativum:

fr. 5 *παραλαβὼν τὸν νεανίσκον παρὰ τοῦ δήμου, ἵνα τιμωρήσαιτο, ... τούτου μὲν ἀπέσχετο.*

Non neglegi potest:

III 1, 37 *"Ἄγε οὖν, τῷ θεῷ πεισθῶμεν, ἵνα μὴ θεοχόλωτοι ὦμεν.' Οὔ· ἀλλ' ἂν μὲν κόραξ κραυγάζων σημαίνῃ σοί τι, οὐχ ὁ κόραξ ἐστὶν ὁ σημαίνων, ἀλλ' ὁ θεὸς δι' αὐτοῦ· ἂν δὲ δι' ἀνθρωπίνης φωνῆς σημαίνῃ τι, τὸν ἄνθρωπον ⟨οὐ⟩*[1] *ποιήσει λέγειν σοι ταῦτα,* **ἵνα γνοίης** *τὴν δύναμιν τοῦ δαιμονίου, ὅτι τοῖς μὲν οὕτως, τοῖς δ' ἐκείνως σημαίνει, περὶ δὲ τῶν μεγίστων καὶ κυριωτάτων, ⟨διὰ⟩*[1] *καλλίστου ἀγγέλου σημαίνει;*

Fr. Blassius delevit particulam *οὐ* ante *ποιήσει* a correctore cod. Bodl. (S_b) insertam et scripsit *⟨προσ⟩ποιήσῃ*; praeterea pro *ἵνα γνοίης* levissima mutatione restituit *ἵν' ἀγνοῇς*.

h) Itaque loco fr. 5 excepto particulis *ἵνα, ὅπως* apud Epictetum nusquam optativus adiungitur [cf. R. Kapff, Der Gebrauch des Optativus bei Diodorus Siculus, Diss. Tuebingen 1903 p. 65 sqq.]:

IV 4, 20 *ἄλλος φοβεῖται, μὴ οὐκ* **ἄρξῃ**· *σύ, μὴ* **ἄρξῃς**. *μηδαμῶς, ἄνθρωπε. ἀλλ' ὡς καταγελᾷς τοῦ φοβουμένου μὴ* **ἄρξαι**, *οὕτω καὶ σαυτοῦ καταγέλα.*

Hoc loco Arrianus, ut saepius inferiore aetate fit, verbo *φοβεῖσθαι* non *μὴ* c. opt. *ἄρξαι*, sed *μὴ* c. inf. *ἄρξαι* addidit.

---

[1]) ins. S_b.

i) Condicionalium, in quibus comparet optativus, sententiarum non nisi numeros capitum paragraphorumque enumerare opus est:

I 3, 1; 8, 7; 17, 10 III 1, 3 IV 4, 16 E 7; 33, 10 fr. 1, 10; 4, 12; 16; 17; 21, 6 [S 24, 34, 37].

οἷον εἰ c. opt. II 2, 22; 20, 2; 23, 36 III 10, 6; 25, 7 IV 4, 13.

ὁπότε ἔχοι III 1, 3.

2. De indicativo futuri et subiunctivo aoristi inter se confusis.

Indicativus futuri et subiunctivus aoristi activi mediique plerumque ea re modo differunt, quod subiunctivus aoristi vocales, quae verborum stirpes subsequuntur, productas exhibet. Quare, ut inter se permutarentur, facile eveniebat; praeterea autem apud scriptores inferioris aetatis saepius coniunctivi vim indicativi futuri exhibent, et hoc non solum in genere activo et medio, sed etiam passivo fit.[1]) Varia apud Epictetum haec habes exempla:

I 9, 10 *οὐ μηχανώμενον, ὅπως μὴ* **ταπεινοφρονήσητε** *μηδὲ ταπεινοὺς μηδ' ἀγεννεῖς τινας διαλογισμοὺς* **διαλογιεῖσθε** *αὐτοὶ περὶ ἑαυτῶν.*

I 17, 2 *Ἐπειδὴ λόγος ἐστὶν ὁ διαρθρῶν καὶ ἐξεργαζόμενος τὰ λοιπά . . ., ὑπὸ τίνος* **διαρθρωθῇ**; *. . . εἰ λόγος, ἐκεῖνον πάλιν τίς* **διαρθρώσει**;

IV 7, 24 *εἰ δὲ* **κύψω** *καὶ ἄλλον* **ἀνατρέψω** *ἢ ὑπ' ἄλλου* **ἀνατραπῶ** *καὶ* **κολακεύσω** *τοὺς εἰσιόντας . . .*

IV 11, 35 *ἰδοὺ νέος ἀξιέραστος, ἰδοὺ πρεσβύτης ἄξιος τοῦ ἐρᾶν καὶ ἀντεράσθαι, ᾧ τις υἱὸν αὐτὸν* **παραδῷ** *μαθησόμενον* [S *παραδοθησόμενον*, corr. S_b], *ᾧ θυγατέρες, ᾧ νέοι* **προσελεύσονται.**

3. Verbo *ἐθέλειν* (*θέλεις βούλει* sim.) iam ab Atticis scriptoribus, deinde ab Epicteto subiunctivus apponebatur; idem

[1]) Cf. Blass, Gramm. d. Neutestamentl. Griech.[2] p. 213.

inferiore tantum aetate fieri solebat in imperativo aoristi activi ἄφες „sine“ [N. T.], qui uti ἄγε, ἰδοὺ particulae fere locum obtinet; Graeci nostrae aetatis vocabulum corripuerunt in ἄς [Blass, Grammatik des Neutestamentlichen Griechisch [2] 213, 16].

Exempla haec sunt:

1. plur.:

I 9, 15 ἄφες δείξωμεν αὐτοῖς.

1. sing.:

II 18, 24 ἔκδεξαι ...· ἄφες ἴδω τίς εἶ.

III 12, 15 ἔκδεξαι, ἄφες ἴδω τίς εἶ καὶ πόθεν ἔρχῃ.

IV 1, 132 ἄφες σκέψωμαι.

Item cum tertia singulari persona I 15, 7 ἄφες ἀνθήσῃ πρῶτον, εἶτα προβάλῃ τὸν καρπόν, εἶτα πεπανθῇ.

4. Nonnulla verba facienda sunt de paucis illis locis, quibus in Schenklii editione particulam εἰ coniunctivus subsequitur. Ac primum quidem non est, cur I 29, 27 lectionem codicis s ἔχετε pro ἔχητε, II 18, 11 correctorem S_c, qui ἐξαλείψει pro ἐξαλείψῃ scripsit, IV 10, 6 lectionem codicis s θέλεις pro θέλῃς sequamur; deinde II 19, 21 et III 16, 16 ἔχητε facile in ἔχετε mutari potest; denique verisimillimum est, loco IV 4, 11 κλαίοι pro κλαίῃ scribendum esse, quod οἷον εἰ praecedit [Coraes].

§ 20.

De negationibus.

Saeculis inferioribus ratio negationum οὐ et μὴ magis magisque ita mutatur, ut saepe οὐ locum particulae μὴ obtineat; quare indicativo οὐ, ceteris verbi modis, coniunctivo, infinitivo, participio μὴ adduntur. Quin etiam in sententiis enuntiativis atque temporalibus, quae particulis ὅτι, ἐπεὶ instructae sunt, μὴ nonnumquam legitur. Vice versa in lingua volgari pronuntiata relativa, quibus inest notio voluntatis vel rei tantum cogitatae vel quae non ad singulas res, sed ad complures spectant, οὐ pro μὴ exhibent.

Item sententiae condicionales, quae particula εἰ inchoantur, negationem οὐ exhibent.

Haec omnia etiam in Arriani scriptis Epicteteis invenimus.[1])

1. Participiis μή additur LXXII in dissertatioibus, earum fragmentis, enchiridio, [VI in appendice]; μηδαμοῦ IV 7, 9, μηδὲ IV, μηδεὶς, -ὲν XVIII, μηδέποτε VI, μηδέπω IV 1, 174, μηδέτερον I 7, 4, μήτε V.

οὐ comparet his locis: I 11, 10; 12, 22; 26, 17; 27, 1. 3 II 7, 10. 11; 9 tit.; 11, 5; 12, 9; 15, 14; 17, 19; 20, 27; 21, 8; 22, 33; 24 tit., 15 III 1, 29. 36; 22, 69; 24, 14. 17. 20. 113 IV 1, 35. 147. 174; 8, 13 E 32, 3; 35; 51, 1 [= XXXIII].

οὐδὲ I 6, 40 II 9, 22 III 22, 69; 24, 14.

οὐδεὶς II 1, 23. 24; 19, 28; 24, 19 IV 2, 4.

οὔτε G 4 I 11, 23 II 1, 24; 19, 10 III 24, 61.

2. Infinitivo adiungitur μή CLXXXVIII in diss., fr., ench., [quater in app.], μηδαμῶς I 11, 26, μηδὲ VI, μηδεὶς XXXVII, μηκέτι ter, μήτε VI.

οὐ exsistit his tantum locis: II 5, 18 (in Platonis verbis licenter allatis); 22, 23 [S 63], οὐδὲ I 23, 6 (Epicurus), οὐκέτι IV 1, 114.

3. In sententiis condicionalibus particula εἰ instructis Arrianus saepius Atticae, quam volgaris dialecti regulam sequitur.

Εἰ μή legitur XXXVII, [semel in app.], εἰ μηδεὶς VII, εἰ μηκέτι I 29. 27, εἰ μήπω ter.

εἰ οὐ exsistit his locis: G 5; 8 I 17, 17; 29, 35 II 11, 22 III 1, 10; 22, 12 IV 7, 32; 13, 11 E 35 εἰ οὐδεὶς II 16, 18 III 1, 10 bis, εἰ οὐδέποτε IV 1, 32.

4. Ἐπεὶ μή legis II 1, 32: ἐπεὶ μὴ ἐδύνατο ἔχειν ἀεὶ τὸν ἐλέγχοντα αὐτοῦ τὰ δόγματα.

Ὅτι μή habes IV 5, 9 ter in collocutione Epicteti et discipuli cuiusdam, quam Arrianus nobis ad verbum tradidisse videtur:

---

[1]) praeterea im N. T.; cf. Blass, Gramm. d. N. Gr., p. 258 sqq.

'ἐλοιδόρησέν σε ὁ δεῖνα.' πολλὴ χάρις αὐτῷ, ὅτι μὴ ἔπληξεν. 'ἀλλὰ καὶ ἔπληξεν.' πολλὴ χάρις, ὅτι μὴ ἔτρωσεν. 'ἀλλὰ καὶ ἔτρωσεν.' πολλὴ χάρις, ὅτι μὴ ἀπέκτεινεν.

Praeterea ὅτι μὴ invenitur I 16, 6 III 24, 5 IV 4, 8. 11; 10, 34; 13, 12.

5. Arrianus his locis negationem οὐ perperam in enuntiata relativa introduxit:

ὅς οὐ: I 18, 21 II 2, 4 IV 1, 77 II 1, 31 (οἷς οὐ θέλεις) 6, 21 (sim.); 13, 10 (sim.); IV 1, 17 (sim).

ὅστις οὐ: II 11, 3 III 24, 71.

Locum II 2, 4 ad verbum affero, quo Arrianus partim usum Atticum, partim volgarem sequitur:

εἰ θέλεις μὴ κωλύεσθαι μηδ' ἀναγκάζεσθαι, τίς σε ἀναγκάσει ὀρέγεσθαι **ὧν οὐ δοκεῖ σοι, τίς ἐκκλίνειν, ἃ μὴ φαίνεται σοι;**

§ 21.

De verborum genere.

1. Formae activae, quarum sensus saeculis recentioribus intransitivus factus est, apud Epictetum hae occurrunt:

ὕπαγε „i" II 11, 19 III 21, 6; 22, 5. 106. 108; 23, 12.

ὑπάγετε „ite" III 16, 10.

βρέχει = „ὕει" I 6, 26.

2. Activum medii loco exstat hisce locis:

III 6, 7 εἰς τοῦτον μόνον τὸν ἀγῶνα **καθίησιν** [sc. ὁ **σπουδαῖος**] „in hoc modo certamen descendit philosophus".

IV 1, 91 ἀκήκοεν, ὅτι λῃστεύεται ἡ ὁδός, μόνος οὐ τολμᾷ **καθεῖναι.**

I 7, 3 ὅτι οὐ **συγκαθήσει** εἰς ἐρώτησιν . . . ὁ σπουδαῖος ἢ ὅτι **συγκαθεὶς** οὐκ ἐπιμελήσεται τοῦ . . . ἀναστρέφεσθαι.

I 2, 14 ὁ . . . εἰς τὴν . . . σκέψιν . . . **συγκαθείς.**

II 12, 13 οἱ δὲ πολλοὶ καὶ εἰκαῖοι **συγκαθέντες** εἴς τι τοιοῦτον.

III 16 tit. Ὅτι εὐλαβῶς δεῖ **συγκαθιέναι** εἰς συμπεριφοράν.

1 ἀνάγκη τὸν **συγκαθιέντα** τισὶν . . . εἰς λαλιὰν . . . αὐτὸν ἐκείνοις ἐξομοιωθῆναι.

[3 recte forma medialis usurpata est: **συγκαθίεσθαι** εἰς συμπεριφοράς.]

Accedit III 24, 24, nisi praeferas pronomen reflexivum ἐμαυτὸν addere:

θεομαχήσω, **ἀντιθήσω** πρὸς τὸν Δία.

3. Medium καταπλήσσομαι pro activa forma occurrit II 19, 8.

μάλιστα ἐπὶ συμποσίῳ **καταπλήσσομαι** [percello] τοὺς παρόντας ἐξαριθμούμενος τοὺς γεγραφότας [Idem fit A 5 (H 1) A 90 (S 64)].

Index locorum.

Index Graecus.

Conspectus libelli.

Corrigenda.

p. 12 „*διφάω*“ scr. „*διψάω*“.
p. 36 s. v. *ὀνάριον*: „IV 7, 19“ scr. „IV 1, 79“.
p. 38 „vocabulae“ scr. „vocabula“.
p. 38 „frequentatissimo“ scr. „frequentissimo“.
p. 39 „Dio. Cass.“ scr. „Dio Cass.“
p. 39 „*δυσεντερία*“ scr. „*δυσεντερίᾳ*“.
p. 49 s. v. *συμπεριφορά*: „III 14, 7. 16“ scr. „III 14, 7; 16“.
p. 62 s. v. *ὀπτίκια*: „*δηξεταί σε*“ scr. „*δήξεταί σε*“.
p. 63 [2]) „etitulo“ scr. „e titulo“.
p. 74 „III 21, 51“ scr. „III 22, 51“.

De Platonis epistula septima.

De Platonis epistulis quaestio iam pridem instituta nostris temporibus mirum in modum virorum doctorum animos commovit. Ac tam multi sunt, qui de hac re inquisiverunt vel scripserunt, ut non facile sit singulorum sententias pernoscere et discernere. Quare eum, qui istam quaestionem denuo tractandam sibi proposuerit, de quaestionis statu pauca praefari oportet.

Ac primum quidem praemonendum est, cum earum, quae in nostris editionibus inveniantur, epistularum duae sint partes, alteram, quae epp. XIV.—XVIII. complectitur, depromptam esse ex numero epistularum Socraticorum quae feruntur, quas spurias esse Bentleio auctore omnes consentiunt. Itaque quicunque de Platonis epistulis quaesiverunt, alteram illam partem, epp. I.—XIII., quae in libris manuscriptis inter Platonis opera nobis conservatae sunt, spectaverunt, et de his solis omnis nostra quaestio esse debet. Has epistulas a compluribus scriptoribus antiquis, velut a Cicerone, laudari, a Plutarcho in describenda Dionis vita adhibitas esse, ab Aristophane Byzantio et Thrasyllo grammaticis in Platonis operum numero haberi, haec omnia leviter attigisse satis habeo, quia et ab aliis [1]) uberius de his rebus scriptum est et plurimos locos diligenter collegit Odau.[2]) Quod vero prima epistula cum Ficino auctore tum ob ea ipsa, quae in ea leguntur, non Platoni sed Dioni attribuenda est quodque in nonnullis libris manuscriptis epistulae XIII. adscriptum est *νοθεύεται*, XII. in duobus codicibus subscriptum *ἀντιλέγεται ὡς οὐ Πλάτωνος*, ne in his quidem rebus diutius hoc loco commorandum mihi arbitror, quia ad fidem epistularum labefactandam minimum valuerunt.

[1]) H. Th. Karsten, De Platonis quae feruntur epistulis, Traj. ad Rhenum 1864 (p. 1 sqq.), alii.

[2]) M. Odau, Quaestt. de VII. et VIII. Platonis epistula capita duo, Diss. Regim. 1906, p. 89 sqq.

Ei, qui nostrae quaestionis statum atque progressum pernoscere vult, ordiendum est a Richardo Bentley, qui Phalaridis, Socraticorum, aliorum epistulas spurias esse sagacissimis argumentationibus comprobavit. Quibus quaestionibus doctissimi illius viri opiniones virorum doctorum de toto isto scribendi genere commutatae sunt. Sed hoc loco non praetereundum est ab ipso Bentleio, qui artis criticae in epistularum certe genere princeps et auctor optimo iure dici potest, Platonis epistulas (eas de quibus agimus) genuinas esse iudicatas, id quod facile cognoscimus ex eis quae de epistula XIII. scripsit.[1])

Primus omnes Platonis epistulas spurias esse censuit Christophorus Meiners,[2]) cui complures viri docti obstiterunt. Insequentibus temporibus alia aliorum fuit sententia. Quos omnes cum longum sit enumerare, satis habeo haec dicere: Fridericus Ast in eo libro, qui est de Platonis vita atque scriptis,[3]) omnes epistulas spurias esse contendit; contra Augustus Boeckh,[4]) Georgius Grote[5]) epistulis fidem habuerunt, Carolus G. Cobet[6]) septimam epistulam defendit. Anno 1864 in lucem prodiit commentatio critica Hermani Th. Karsten, quae inscribitur „De Platonis quae feruntur epistolis praecipue tertia septima octava";[7]) hoc libro (in quo etiam priorum sententias enumeratas invenimus) tanta opinionum commutatio facta est, ut post Karstenum perpauci essent, qui eius iudicio non assentirentur. Quare postquam eorum, qui ante scripserant, iudicia paucis absolvimus, de Karsteni sententia paulo copiosius explicandum est. Septimam epistulam cum et rerum copia et orationis cultu ceteris multo praestare intellegat, ex hac tamquam ex fonte reliquas fluxisse K. statuit, ita ut singulae singulas res in septima epistula scriptas uberius explicent et amplificent. Velut epp. VI. et X. explicationes esse dicit eorum, quae in ep. VII. leguntur p. 328 D: πειθοῖ μάλιστ' ἀνθρώπους

---

1) (Phileleutherus Lipsiensis,) Remarks upon a late discourse of Free-Thinking. Lond. 1713, II p. 38 sqq.

2) In Comm. Soc. Gött. 1782, vol. V p. 51.

3) Fr. Ast, Platons Leben und Schriften, p. 504—530.

4) A. Boeckh, De Graecae trag. princ. Heidelberg 1808, p. 163.

5) George Grote, History of Greece, new edition. Lond. 1870, tom. X p. 334 sqq.

6) Cobet, Variae lectiones², p. 235.

7) Trajecti ad Rhenum 1864.

νέους ἐπὶ τἀγαθὰ καὶ δίκαια προτρέπων εἰς φιλίαν τε καὶ ἑταιρείαν ἀλλήλοις καθιστάναι. Mihi quidem plura continere videntur illae epistulae, quam ut cum Karsteno singulorum enuntiatorum amplificationes eas esse credamus. Quis enim, ut solam sextam epistulam spectemus, ad illustranda illa verba de amicitia iungenda Hermiae cum Erasto et Corisco consuetudinem elegisset? Quis falsarius hanc tyranni et philosophorum amicitiam tractasset, quin Platonis apud Dionysium fortunam attingeret? Is, qui spuriarum epistularum genus novit, non facile sibi persuadebit hoc periculum a falsario septimam epistulam amplificante evitari potuisse. — Sed haec iam missa faciamus et ad septimam epistulam, ex qua omnia pendere videntur, transeamus. In hac quoque tot errores, vitia, sordes et in rebus et in verbis invenit Karsten, ut a Platone eam scriptam esse credere non possit. Itaque falsario tribuit, qui ex Platonis scriptis permulta compilaverit. Sed in hac re statuenda virum doctissimum fugisse arbitror in falsario isto tam varias res tamque diversas ab ipso coniungi, ut talem hominem unquam exstitisse non facile credas. Liceat mihi hoc paucis explicare: Ut epistulae sententias ex Platonis scriptis compilatas esse ostendat, hos affert Platonis locos: Euthyd. 382 A, Rep. VI, 499 A, Theaet. 167 A, Politic. 297 E, Rep. IV, 425 E sqq., Polit. 301 E, Phaed. 115 B, Leg. III, 697 D, Criton. 51 C, Leg. IX, 881 B, Leg. VI, 752 D, Rep. VI, 488 A, Phaed. 70 C, Rep. I, 345 C, Rep. X, 610, Criton. 47 D, Phaed. 71 D, Gorg. 493 E, Phaedr. 249 D, Lys. 206 A. Haec si legeris, ingeniosum sane hominem et in Platonis scriptis summo studio versatum fuisse putabis, qui ex tot locis (quos multis augeri posse ipse Karsten dicit) scriptum componere sciret. Atque etiam Platonicam orationem tam feliciter imitatus est scriptor, ut „ubique elegantis et ornatae dictionis illius vestigia agnoscere tibi videare, imprimis copiam, amplitudinem, gravitatem tam in sententiis quam in verbis, nec ullum facile scriptum reperias in quo Platonis oratio multis partibus accuratius sit expressa quam in Epistola VII“ (K. p. 27). Sed haec omnia, quibus non parvi ingenii scriptorem cognosci posse putabas, celeriter elabuntur, si propius intueris: Ex homine ingenioso, qui Platonis libros permultos diligenter legit, fit „scriptor sine iudicio Atticam loquendi consuetudinem affectans“. Verba leguntur „supervacua“, „insolite

posita", „prorsus otiosa", „valde frigentia", „non recte dicta"; oratio „repetitionibus et inanibus verbis scatet", dictio „nauseam movet" (! p. 44); inveniuntur „languida tautologia", „putida elegantia", „inanes verborum ambages", „rhetoricae argutiae", „inepta abundantia", „delirantis vel praestigiatoris nugae" (p. 194), alia eiusmodi permulta. Ne vocabulis quidem recte scriptor uti scit (ἐπανάγειν p. 50, ἀνέγκλητος p. 61). Iamiam miraris tam diversas res in uno homine inesse, sententiarum Platonicarum scientiam egregiam, orationis Atticae ignorantiam turpissimam. Sed porro videamus, qualis fuerit mirus ille falsarius. Totam epistulam summa stultitia conscriptam esse a Karsteno docemur: De Platone enim narraturus tamen dicit scriptor se de Dione verba facturum esse; deinde in scribendo subito intellegit omnia ea, quae scripsit, cum proposito minime congruere (p. 32). Amicis „angustis in rebus" consilium dat, quo nequaquam uti possunt (p. 36). Epistulam missam esse fingit ad eos, qui nunquam eam accipere potuerint (p. 41); quam fictionem ipse inter scribendum obliviscitur interdum (p. 40). — Haec omnia si legeris, dubitabis, utrum magis miseranda sit falsarii dementia, qui tam stulta tam neglegenter conscripserit, an potius admiranda eiusdem audacia, qui talia Platoni supponere veritus non sit; nisi forte iam intellexisti talem hominem neque esse neque unquam fuisse et totum Karsteni falsarium vanum simulacrum esse nimia arte critica procreatum.

Plerosque Karsteni sententiam secutos esse supra commemoravi: Hermannus Sauppe ei in recensione libri[1]) assensus est, Gustavus Rohrer[2]) eius iudicium probavit et singulis in rebus amplificavit. Ex illo tempore vulgo spuriae habentur epistulae eamque sententiam multis in libris[3]) repetitam vel confirmatam invenimus. Sed nostra aetate complures exstiterunt viri docti,

---

1) Gött. Gel. Anz. 1866, p. 881—892.

2) „De septima quae fertur Platonis epistula", diss. Jen. 1874, Pars. II, Gymn.-Progr., Insterburg 1874.

3) Exempli causa nomino: Platons Werke übers. von Hier. Müller mit Einleit. von K. Steinhart, Bd. VII u. VIII, Lpz. 1866. — Müller-Heitz, Gesch. der Griech. Litt. II, Stuttg. 1884, p. 151 (Note). — v. Wilamowitz-Moellendorff, Gesch. der griech. Litt. (Kultur d. Gegenwart, Abt. I, Bd. 8), Lpz. 1906, p. 77. 96.

qui epistularum fidem defenderent. Ex quibus nomino Eduardum Meyer[1]) et Fridericum Blass;[2]) quorum alter in rebus Siculis scribendis epistulis XIII., II., III., VII., VIII. usus est praecipuo fonte, alter ad statuendum ordinem eorum librorum, quos postremos Plato scripsit, adhibuit epistularum testimonia. His tertius adiungatur H. Raeder, qui in libro nuper edito[3]) dicit epistularum auctoritatem nullis unquam gravioribus rationibus impugnatam esse. Etiam de ipsa quaestione nonnulli nostris temporibus scripserunt. H. Reinhold,[4]) quamquam compluribus in rebus feliciter Karsteno obstitit, tamen non satis subtiliter quaestionem mihi disputasse videtur. Epistulam XIII. a Platone scriptam esse comprobavit Wilhelmus Christ.[5]) Non praetereundum mihi esse existimo historicam quaestionem institutam esse ab Henrico Sill[6]) Americano; a quo praeter prolegomena nihil typis mandatum esse valde dolendum est. Hoc ipso anno „Quaestionum de septima et octava Platonis epistula capita duo“ edidit Maximilianus Odau.[7]) Hic a septima epistula duas partes ut postea insertas seiungit, ξυμβουλήν quae vocatur (p. 330 C — 338 A) et digressionem philosophicam (p. 341 A — 345 C); reliquam epistulam ab ipso Platone scriptam esse censet. Deinde consilium desiderans octavam epistulam septimae adiungit. Postquam hanc sententiam, de qua infra mihi dicendum erit, exposuit et confirmavit, de historicis argumentis disserit et hac in re epistulae fidem a Karsteni aliorumque impetibus defendit. — Rudolfus Adam[8]) septimam epistulam genuinam, ceteras spurias esse censet; sed

[1]) Geschichte des Altertums, 5. Bd., Stuttg. u. Berlin 1902, S. 503 ff.

[2]) Apophoreton, Berlin 1903, S. 52 ff.

[3]) H. Raeder, Platons philosophische Entwicklung, Lpz. 1905, p. 22: „... nicht als ob ihre (der Briefe) Echtheit mit irgend welchen beachtenswerten Gründen angefochten worden wäre ...“ — Idem nuperrime de Platonis epistulis uberius scripsit in Museo Rhenano 1906, p. 427 sqq., 511 sqq. Quas commentationes post confectum hunc libellum editas compluribus locis tamen annotationibus factis adhibui.

[4]) H. Reinhold, De Platonis epistulis, Quedlinburgii 1886.

[5]) Abhandl. der philos.-philol. Klasse der kgl. bayr. Akademie d. Wiss. XVII, München 1886, S. 453.

[6]) H. A. Sill, Untersuchungen über die platon. Briefe, I. Teil: Prolegomena. Diss., Halle 1901.

[7]) Diss. Regimontana 1906.

[8]) Über die Echtheit der plat. Briefe, Berlin 1906, Progr. Nr. 110.

quamquam praesertim de septima epistula nonnulla optime observavit, tamen non ea diligentia mihi rem tractasse videtur, ut comprobandi vim assequeretur. Denique Paulus Wendland in recensione operis Raederiani [1]) omnes epistulas spurias esse demonstraturum se promisit.

Tam vehementi exorto certamine, cum nihil fere de Platonis epistulis satis constare videatur, quam maxime necessarium mihi videtur tandem singulas epistulas perlustrari atque examinari. Huius operis cum initium fieri debeat a septima epistula, hanc primam mihi tractandam proposui. De qua si quid certi exploratum erit, facilius de ceteris iudicare poterimus. Ne autem singulas res tractare videar, non veritus sum totam epistulam describere et quod quamque ad rem vel de oratione vel de rebus adnotandum mihi videbatur adiungere. Deinde de quaestionibus praecipuis singulis capitibus disserendum mihi esse existimavi.

---

[1]) Berl. philol. Wochenschr. 1906, Spalte 398.

Platonis epistula VII.

Πλάτων τοῖς Δίωνος οἰκείοις τε καὶ ἑταίροις εὖ πράττειν.

St. p. 323 E.

Ἐπεστείλατέ μοι νομίζειν δεῖν τὴν διάνοιαν ὑμῶν εἶναι τὴν αὐτὴν ἣν εἶχε καὶ Δίων, καὶ δὴ καὶ κοινωνεῖν διεκελεύεσθέ μοι καθ' ὅσον οἷός τ' εἰμὶ ἔργῳ καὶ λόγῳ. [324] ἐγὼ δ' εἰ μὲν δόξαν καὶ ἐπιθυμίαν τὴν αὐτὴν ἔχετ' ἐκείνῳ, ξύμφημι κοινωνήσειν, εἰ δὲ μή, βουλεύσεσθαι πολλάκις. τίς δ' ἦν ἡ ἐκείνου διάνοια καὶ ἐπιθυμία,

---

323 E — 324 B. Prooemium, quo causa scribendi atque propositum exponitur.

1 *ἐπεστείλατέ μοι*] Primis verbis scriptor dicit epistulam esse responsum illis, ad quos scribit, a se datum. Hac scribendi causa exposita deinde ex illorum litteris depromit ea, quae de sententia sua scripserint, neque satis habet haec repetere, sed paulo infra (*ἐγὼ δ' εἰ μὲν* . . .) pluribus explicat sibi tum tantum communem cum illis rem esse futuram, si Dionis sententiam sequantur.

1 *νομίζειν δεῖν*] Karsten (p. 42) supervacuum esse dicit *δεῖν*, iniuria; illi scripserunt: *νομίζομεν δεῖν τὴν διάνοιαν ἡμῶν εἶναι τὴν αὐτὴν* . . .

2 *κοινωνεῖν διεκελεύεσθέ μοι*] *κοινωνία* ab illis petita hac epistula primum constituitur; id quod bene nobis observandum est de epistulae consilio quaerentibus.

5 *βουλεύσεσθαι πολλάκις*] caute dictum est pro *οὔ φημι κοινωνήσειν* cf. infra p. 327 D *εἰ δὲ μὴ κτἑ.* Sensus est: iterum atque iterum mecum reputabo priusquam socius vester fiam, i. e. nunquam fiam. Falso igitur Karsten vituperat vocabulum *πολλάκις*. Cf. Thuk. V, 111: *πολλάκις ἐνθυμεῖσθε.*

σχεδὸν οὐκ εἰκάζων ἀλλ' ὡς εἰδὼς σαφῶς εἴποιμ' ἄν. ὅτε γὰρ κατ' ἀρχὰς εἰς Συρακούσας ἐγὼ ἀφικόμην, σχεδὸν ἔτη τετταράκοντα γεγονὼς Δίων εἶχε τὴν ἡλικίαν, ἣν τὰ νῦν

Simili dicendi ratione nostra lingua uti solemus („ich werd's mir 10 mal überlegen" = nunquam faciam).

1 σχεδόν] Quod Karsten (p. 44) ex frequenti verbi σχεδόν usu falsarii manum cognoscere se posse arbitratur, falsum mihi videtur. Saepissime enim in Platonis scriptis occurrit illud σχεδόν, velut in Leg. III 14 ies, VII 18 ies, Tim. 10 ies. Ac ne id quidem concedo in nostra epistula vocabulum illud aliter usurpari. Liceat mihi exemplis sententiam probare:

Vocabulum σχεδόν a Platone verbis gravibus apponitur, quo verborum vis minuatur; quare praecipue superlativis vocibus adiunctum invenitur.

Leg. VII, 815 C ταύτῃ δοκεῖ σχ. ὀρθότατον αὔτ' εἶναι.
VI, 768 D σχ. τὴν πλείστην.
ep. VII, 324 D σχ. οὐκ ἂν αἰσχυνοίμην εἰπὼν δικαιότατον εἶναι τῶν τότε.

In superlativorum numero etiam vocabula πάντες, οὐδείς, similia habenda sunt:

Leg. VII, 807 D πᾶσα νὺξ σχ.
800 C, 805 A σχ. ὀλίγου πᾶσαι.
ep. VII, 350 D σχ. οὐδενί.
Tim. 22 A σχ. ... οὐδένα.

Sed pro cauta sua ac diligenti ratione dicendi Plato omnibus verbis acribus facile addit cautum illud σχεδόν:

Leg. VII, 795 A σχεδὸν ἄνοια.
817 C σχ. μαινόμεθα τελέως.
Tim. 61 C/D τὸ δ' ἅμα σχ. οὐ δυνατόν.
Leg. XII, 942 A σχ. ὡς ἀνίατον ὄντα θανάτῳ ζημιοῦν.
ep. VII, 326 A σχ. ἀνιάτως ἔχοντα.

Atque in hac nimia fere cura eo procedit, ut etiam aliorum modeste minuat dictorum vim. ep. VII, 324 A: σχ. οὐκ εἰκάζων ἀλλ' ὡς εἰδὼς σαφῶς. Karsten, qui hoc loco Socraticae modestiae imitationem inveniri putat (p. 43), parum recte mihi iudicare

Ἱππαρῖνος γέγονε, καὶ ἣν ἔσχε τότε δόξαν, ταύτην καὶ διετέλεσεν ἔχων, Συρακοσίους οἴεσθαι [B] *δεῖν ἐλευθέρους εἶναι κατὰ νόμους τοὺς ἀρίστους οἰκοῦντας. ὥστ' οὐδὲν*

---

videtur. Permulti sunt loci, quibus Plato eodem atque hic modo verbo *σχεδόν* utitur. Atque quod Karsten supervacuum non solum sed etiam molestum nostro loco *σχ.* esse censet, idem de multis Platonis locis indicare debet:

Leg. VI, 768 C	*τὰ δ' ἀπολείπει σχ.*
Tim. 61 C	*σχ. ἐπιδέδεικται.*
65 C	*σχ. εἴρηται.*
90 C	*σχ. ἔοικε τέλος ἔχειν.*
Leg. VII, 797 D/E	*σχ. δὴ διελήλυθα τανῦν.*
801 D	*σχ. δ' ἀποδεδειγμένοι εἰσὶν ἡμῖν.*
ep. VII, 352 A	*σχ. εἴρηται.*
347 C	*ὡς νῦν εἴρηται σχ.*
Leg. VII, 811 A	*τὸ τοιόνδε σχ.*
	alia permulta.

Denique non praetereundum est verbis numerorum, tamquam accurate praecisis saepe addi solere *σχεδόν*:

Leg. III, 698 B	*σχ. γὰρ δέκα ἔτεσι πρὸ τῆς ...*
VII, 809 E	*δεκέτει σχ. ἐνιαυτοὶ τρεῖς.*
823 A/B	*σχ. ἑνί.*
ep. VII, 329 C	*μηνὶ σχ. ἴσως τετάρτῳ.*
324 A	*σχ. ἔτη τετταράκοντα γεγονώς.*

Quae contra hunc locum Karsten attulit — *σχεδόν* „otiosum" esse, cum probabile sit Platonem qua ipse tum esset aetate probe nosse —, ei, qui huius vocabuli usum in Platonis scriptis paulo accuratius observaverit, ridicula fere videntur. Nam omnibus fere locis „otiosum" est *σχεδόν*, propterea quod non est vox magni momenti sed parva particula ad ornandum magis quam ad declarandum sermonem apposita. His paucis quoniam *σχεδόν* vocabuli usurpationem in epistula VII. perlustravimus, sic concludere possumus: Vocabulum *σχ.* in epistula VII. eodem modo usurpatur atque in Platonis Legibus et Timaeo. Quae quidem observatio quamvis exigua tamen non minimi est momenti, propterea quod modestia et diligentia Platonis senis propria huius

θαυμαστόν, εἴ τις θεῶν καὶ τοῦτον εἰς τὴν αὐτὴν δόξαν περὶ πολιτείας ἐκείνῳ γενέσθαι σύμφρονα ποιήσειε. τίς δ' ἦν ὁ τρόπος τῆς γενέσεως αὐτῆς, οὐκ ἀπάξιον ἀκοῦσαι

---

vocis crebritate optime ostenditur. Eiusdem vocabuli frequentiam Lutoslawski[1]) habet in numero idiomatum, quibus posterioris Platonicae dictionis proprietatem demonstrare studet (p. 124 nr. 350).

p. 122, 1 *εἰκάζων*] *εἰκάζειν* et *εἰδέναι* saepenumero opponuntur, velut Alk. I, 105 C: *εὖ οἶδα καὶ οὐκ εἰκάζω,* Conv. 425 C: *ὥστ' οὐδὲν εἰδότες — εἰκάζομεν,* Men. 98 B: *οὐκ εἰδὼς λέγω ἀλλ' εἰκάζω.*

p. 122, 2 *κατ' ἀρχάς*] cf. Leg. V, 736 A.

p. 123, 1 *Ἱππαρῖνος*] Duo cum fuerint illa aetate Hipparini, alter Dionysii maioris ex Aristomacha, alter Dionis ex Areta filius, difficillima exoritur quaestio, uter hoc loco dictus sit. Quam ut disceptemus, ad alteram prius accedamus quaestionem non leviorem. Aperta enim de Hipparino Dionis filio dissensio est inter Platonis epistulas atque historicos. Qua de re cum copiosius disseruerint Salomon,[2]) Karsten (p. 151 sqq.), Reinhold (p. 9—19), liceat mihi brevi esse. Confer quaeso Ed. Meyer, Geschichte des Altertums V p. 523. — Consentiunt Plutarchus (Dio, capp. 55. 56, opp. moral. II p. 119 A B), Cornelius Nepos (Dio, cap. 4, 3. 6, 2), Aelianus (V. H. III cap. 4) Hipparinum post patris reditum de superiore aedium parte se deiecisse atque ita interisse. Contra epistulae non solum de hac re nihil narrant, id quod in septima epistula maxime mirum est, sed etiam in epistula octava de eodem Hipparino etiam post Dionis mortem vivo agitur (355 E, 357 B C). Qua de re cum alia alii existimaverint viri docti, primum statuendum est cum his epistulae VIII verbis illud ceterarum epistularum silentium optime consentire. Deinde constat epistulas, quidquid de earum censes origine, tanto et aetate et auctoritate priores esse illis, quos supra dixi historicis (ex quibus Plutarchus aperte se dicit pro fontibus epistulis usum esse), ut facere minime possimus, quin contra historicorum consensum

---

[1]) „The origin and growth of Plato's logic", Lond. 1897.

[2]) De Platonis quae feruntur epistulis, Berlin, Progr. 1835.

νέῳ καὶ μὴ νέῳ, πειράσομαι δ' ἐξ ἀρχῆς αὐτὴν ἐγὼ πρὸς ὑμᾶς διεξελθεῖν· ἔχει γὰρ καιρὸν τὰ νῦν.

Νέος ἐγώ ποτ' ὢν πολλοῖς δὴ ταὐτὸν ἔπαθον· ᾠήθην εἰ θᾶττον ἐμαυτοῦ γενοίμην κύριος ἐπὶ τὰ κοινὰ τῆς πόλεως

---

epistulis fidem habeamus. Hac re absoluta ne de altera quidem illa quaestione amplius dubitandum esse videtur. Nam si vivus erat illis temporibus Dionis filius Hipparinus, fieri vix potuit, quin hunc intellegi vellet is, qui Dionis amicis de Hipparino quodam scriberet. Sed caveamus, ne temere quaestionem solvamus. Perspicuum est nostro loco tractari rem ab illis commemoratam in ea epistula, ad quam scriptor respondet. Hoc uno modo loci brevitas atque obscuritas declaratur. Nos, quippe qui priorem illam epistulam non noverimus, loci sententiam perspicere non possumus. Verum unum illud intellegimus a falsario talia scribi non potuisse; ille enim, cum priorem epistulam respicere non posset, utrum Hipparinorum intellegi vellet, explicare debebat.

p. 123, 1 *δόξαν — οἴεσθαι — δεῖν*] Verbis *ταύτην — ἔχων* interpositis vocabulum *οἴεσθαι* ei, quod supra dictum est, *δόξαν* adiungitur. Karsten (p. 45) hunc pleonasmum neque ad perspicuitatem quicquam conferre neque elegantiam augere iudicat. In Platonis scriptis similia occurrere concedit, sed ibi, velut Euthyd. 305 D, perspicuitatem augere contendit. Ne de perspicuitate aut elegantia verborum certemus, statim exempla afferre liceat. Quorum cum magnum numerum Astius ad Leg. I, 647 collegerit („Animadversiones in Plat. Leg." p. 81 sq.), ex multis pauca depromam: Leg. II, 657 B *ὡς ἡ τῆς ἡδονῆς καὶ λύπης ζήτησις τοῦ καινῇ ζητεῖν ἀεὶ μουσικῇ χρῆσθαι.* V, 746 E *οὐδ' ἐκεῖνα φοβητέα δείσαντα τὴν δόξασαν ἀεὶ γίγνεσθαι μικρολογίαν.* VIII, 839 D *μὴ δυνατὸν εἶναι δύνασθαι.* Quibus Astii exemplis hoc addo: Leg. V, 729 B: *τὸ δ' ἔστιν οὐκ ἐκ τοῦ νῦν παρακελεύσματος τοῖς νέοις γιγνόμενον, ὃ παρακελεύονται λέγοντες, ὡς δεῖ πάντ' αἰσχύνεσθαι τὸν νέον.*

p. 124, 1 *εἴ τις θεῶν*] cf. ad 327 C *„ξυλλαμβανόντων θεῶν"*.

p. 124, 3 *τρόπος τῆς γενέσεως*] Verborum ambages a Karsteno (p. 45 sq.) acriter vituperatae. At a Platone cum omnino

εὐθὺς [C] ἰέναι. καί μοι τύχαι τινὲς τῶν τῆς πόλεως πραγμάτων τοιαίδε παρέπεσον. ὑπὸ πολλῶν γὰρ τῆς τότε πολιτείας λοιδορουμένης μεταβολὴ γίγνεται, καὶ τῆς μεταβολῆς εἷς καὶ πεντήκοντά τινες ἄνδρες προὔστησαν ἄρχοντες

---

non aliena sint talia, tum his ipsis verbis, τρόπος et γένεσις eodem modo persaepe utitur. τρόπος: Leg. V, 737 B τίς οὖν δὴ τρόπος ἂν εἴη τῆς ὀρθῆς διανομῆς, VII, 806 D τίς δὴ τρόπος ἀνθρώποις γίγνοιτ' ἂν τοῦ βίου, οἷσι ... — γένεσις: Leg. III, 691 A/B τί δὴ τὸν νομοθέτην ἔδει τότε τιθέντ' εὐλαβηθῆναι τούτου περὶ τοῦ πάθους τῆς γενέσεως (constr. περὶ τῆς γεν. τούτου τοῦ π.). IV, 710 D sq. ἐκ τυραννίδος ἀρίστην φῂς γενέσθαι πόλιν ἂν ... τὸ δὲ τέταρτον ὀλιγαρχία τὴν τοῦ τοιούτου γένεσιν χαλεπώτατα δύναιτ' ἂν προσδέξασθαι. 712 A: τότε πολιτείας τῆς ἀρίστης καὶ νόμων τῶν τοιούτων φύεται γένεσις. Leg. XII, 945 E διὸ δὴ δεῖ πάντως τοὺς εὐθύνους θαυμαστοὺς πᾶσαν ἀρετὴν εἶναι. τεκταινώμεθα δή τινα τρόπον αὐτῶν τοιάνδε γένεσιν (i. e. creandi rationem).

p. 124, 3 οὐκ ἀπάξιον ἀκοῦσαι] cf. Leg. I, 645 C: Φανείη δὲ τάχ' ἂν ἴσως τοῦ μήκους γ' αὐτῶν (τῶν λόγων) οὐκ ἀπάξιον.

p. 125, 1 ἐξ ἀρχῆς] cf. Leg. V, 738 B καινὴν ἐξ ἀρχῆς ποιεῖν (πόλιν).

324 B — 330 B. Narrationis pars prior, in qua primum 324 B — 326 B quomodo Plato ad suam de re publica sententiam pervenerit, explicatur.

3 μεταβολὴ γίγνεται, καὶ τῆς μεταβολῆς] pro καὶ αὐτῆς, cf. Leg. V, 734 E: Καὶ τὸ μὲν προοίμιον τῶν νόμων ἐνταῦθα λεχθὲν τῶν λόγων τέλος ἐχέτω· μετὰ δὲ τὸ προοίμιον ἀναγκαῖόν που νόμον ἕπεσθαι.

4 εἷς καὶ πεντήκοντά τινες ἄνδρες] Eodem modo atque hic triginta viris adiunguntur duo illa collegia Xen. H. II, 4. 38: ἀπιέναι δ' ἐπὶ τὰ ἑαυτῶν ἑκάστους πλὴν τῶν τριάκοντα καὶ τῶν ἕνδεκα καὶ τῶν ἐν τῷ Πειραιεῖ ἀρξάντων δέκα. Aristot. Πολ. Αθ. 39, 6: τῶν δὲ παρεληλυθότων μηδενὶ πρὸς μηδένα μνησικακεῖν ἐξεῖναι πλὴν πρὸς τοὺς τριάκοντα καὶ τοὺς δέκα καὶ τοὺς ἕνδεκα καὶ τοὺς τοῦ Πειραιέως ἄρξαντας.

ἕνδεκα μὲν ἐν ἄστει δέκα δ' ἐν Πειραιεῖ περί τ' ἀγορὰν ἑκάτεροι τούτων ὅσα τ' ἐν τοῖς ἄστεσι διοικεῖν ἔδει, τριάκοντα δὲ πάντων ἄρχοντες κατέστησαν αὐτοκράτορες. τούτων δή τινες οἰκεῖοί τ' ὄντες καὶ γνώριμοι ἐτύγχα-[D]νον ἐμοί, καὶ δὴ καὶ παρεκάλουν εὐθὺς ὡς ἐπὶ προσήκοντα πράγματά με. καὶ ἐγὼ θαυμαστὸν οὐδὲν ἔπαθον ὑπὸ νεότητος· ᾠήθην γὰρ αὐτοὺς ἔκ τινος ἀδίκου βίου ἐπὶ δίκαιον τρόπον ἄγοντας διοικήσειν δὴ τὴν πόλιν, ὥστ' αὐτοῖς σφόδρα προσεῖχον τὸν νοῦν τί πράξοιεν. καὶ ὁρῶν δή που τοὺς ἄνδρας ἐν χρόνῳ ὀλίγῳ χρυσὸν ἀποδείξαντας τὴν ἔμπροσθεν πολιτείαν, τά τ' ἄλλα καὶ φίλον ἄνδρ' ἐμοὶ πρεσβύτερον Σωκράτη, ὃν ἐγὼ σχεδὸν οὐκ [E] ἂν αἰσχυνοίμην

Unde apparet, sicut hic a Platone, ita etiam vulgo non triginta viris solis sed his omnibus LI culpam crudelis illius imperii datam esse.

1 *ἕνδεκα μὲν ἐν ἄστει, δέκα δ' ἐν Πειραιεῖ*] Arist. *Πολ. Ἀθ.* 35: . . . *καὶ προσελόμενοι (οἱ τριάκοντα) σφίσιν αὐτοῖς τοῦ Πειραιέως ἄρχοντας δέκα, καὶ τοῦ δεσμωτηρίου φύλακας ἕνδεκα.*

1 *περί τ' ἀγορὰν κτὲ.*] Cum postea quini essent et *ἀστυνόμοι* et *ἀγορανόμοι* ut in urbe ipsa ita in Piraeeo (Arist. *Πολ. Ἀθ.* 50 sqq.), tunc in urbe undecim viri, qui vinculis publicis praeerant, his quoque muneribus fungebantur.

2 *ἐν τοῖς ἄστεσι*] breviter dictum pro in urbe et in Piraeeo. Aliis locis opponuntur *ἄστυ* et *Πειραιεύς*. Observandum est Aristotelem in eo libro qui est de re publica Atheniensium illis locis, quibus urbi Piraeeus opponitur articulo omisso dicere *ἄστυ* (*ἐν ἄστει, εἰς ἄστυ*), quod idem epistulae auctor facit (*ἐν ἄστει*), ceteris vero *τὸ ἄστυ*. — Breviloquentia illa mira nobis videri non potest, cum etiam *ἀστυνόμοι ἐν Πειραιεῖ* dicti sint.

10 *χρυσόν*] Verborum sensus tam facile intellegitur, ut non necesse sit „dictionem ductam esse ab Euripide, Troad. 432", id quod Hemsterhusius putavit (K. p. 49). Neque enim talia a Platonis sermone aliena habenda sunt, cf. Leg. V, 738 D *φῶς — σκότος*, E *κίβδηλος*, 740 E *κῦμα κατακλυσμὸν φέρων νόσων*. Num haec omnia ex poetarum locis ducta esse putemus?

11 *φίλον ἄνδρ' ἐμοὶ πρεσβύτερον Σ.*] Karsten (p. 50): „Ceterum hic quoque non pauca supervacua, quae melius abessent,

εἰπὼν δικαιότατον εἶναι τῶν τότε, ἐπί τινα τῶν πολιτῶν μεθ' ἑτέρων ἔπεμπον βίᾳ ἄξονθ' ὡς ἀποθανούμενον, [325] *ἵνα δὴ μετέχοι τῶν πραγμάτων αὐτοῖς, εἴτε βούλοιτ' εἴτε μή. ὁ δ' οὐκ ἐπείθετο, πᾶν δὲ παρεκινδύνευσε παθεῖν πρὶν ἀνοσίων αὐτοῖς ἔργων γενέσθαι κοινωνός. ἃ δὴ πάντα*

---

ut illud *φίλον ἄνδρα ἐμοὶ πρεσβύτερον Σ.*, quasi cuiquam aequalium, qui Socratem et Platonem nossent, illum natu maiorem fuisse ignotum esse posset.“ At longe aliter res se habet: His ipsis verbis et eis quae sequuntur (*ὃν ἐγὼ σχεδὸν κτἑ.*) manifeste demonstratur eos, ad quos epistula missa est, non tam bene instructos fuisse de Socrate, probatur etiam epistulam missam esse ad certos aliquos homines, non scriptam, ut homines Platonici de rebus Siculis instituerentur. Quare haec verba non minimo mihi videntur argumento esse epistulam veram non fictam esse.

p. 127, 12 *ὃν ἐγὼ σχεδὸν οὐκ ἂν αἰσχυνοίμην*] cf. Phaed. 118: *ἀνδρός, ὡς φαῖμεν ἄν, τῶν τόθ' ὧν ἐπειράθημεν ἀρίστου ἄλλως τε καὶ φρονιμωτάτου καὶ δικαιοτάτου* (hoc modo verba restituit Fridericus Blass, Rhythmen der asianischen Kunstprosa, p. 188). Platonis de Socrate iudicium illo atque hoc loco idem fere esse nemini mirum videri potest. Imitationem vero verborum (K. p. 50), si locos comparabis, non invenies; contra miraberis, quomodo eadem sententia, illum aequalium iustissimum fuisse, utroque loco non sine cauta quadam vel modesta temperantia (*ὧν ἐπειράθημεν, σχεδὸν οὐκ ἂν αἰσχυνοίμην*) aliis verbis sit expressa. — *οὐκ αἰσχύνομαι* saepe tamquam minuta verbi vi usurpatur, ita ut idem valeat atque *οὐκ ὀκνῶ*, non dubito aliquid facere, cf. Phaed. 245 E: *ψυχῆς οὐσίαν τε καὶ λόγον τοῦτον αὐτόν τις λέγων οὐκ αἰσχυνεῖται* (cf. etiam ep. II, 310 D *ἐγὼ τἀληθῆ λέγειν οὔτ' ὀκνήσω οὔτ' αἰσχυνοῦμαι.* Plato non habet, cur eum pudeat verum dicere; verba significant: non dubitabo).

5 *ἀνοσίων*] cf. 325 B *ἀνοσιωτάτην αἰτίαν ἐπιβάλλοντες καὶ πάντων ἥκιστα Σωκράτει προσήκουσαν* et 325 C (*Σωκράτη*) *τὸν τότε τῆς ἀνοσίου ἀγωγῆς οὐκ ἐθελήσαντα μετασχεῖν.* Ter Socrates dicitur „impie“ facere noluisse. Recte Odau monet etiam in Apologia pietatem (*ὁσιότης*) Socratis imprimis praedicari. Memento quoque cum in aliis Platonis scriptis

καθορῶν καὶ εἴ τιν' ἄλλα τοιαῦτ' οὐ σμικρά, ἐδυσχέρανά τε καὶ ἐμαυτὸν ἐπανήγαγον ἀπὸ τῶν τότε κακῶν. χρόνῳ δ' οὐ πολλῷ μετέπεσε τὰ τῶν τριάκοντά τε καὶ πᾶσ' ἡ τότε πολιτεία. πάλιν δὲ βραδύτερον μέν, εἷλκε δέ μ' ὅμως ἡ περὶ τὸ πράττειν τὰ κοινὰ καὶ [B] *πολιτικὰ ἐπιθυμία. ἦν οὖν καὶ ἐν ἐκείνοις ἅτε τεταραγμένοις πολλὰ γιγνόμεν', ἅ τις ἂν δυσχεράνειε, καὶ οὐδέν τι θαυμαστὸν ἦν τιμωρίας ἐχθρῶν γίγνεσθαί τινών τισι μείζους ἐν μεταβολαῖς· καίτοι*

---

tum in Legibus persaepe haec vocabula (*ὅσιος, ἀνόσιος* etc.) occurrere.

Restat, ut de anacolutho a Karsteno graviter vituperato pauca dicam. Mihi quidem consentaneum visum est: Plato, cum de sua vita dicat, Socratis mentionem facit. Tum vero illud factum commemorans, quo magistri probitas optime declaratur, hoc narrationis loco paululum moratur, verborum structurae oblitus. Haec in epistula nequaquam miranda sunt; si vero rhetoris opus esse existimas, cum Karsteno, utrum inscitia an de industria in verborum constructione peccet auctor, quaerere periodorumque mutilationes conqueri debes.

1 *ἐδυσχέρανά τε*] cf. paulo infra 325 B *δυσχεράνειε*. Pluribus locis huius epistulae observare potes idem vocabulum brevi spatio intermisso vel eodem vel alio sensu repeti. Exempla affero praeter *ἀνόσιον* illud ter repetitum, de quo supra dixi, 325 D *διοικεῖν* — *διῳκεῖτο*; 325 E *τελευτῶντ' ἰλιγγιᾶν* — 326 A *τελευτῶντα δὲ νοῆσαι*, 324 B *ἔπαθον· ᾠήθην* — D *ἔπαθον ὑπὸ νεότητος· ᾠήθην*, vocabulum *θαυμαστός* in hac ipsa epistulae parte saepissime usurpatum. — Similia in Legibus non raro inveniuntur: V, 734 E *ἀναγκαῖόν που νόμον ἕπεσθαι* — *διαφέρειν δ' ἀναγκαῖον*, 727 A *ὀρθῶς παρακελεύομαι* — *τιμᾷ δ' οὐδεὶς ὀρθῶς*, 728 B *προσπεφυκότα δὲ τοῖς τοιούτοις ἀνάγκη ποιεῖν καὶ πάσχειν, ἃ πεφύκασιν ἀλλήλοις οἱ τοιοῦτοι κ. . . .* 731 E *διὰ τὴν σφόδρα αὐτοῦ φιλίαν* — 732 A/B *χρὴ φεύγειν τὸ σφόδρα φιλεῖν αὐτόν*, 739 C *μηχανῇ* — *μεμηχάνηται*, 740 D *πορίζέτω μηχανὴν ὅτι μάλιστα* — *μηχαναὶ δ' εἰσι πολλαὶ* — *καὶ γὰρ ἐπισχέσεις γενέσεως, οἷς ἂν εὔρους εἴη γένεσις* — *νουθετήσεις πρεσβυτῶν περὶ νέους διὰ λόγων νουθετητικῶν*.

πολλῇ γ' ἐχρήσανθ' οἱ τότε κατελθόντες ἐπιεικείᾳ. κατὰ δέ τινα τύχην αὖ τὸν ἑταῖρον ἡμῶν Σωκράτη τοῦτον δυναστεύοντές τινες εἰσάγουσιν εἰς δικαστήριον, ἀνοσιωτάτην αἰτίαν ἐπιβάλλοντες καὶ πάντων ἥκιστα Σωκράτει [C] προσήκουσαν· ὡς ἀσεβῆ γὰρ οἱ μὲν εἰσήγαγον, οἱ δὲ κατεψηφίσαντο καὶ ἀπέκτειναν τὸν τότε τῆς ἀνοσίου ἀγωγῆς οὐκ ἐθελήσαντα μετασχεῖν περὶ ἕνα τῶν τότε φευγόντων φίλων, ὅτε φεύγοντες ἐδυστύχουν αὐτοί. σκοποῦντι δή μοι ταῦτά

---

3 *δυναστεύοντές τινες*] Errat Karsten, cum dicit (p. 121): „Verba *δυναστής, δυναστεύω* praecipue usurpantur de unius vel paucorum dominatione . . .; latiore tamen sensu *δυναστεύειν* etiam dicuntur ei, penes quos est summa potestas, in oligarchia *οἱ ὀλίγοι*, in democratia *οἱ πολλοί* . . . homines potentes in civitate vocantur *μέγα δυνάμενοι*, non *δυναστεύοντες*." Nam cum in Legum libro IV. (p. 710 E) Plato de oligarchia scribit: *πλεῖστοι γὰρ ἐν αὐτῇ δυνασταὶ γίγνονται*, apertum est eum in democratia non multos sed paucos illos, quorum potentia magna est, *δυναστὰς* vocare. Idem observamus Demosth. Epist. II, 2: *ἐπειδὴ δὲ καλῶς ποιοῦντες ᾔσθησθε τὴν δυναστείαν, ἣν τινες τῶν ἐν τῇ βουλῇ παρεσκευάζονθ' ἑαυτοῖς*. Latior vocis *δυναστεύειν* usus apparet etiam ex loco Leg. IX, 863 B, ubi Plato *ἡδονὴν δυναστεύουσαν* dicit, et ex loco Leg. VI, 777 E: *ταὐτὸν δ' ἔστ' εἰπεῖν τοῦτ' ὀρθῶς ἅμα λέγοντ' ἐπί τε δεσπότῃ καὶ τυράννῳ καὶ πᾶσαν δυναστείαν δυναστεύοντι πρὸς ἀσθενέστερον ἑαυτοῦ.*

3 *δυναστεύοντες — οἱ μὲν — οἱ δὲ — αὐτοί*] Non accurate dicta sunt; neque enim *οἱ μὲν, οἱ δὲ* partes sunt eorum, qui supra *δυναστεύοντες* vocantur, sed *οἱ μὲν* iidem sunt atque illi *δυναστεύοντές τινες*, *οἱ δὲ* alii sunt homines earundem partium; *αὐτοί* denique summa est eorum, qui popularium partium erant. Credo nos hic habere exemplum solutioris dictionis, quae epistulam scribenti crimini dari non potest.

7 *περὶ ἕνα*] *περί* cum accusativo in epistula 36ies invenitur coniunctum, cum genetivo 45ies. Qui numeri cum Platonis consuetudine in posterioribus scriptis observata satis congruere videntur (cf. Lut. p. 130 nr. 391); post nomen positum est 9ies, id quod etiam melius cum Lutoslawskii numeris

τε καὶ τοὺς ἀνθρώπους τοὺς πράττοντας τὰ πολιτικά, καὶ τοὺς νόμους γε καὶ ἔθη, ὅσῳ μᾶλλον διεσκόπουν ἡλικίας τ' εἰς τὸ πρόσθε προὔβαινον, τοσούτῳ χαλεπώτερον ἐφαίνετ' [D] ὀρθῶς εἶναί μοι τὰ πολιτικὰ διοικεῖν. οὔτε γὰρ ἄνευ φίλων ἀνδρῶν καὶ ἑταίρων πιστῶν οἷόν τ' εἶναι πράττειν, οὓς οὔθ' ὑπάρχοντας ἦν εὑρεῖν εὐπετές, οὐ γὰρ ἔτι ἐν τοῖς τῶν πατέρων ἤθεσι καὶ ἐπιτηδεύμασιν ἡ πόλις ἡμῶν διῳκεῖτο, καινούς τ' ἄλλους ἀδύνατον ἦν κτᾶσθαι μετά τινος ῥᾳστώνης, τά τε τῶν νόμων γράμματα καὶ ἔθη διεφθείρετο καὶ ἐπεδίδου θαυμαστὸν ὅσον, ὥστε με τὸ πρῶτον πολλῆς μεστὸν ὄνθ' ὁρμῆς ἐπὶ τὸ πράττειν [E] τὰ κοινά, βλέποντ' εἰς ταῦτα καὶ φερόμεν' ὁρῶντα πάντῃ πάντως τελευτῶντ' ἰλιγγιᾶν καὶ τοῦ μὲν σκοπεῖν μὴ ἀποστῆναι, πῇ ποτ' ἄμεινον ἂν γίγνοιτο περί τ' αὐτὰ ταῦτα καὶ δὴ καὶ περὶ τὴν πᾶσαν πολιτείαν, [326] τοῦ δὲ πράττειν αὖ περιμένειν ἀεὶ καιρούς,

---

consentit (Lut. p. 131 nr. 412). — Praepositionum numeri in epistula hi sunt: περί 81, ἐν 80, εἰς 52, ἐκ 31, κατά 29, ἐπί 24. Quos si cum posterioribus Platonis scriptis comparamus, miramur vocabulum κατά in epistula non saepius inveniri. Hac **una** in re a Lutoslawskii observationibus de posteriorum Platonis librorum dictione factis vel collectis epistula dissidet.

6 εὐπετές] Vocabulum εὐπετής, quod praeter hunc locum 327 C invenitur, posteriorum Platonis scriptorum proprium esse videtur (Lut. p. 139 nr. 486).

12 πάντῃ πάντως] cf. 326 B οὐδαμῇ οὐδαμῶς. Constantinus Ritter [1]) dicit se tales coniunctiones (apud Platonem) non invenisse nisi in libris posterioribus, ex quibus hosce affert locos Leg. VI, 777 E, VIII, 831 B, 840 C, IX, 868 C, XI, 913 A, 934 E, XII, 950 D, Phileb. 29 B, 65 E, Tim. 50 C, 51 C, Theaet. 76 C, praeterea Phaed. 78 D. — Leg. VI, 781 E, VII, 801 A, Tim. 29 C, Phaedr. 246 A. — Lut. p. 124 nr. 344.

13 ἰλιγγιᾶν] Recte dicit Steinhartius [2]) hoc vocabulum a Platone persaepe usurpari. Astius in lexico septem praeter hunc locos numerat, ex quibus simillimus huic est Crat. 411 B.

---

[1]) Untersuchungen über Plato, Stuttg. 1888, S. 66 f.

[2]) Platos Werke, von Müller und Steinhart, Bd. VII.

τελευτῶντα δὲ νοῆσαι περὶ πασῶν τῶν νῦν πόλεων, ὅτι κακῶς ξύμπασαι πολιτεύονται. τὰ γὰρ τῶν νόμων αὐταῖς σχεδὸν ἀνιάτως ἔχοντ' ἐστὶν ἄνευ παρασκευῆς θαυμαστῆς τινος μετὰ τύχης. λέγειν τ' ἠναγκάσθην ἐπαινῶν τὴν ὀρθὴν φιλοσοφίαν, ὡς ἐκ ταύτης ἔστι τά τε πολιτικὰ δίκαια καὶ τὰ τῶν ἰδιωτῶν πάντα κατιδεῖν. κακῶν οὖν οὐ λήξειν τὰ

---

2 *ξύμπασαι*] *ξύμπας* in epistula 5 ies invenitur, *ἅπας* 5 ies, *πᾶς* 78 ies. Frequentia horum vocabulorum eadem est atque in Platonis scriptis posterioribus, cf. Lut. p. 125 nr. 366 (Paginas Didoteanas epistula amplectitur 20).

2 *κακῶς ξύμπασαι πολιτεύονται*] cf. Leg. VII, 805 B *ΚΛΕΙΝΙΑΣ: ἔστι μέντοι πάμπολλ' ἡμῖν, ὦ ξένε, παρὰ τὰς εἰωθυίας πολιτείας τῶν νῦν λεγομένων.* — Leg. VIII, 832. Duae causae esse dicuntur, cur non tales sint civitates, quales esse debeant; quarum altera est divitiarum cupiditas civium, altera in rei publicae forma est posita. *Τὰς οὖν πολιτείας ἔγωγ' αἰτίας εἶναί φημι . . . δημοκρατίαν καὶ ὀλιγαρχίαν καὶ τυραννίδα· τούτων γὰρ δὴ πολιτεία μὲν οὐδεμία, στασιωτεῖαι δὲ πᾶσαι λέγοιντ' ἂν ὀρθότατα . . .*

6 *κατιδεῖν*] cf. Rep. VII, 520 E sqq. Quod ibi dictum est *τὸν ἀληθινῆς φιλοσοφίας βίον* esse *καταφρονοῦντα πολιτικῶν ἀρχῶν*, hic eadem sententia affertur verbo *κατιδεῖν* (tamquam ex loco superiore conspicere).

6 *κακῶν οὖν οὐ λήξειν κτἑ.*] cf. Rep. V, 473 CD: *Ἐὰν μὴ . . . ἢ οἱ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν ἐν ταῖς πόλεσιν ἢ οἱ βασιλῆς τε νῦν λεγόμενοι καὶ δυνάσται φιλοσοφήσωσι γνησίως τε καὶ ἱκανῶς, καὶ τοῦτ' εἰς ταὐτὸν συμπέσῃ δύναμίς τε πολιτικὴ καὶ φιλοσοφία, τῶν δὲ νῦν πορευομένων χωρὶς ἐφ' ἑκάτερον αἱ πολλαὶ φύσεις ἐξ ἀνάγκης ἀποκλεισθῶσιν, οὐκ ἔστι κακῶν παῦλ', ὦ φίλε Γλαύκων, ταῖς πόλεσι, δοκῶ δ' οὐδὲ τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει, οὐδ' αὕτη ἡ πολιτεία μή ποτε πρότερον φυῇ τ' εἰς τὸ δυνατὸν καὶ φῶς ἡλίου ἴδῃ, ἣν νῦν λόγῳ διεληλύθαμεν.* Hoc ipso loco facultatem habemus epistulae cum Platonis scriptis comparandae. Hic potissimum falsarium cognosci necesse est. Sed minime cognoscimus. Falsarius sua tenuitate coactus servilem in modum scriptoris verba imitatur: hic, quamquam manifestum est illum Rei publicae locum respici

ἀνθρώπινα γένη, πρὶν ἂν ἢ τὸ τῶν φιλοσοφούντων ὀρθῶς γε καὶ [B] ἀληθῶς γένος εἰς ἀρχὰς ἔλθῃ τὰς πολιτικὰς ἢ τὸ τῶν δυναστευόντων ἐν ταῖς πόλεσιν ἔκ τινος μοίρας θείας ὄντως φιλοσοφήσῃ.

Ταύτην δὴ τὴν διάνοιαν ἔχων εἰς Ἰταλίαν τε καὶ Σικελίαν ἦλθον, ὅτε πρῶτον ἀφικόμην. ἐλθόντα δέ μ' ὁ ταύτῃ λεγόμενος αὖ βίος εὐδαίμων Ἰταλιωτικῶν τε καὶ Συρακοσίων τραπεζῶν πλήρης οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἤρεσε,

---

atque repeti, tamen magna libertate verba mutata sunt. Falsarius locum ab alio depromptum libello inserit, ita ut non raro pars interposita cum reliquis male coniuncta sit: hic Platonis sententia in suo, ut ita dicam, loco posita est et cum ceteris rebus aptissime cohaeret. Quae cum ita sint, hic certe falsarius deprehendi non potest.

3 *ἔκ τινος μοίρας θείας*] cf. ad 327 C *ξυλλαμβανόντων θεῶν*.

4 Inde ab initio epistulae usque ad hunc locum 68 numeravi locos, quibus tres vel plures deinceps inveniuntur syllabae breves (41 ies 3, 16 ies 4, 7 ies 5, ter 6, semel 8: 324 D *οὐ]δὲν ἔπαθον ὑπὸ νεό[τητος*); qui numerus optime congruit cum eis, quae de tribrevium frequentia in Platonis scriptis inventa disserit Fridericus Blass, Die Rhythmen der attischen Kunstprosa, p. 152 sq.

326 B — 327 B. De Platonis primo itinere in Siciliam facto.

5 *διάνοιαν ἔχων*] Etiam in itineribus narrandis praecipuum est propositum sententiam explicare.

6 *ὁ ταύτῃ βίος*] vita ibi usitata, cf. Thuk. VIII, 101 *τὰ ταύτῃ χωρία*.

6 *ὁ λεγόμενος βίος εὐδαίμων*] cf. Leg. III, 695 A: *διεφθαρμένην δὲ παιδείαν ὑπὸ τῆς λεγομένης εὐδαιμονίας*.

8 *τραπεζῶν πλήρης*] cf. Rep. III, 404 D: *Συρακοσίαν δ' ὦ φίλε τράπεζαν καὶ Σικελικὴν ποικιλίαν ὄψου, ὡς ἔοικας, οὐκ αἰνεῖς*. (Ad hunc locum Astius adnotat: Eustath. ad Iliad. XXIV p. 1496 v. 49 sq., Athen. I p. 96. XII p. 425. 459, Maxim. Tyr. Diss. III, 3 p. 21.) — Praeterea conferendum est Aristoph. fr. 216 (Kock). Qui Aristophanis locus manifeste ostendit Syracusanorum luxuriam in proverbio fuisse.

8 *οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἤρεσε*] Siculorum luxuriae Plato statim

δίς τε τῆς ἡμέρας ἐμπιπλάμενον ζῆν καὶ μηδέποτε κοιμώμενον μόνον νύκτωρ [C] καὶ ὅσα τούτῳ ἐπιτηδεύματα ξυνέπεται τῷ βίῳ· ἐκ γὰρ τούτων τῶν ἐθῶν οὔτ' ἂν φρόνιμος οὐδεὶς ποτε γενέσθαι τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἀνθρώπων ἐκ νέου ἐπιτηδεύων δύναιτ' οὐχ οὕτω θαυμαστῇ φύσει κραθήσεται, σώφρων δ' οὐδ' ἂν μελλῆσαι ποτὲ γενέσθαι, καὶ δὴ καὶ περὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς ὁ αὐτὸς λόγος ἂν εἴη. πόλις τ' οὐδεμία ἂν ἠρεμῆσαι κατὰ νόμους οὐδ' οὑστινασοῦν ἀνδρῶν οἰομένων ἀναλίσκειν μὲν δεῖν πάντ' ἐς ὑπερβολάς, [D] ἀργῶν δ' εἰς ἅπανθ' ἡγουμένων αὖ δεῖν γίγνεσθαι πλὴν εἰς εὐωχίας καὶ πότους καὶ ἀφροδισίων σπουδὰς διαπονουμένας· ἀναγκαῖον δ' εἶναι ταύτας τὰς πόλεις τυραννίδας τε καὶ ὀλιγαρχίας καὶ δημοκρατίας μεταβαλλούσας μηδέποτε λήγειν δικαίου δὲ καὶ ἰσονόμου πολιτείας τοὺς ἐν αὐταῖς δυναστεύοντας μηδ' ὄνομ' ἀκούοντας ἀνέχεσθαι. ταῦτα δὴ πρὸς τοῖς πρόσθε διανοούμενος εἰς Συρακούσας διεπορεύθην,

---

quam acerrime obsistit eamque cum animi sanitate convenire posse pernegat.

3 ἐκ γὰρ τούτων κτἑ.] cf. Leg. III, 696 A: οὐ γὰρ μήποτε γένηται παῖς καὶ ἀνὴρ καὶ γέρων ἐκ ταύτης τῆς τροφῆς διαφέρων πρὸς ἀρετήν.

4 ὑπὸ τὸν οὐρανόν] cf. Tim. 23 D.

6 κραθήσεται] Huius vocabuli usum hisce exemplis cognoveris: Phaedr. 279 A Δοκεῖ μοι ἀμείνων ἢ κατὰ τοὺς περὶ Λυσίαν εἶναι λόγους τὰ τῆς φύσεως, ἔτι τε ἤθει γεννικωτέρῳ κεκρᾶσθαι. Leg. XI, 930 A: εἰκὸς δ' εἶναι τοὺς τοιούτους μὴ πραέσιν ἤθεσι κεκραμένους. Leg. XII, 961 D: νοῦς μετὰ τῶν καλλίστων αἰσθήσεων κραθείς.

11 εὐωχίας καὶ πότους καὶ ἀφροδισίων σπουδάς] eodem modo haec tria coniuncta sunt p. 335 B et persaepe apud Platonem. Conferas locos infra adscriptos.

12 τυραννίδας τε καὶ ὀλιγαρχίας καὶ δημοκρατίας ... δικαίου δὲ ... πολιτείας] Leg. VIII, 832 (quem locum ad 326 A adnotavi) Plato has tres rei publicae formas στασιωτείας potius quam πολιτείας nominandas esse dicit.

ἴσως μὲν κατὰ τύχην, ἔοικε μὴν τότε μηχανωμένῳ [E] τινὶ τῶν κρειττόνων ἀρχὴν βαλέσθαι τῶν νῦν γεγονότων πραγμάτων περὶ Δίωνα καὶ τῶν περὶ Συρακούσας· δέος δέ, μὴ καὶ πλειόνων ἔτι, ἐὰν μὴ νῦν ὑμεῖς ἐμοὶ πείθησθε τὸ δεύτερον συμβουλεύοντι. πῶς οὖν δὴ λέγω πάντων ἀρχὴν γεγονέναι τὴν τότ' εἰς [327] Σικελίαν ἐμὴν ἄφιξιν; ἐγὼ συγγενόμενος Δίωνι τότε νέῳ κινδυνεύω τὰ δοκοῦντ' ἐμοὶ βέλτιστ' ἀνθρώποις εἶναι μηνύων διὰ λόγων καὶ πράττειν αὐτὰ ξυμβουλεύων ἀγνοεῖν, ὅτι τυραννίδος τινὰ τρόπον κατάλυσιν ἐσομένην μηχανώμενος ἐλάνθανον ἐμαυτόν. Δίων μὲν γὰρ

---

1 *ἴσως μὲν κατὰ τύχην*] putare possis forte factum esse illud iter. Oppositum est: ex deorum voluntate factum est, id quod ex eis, quae sequuntur, facile cognoscimus. Vides, quam falsum sit quod Karsten vituperat (p. 134): „Illud certe nequaquam credibile, Platonem, ut in epistola legitur, *κατὰ τύχην* et temere Syracusas delatum esse.“ Certe consilio capto Plato Syracusas profectus est; sed de hac re nihil narrat, quia omnino non explicat de vita sua, sed de sententia politica. — *κατὰ τύχην* cf. Lut. p. 133 nr. 438.

1 *τινὶ τῶν κρειττόνων*] *κρείττονες* dei a poetis saepe vocantur; eodem modo vox illa usurpatur Soph. 216 B: *τάχ' οὖν ἂν καὶ σοί τις οὗτος τῶν κρειττόνων συνέποιτο.*

3 *δέος δέ κτέ.*] Ex praeteritorum narratione subito transit ad tempus praesens.

4 *τὸ δεύτερον συμβουλεύοντι*] Eodem modo dicitur 331 D *κατὰ δὴ τοῦτον τὸν τρόπον ἐγὼ ὑμῖν τ' ἂν ξυμβουλεύοιμι, ξυνεβούλευον δὲ καὶ Διονυσίῳ μετὰ Δίωνος.* Infra amplificatur consiliorum ordo et numerus, 334 C: *ξυμβουλεύω δὲ δή τι πρὸς τούτοις τὴν αὐτὴν ξυμβουλὴν καὶ λόγον τὸν αὐτὸν λέγων ἤδη τρίτον τρίτοις ὑμῖν . . .* D *ταῦτα πρῶτον μὲν Δίων' ἐγὼ ἐπεχείρησα πείθειν, δεύτερον δὲ Διονύσιον, τρίτους δ' ὑμᾶς νῦν.*

9 *ἀγνοεῖν*] Infinitivus imperfecti, cf. Kühner-Gerth[1]) II, 1 p. 194 adnot. 5.

---

[1]) R. Kühner, Ausführl. Grammatik der griech. Sprache, II. Teil (bes. von Dr. B. Gerth), 3. Aufl., Hannover u. Lpz. 1898.

δὴ μάλ' εὐμαθὴς ὢν πρός τε τἆλλα καὶ πρὸς τοὺς τόθ' ὑπ' ἐμοῦ λόγους λεγομένους οὕτως ὀξέως ὑπήκουσε καὶ σφόδρα ὡς οὐδεὶς πώποθ' ὧν ἐγὼ [B] προσέτυχον νέων καὶ τὸν ἐπίλοιπον βίον ζῆν ἠθέλησε διαφερόντως τῶν πολλῶν Ἰταλιωτῶν τε καὶ Σικελιωτῶν, ἀρετὴν περὶ πλείονος ἡδονῆς τῆς τ' ἄλλης τρυφῆς ἠγαπηκώς· ὅθεν ἐπαχθέστερον τοῖς περὶ τὰ τυραννικὰ νόμιμα ζῶσιν ἐβίω μέχρι τοῦ θανάτου τοῦ περὶ Διονύσιον γενομένου. μετὰ δὲ τοῦτο διενοήθη μὴ μόνον ἐν αὐτῷ ποτ' ἂν γενέσθαι ταύτην τὴν διάνοιαν, ἣν αὐτὸς ὑπὸ τῶν ὀρθῶν λόγων ἔσχεν, ἐγγιγνομένην δ' αὐτὴν καὶ ἐν ἄλλοις [C] ὁρῶν κατενόει, πολλοῖς μὲν οὔ, γιγνομένην δ' οὖν ἔν τισιν, ὧν καὶ Διονύσιον ἡγήσαθ' ἕνα γενέσθαι τάχ' ἂν ξυλλαμβανόντων θεῶν, γενομένου δ' αὖ

---

5 *περὶ πλείονος ἠγαπηκώς*] *περὶ πλείονος ἀγαπᾶν* eodem modo hic coniunctum sicut alias *περὶ πλείονος ποιεῖσθαι.*

7 *τοῦ θανάτου τοῦ περὶ Διονύσιον γενομένου*] circumlocutio satis verbosa pro *τοῦ Διονυσίου θανάτου*. Similia in Legibus non rara sunt et praepositione *περί* Plato in posterioribus scriptis saepissime utitur (cf. Lut. p. 130 nr. 391); quod exemplis ostendere liceat: Phaedr. 246 B *ἡ περὶ ἡμᾶς ἡνιόχησις*, D *μάλιστα τῶν περὶ τὸ σῶμα*, 279 A *κατὰ τοὺς περὶ Λυσίαν λόγους*, Soph. 251 C *ὑπὸ πενίας τῆς περὶ φρόνησιν κτήσεως*, Polit. 310 C *τὸ περὶ τὴν ἀνδρείαν γένος* (= *τὸ ἀνδρεῖον γ.*), Leg. VII, 794 D/E *τὰ περὶ τὰς χεῖρας, τὰ περὶ τοὺς πόδας* (= *αἱ χεῖρες, οἱ πόδες*), 823 A/B *θήρα γὰρ πάμπολύ τι πρᾶγμ' ἐστι, περιειλημμένον ὀνόματι νῦν σχεδὸν ἑνί· πολλὴ μὲν γὰρ ἡ τῶν ἐνύδρων, πολλὴ δ' ἡ τῶν πτηνῶν, πάμπολυ δὲ καὶ τὸ περὶ τὰ πεζὰ θηρεύματα.*

11 *πολλοῖς μὲν οὔ κτέ.*] Ritter (Ges.[1] p. 367) confert Leg. X, 888 C: *μεῖναι πολλοῖσι μὲν οὔ, μεῖναι δ' οὖν τισι*, XII, 953 C: *ἂν ποτέ τις ἀφίκηται, σπάνιος μέν, ἢν δ' οὖν ποτέ τις ἔλθῃ.*

13 *ξυλλαμβανόντων θεῶν*] Sapientiae et virtutis ultima causa in deo vel dis posita est. Non nisi divina vi efficitur, ut aliquis ad philosophiam perduci velit, cf. 324 B *εἴ τις θεῶν*

---

[1]) C. Ritter, Platos Gesetze, Lpz. 1896.

τοῦ τοιούτου τόν τ' αὐτοῦ βίον καὶ τὸν τῶν ἄλλων Συρακοσίων ἀμήχανον ἂν μακαριότητι ξυμβῆναι γενόμενον. πρὸς δὴ τούτοις φήθη δεῖν ἐκ παντὸς τρόπου εἰς Συρακούσας ὅτι τάχιστ' ἐλθεῖν ἐμὲ κοινωνὸν τούτων, μεμνημένος τήν θ' αὐτοῦ καὶ ἐμὴν συνουσίαν, ὡς εὐπετῶς ἐξειργάσατ' εἰς [D] ἐπιθυμίαν ἐλθεῖν αὐτὸν τοῦ καλλίστου τε καὶ ἀρίστου βίου· ὃ δὴ καὶ νῦν εἰ διαπράξαιτ' ἐν Διονυσίῳ ὡς ἐπεχείρησε μεγάλας ἐλπίδας εἶχεν ἄνευ σφαγῶν καὶ θανάτων καὶ τῶν νῦν γεγονότων κακῶν βίον ἂν εὐδαίμονα καὶ ἀληθινὸν ἐν πάσῃ τῇ χώρᾳ κατασκευάσαι. ταῦτα Δίων ὀρθῶς διανοηθεὶς ἔπεισε μεταπέμπεσθαι Διονύσιον ἐμέ, καὶ αὐτὸς ἐδεῖτο πέμπων ἥκειν ὅ τι τάχιστ' ἐκ παντὸς τρόπου, πρίν τινας ἄλλους ἐντυχόντας Διονυσίῳ ἐπ' [E] ἄλλον βίον αὐτὸν τοῦ βελτίστου παρατρέψαι. λέγων δὲ τάδ' ἐδεῖτ', εἰ καὶ μακρότερ' εἰπεῖν· τίνας γὰρ καιρούς, ἔφη, μείζους περιμενοῦμεν τῶν νῦν

καὶ τοῦτον κτἑ., 326 B ἔκ τινος μοίρας θείας. Leg. IV, 711 D ὅταν ἔρως θεῖος τῶν σωφρόνων τε καὶ δικαίων ἐπιτηδευμάτων ἐγγένηται μεγάλαις τισὶ δυναστείαις. — Cf. Odau l. l. p. 64 sq.

2 ἀμήχανον ἂν κτἑ.] Karstenus, qui dicit (p. 55) haec verba „vani potius hominis esse quam φιλοσόφου", non sensit scriptorem de eis rebus dicentem, quas omnibus animi viribus speraverat, ad sublimiorem inflammatum esse dictionem. Conferas etiam locum supra dictum Leg. IV, 711 D . . . ὅταν δὲ ξυμβῇ, μυρία καὶ πάντ' ἐν πόλει ἀγαθ' ἀπεργάζεται, ἐν ᾗ ποτ' ἂν ἐγγένηται.

2 ξυμβῆναι γενόμενον] cf. ad 328 A. — Rohrer (diss. p. 31): „Haec circumlocutio, quam Karsten p. 55 adnotat, non in inanibus illis epistulae scriptoris pleonasmis numeranda, sed potius quaesita existimanda est imitatio Platonis, cui talia satis usitata sunt, velut in Tim. p. 86 B: τὰ μὲν νοσήματα ταύτῃ συμβαίνει γενόμενα, saepissime in libris de legibus scriptis."

8 ἄνευ σφαγῶν καὶ θανάτων καὶ τῶν νῦν γεγονότων κακῶν] cf. ad 331 D.

9 βίον εὐδαίμονα καὶ ἀληθινὸν] oppositum est illi „ὁ ταύτῃ λεγόμενος βίος εὐδαίμων". — Philosophia ubique in epistula cum vitae ratione coniuncta est, cf. 328 A λόγος καὶ βίος.

παραγεγονότων θείᾳ τινὶ τύχῃ; καταλέγων δὲ τήν τ' ἀρχὴν τῆς Ἰταλίας καὶ Σικελίας καὶ τὴν αὑτοῦ δύναμιν [328] *ἐν αὐτῇ, καὶ τὴν νεότητα καὶ τὴν ἐπιθυμίαν τὴν Διονυσίου, φιλοσοφίας τε καὶ παιδείας ὡς ἔχοι σφόδρα λέγων, τούς θ' αὑτοῦ ἀδελφιδοῦς καὶ τοὺς οἰκείους ὡς εὐπαράκλητοι εἶεν πρὸς τὸν ὑπ' ἐμοῦ λεγόμενον ἀεὶ λόγον καὶ βίον, ἱκανώτατοί τε Διονύσιον συμπαρακαλεῖν, ὥστ' εἴπερ ποτὲ καὶ νῦν ἐλπὶς πᾶσ' ἀποτελεσθήσεται τοῦ τοὺς αὐτοὺς φιλοσόφους τε καὶ πόλεων ἄρχοντας μεγάλων ξυμβῆναι γενομένους. τὰ μὲν δὴ* [B] *παρακελεύματ' ἦν ταῦτα τε καὶ τοιαῦθ' ἕτερα πάμπολλα, τὴν δ' ἐμὴν δόξαν τὸ μὲν περὶ*

1 *ἀρχὴν τῆς Ἰταλίας καὶ Σικελίας*] principatum Italiae atque Siciliae, quem Syracusae tum obtinebant.

4 *φιλοσοφίας ὡς ἔχοι σφόδρα*] cf. Kühner-Gerth II, 1 p. 383. Haud scio an *σφοδράν* scribendum sit.

6 *τὸν ὑπ' ἐμοῦ λεγόμενον ἀεὶ λόγον καὶ βίον*] Karsteno accidit, ut haec verba (*λ. καὶ β.*) in ineptis tautologiis numeraret (p. 58), qua in re ne Rohrerus quidem ei assensus est (diss. p. 32 sq.).

5 *ἀδελφιδοῦς — εὐπαράκλητοι — ἱκανώτατοι*] De his Dionis nepotibus vehementer disputatum est. Nam cum paulo supra commemorata sit Dionysii *νεότης*, apparet illius fratres, Hipparinum et Nysaeum, qui multo minores natu erant, minime dici potuisse „idoneos, qui una Dionysium ad philosophiam adducerent" (*εὐπαράκλητοι* certe dici poterant; nam quo minores erant natu, eo facilius bona educatione rectae vitae assuefiebant). Dubito, an vocabula *ἱκανώτατοι κτἑ.* ad familiares (*καὶ τοὺς οἰκείους*) solos referre possimus. Sed recte mihi Reinholdius (l. l. p. 18) et Odavius (l. l. p. 76) dixisse videntur etiam alios Dionis nepotes hic intellegi posse.

9 *ξυμβῆναι γενομένους*] cf. 327 C, 330 B, 330 C. *συμβαίνω* non modo cum infinitivo coniunctum sed etiam cum participio saepe apud Platonem invenitur. Cf. Leg. V, 745 E *ὥστε ξυμβῆναι κατὰ λόγον οὕτω ξύμπαντα γενόμενα*, XII, 946 C *μέχριπερ ἂν ἑκάστῳ πέντε καὶ ἑβδομήκοντ' ἔτη ξυμβῇ γενόμενα.* Menex. 237 C, Phil. 42 D, Euthyd. 281 E (Kühner-Gerth II, 2 p. 59).

τῶν νέων, ὅπῃ ποτὲ γενήσοιτ', εἶχε φόβος· αἱ γὰρ ἐπιθυμίαι τῶν τοιούτων ταχεῖαι καὶ πολλάκις ἑαυταῖς ἐναντίαι φερόμεναι· τό δὲ Δίωνος ἠπιστάμην τῆς ψυχῆς πέρι φύσει τ' ἐμβριθὲς ὂν ἡλικίας τ' ἤδη μετρίως ἔχων. ὅθεν μοι σκοπουμένῳ καὶ διστάζοντι, πότερον εἴη πορευτέον ἢ πῶς, ὅμως ἔρρεψε δεῖν, εἴ ποτέ τις τὰ διανοηθέντα περὶ [C] νόμων τε καὶ πολιτείας ἀποτελεῖν ἐγχειρήσοι, καὶ νῦν πειρατέον εἶναι· πείσας γὰρ ἕνα μόνον ἱκανῶς πάντ' ἐξειργασμένος ἐσοίμην ἀγαθά. ταύτῃ μὲν δὴ τῇ διανοίᾳ τε καὶ τόλμῃ ἀπῆρα οἴκοθεν οὐχ ᾗ τινες ἐδόξαζον, ἀλλ' αἰσχυνόμενος μὲν ἐμαυτὸν τὸ μέγιστον, μὴ δόξαιμί ποτ' ἐμαυτῷ παντάπασι λόγοις μόνον ἀτεχνῶς εἶναι τίς, ἔργου δ' οὐδενὸς ἄν ποθ' ἑκὼν ἀνθάψασθαι, κινδυνεύσειν δὲ προδοῦναι πρῶτον μὲν τὴν Δίωνος ξενίαν τε καὶ [D] ἑταιρείαν ἐν κινδύνοις ὄντως γεγονότος οὐ σμικροῖς. εἴτ' οὖν πάθοι τι, εἴτ' ἐκπεσὼν ὑπὸ Διονυσίου καὶ τῶν ἄλλων ἐχθρῶν

---

5 ἢ πῶς] in posterioribus Platonis scriptis saepe legitur pro ἢ οὔ, cf. Ritter, Untersuchungen über Plato (Stuttg. 1888) p. 24, Lut. p. 123 nr. 331. — Velim observes, quam multae earum rerum, quas Lutoslawski Platonis senis proprias esse dixit, in epistula inveniantur.

8 πειρατέον εἶναι] non pendet ex δεῖν, sed omnia illa εἴ ποτε — πειρατέον εἶναι explicationis gratia adiuncta sunt, cum posset verbis ὅμως ἔρρεψε δεῖν tota res finiri. Imago deprompta est de libra, quae duas habet lances, δεῖ et οὐ δεῖ; quare cum dictum sit ἔρρεψε δεῖν, nihil dubium relinquitur. Sed ut hoc consilium tum captum tamquam causis firmet, dicit se, etiamsi spes non magna fuisset, tamen conatum metuere non debuisse. — Etsi intellegi hac ratione verba possunt, tamen non bene adiuncta sunt illa εἴ ποτέ τις κτἑ., quare corruptum esse hunc locum facile crediderim.

14 πρῶτον μὲν] non sequitur alterum membrum; paulum commoratus in hoc cogitato verborum constructionem obliviscitur, ita ut alterum membrum (φιλοσοφία προδέδοται 328 E) alteri subiungatur (cf. p. 324 D/E). Id quod ne hoc quidem loco mirum nobis videri potest.

ἔλθοι παρ' ἡμᾶς φεύγων καὶ ἀνέροιτ' εἰπών· ὦ Πλάτων, ἥκω σοι φυγὰς οὐχ ὁπλιτῶν δεόμενος οὐδ' ἱππέων ἐνδεὴς γενόμενος τοῦ ἀμύνασθαι τοὺς ἐχθρούς, ἀλλὰ λόγων καὶ πειθοῦς, ᾗ σε μάλιστ' ἠπιστάμην ἐγὼ δυνάμενον ἀνθρώπους νέους ἐπὶ τἀγαθὰ καὶ τὰ δίκαια προτρέποντ' εἰς φιλίαν τε καὶ ἑταιρείαν [E] *ἀλλήλοις καθιστάναι ἑκάστοτε· ὧν ἐνδείᾳ κατὰ τὸ σὸν μέρος νῦν ἐγὼ καταλιπὼν Συρακούσας ἐνθάδε πάρειμι· καὶ τὸ μὲν ἐμὸν ἔλαττον ὄνειδός σοι φέρει· φιλοσοφία δέ, ἣν ἐγκωμιάζεις ἀεὶ καὶ ἀτίμως φῂς ὑπὸ τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων φέρεσθαι, πῶς οὐ προδέδοται τὰ νῦν μετ' ἐμοῦ μέρος ὅσον ἐπὶ σοὶ γέγονε;* [329] *καὶ Μεγαροῖ μὲν εἰ κατοικοῦντες ἐτυγχάνομεν, ἦλθες δή που ἄν μοι βοηθὸς ἐφ' ἅ σε παρεκάλουν, ἢ πάντων ἂν φαυλότατον ἡγοῦ σαυτόν· νῦν δ' ἄρα τὸ μῆκος τῆς πορείας καὶ τὸ μέγεθος δὴ τοῦ πλοῦ καὶ τοῦ πόνου ἐπαιτιώμενος οἴει δόξαν κακίας ἀποφευξεῖσθαί ποτε; πολλοῦ καὶ δεήσει. λεχθέντων δὲ τούτων τίς ἂν ἦν μοι πρὸς ταῦτ' εὐσχήμων ἀπόκρισις; οὐκ ἔστιν. ἀλλ' ἦλθον μὲν κατὰ λόγον ἐν δίκῃ θ' ὡς οἷόν τ' ἄνθρωπον μάλιστα, διὰ* [B] *τὰ τοιαῦτα καταλιπὼν τὰς ἐμαυτοῦ διατριβὰς οὔσας οὐκ ἀσχήμονας ὑπὸ*

---

1 *ὦ Πλάτων*] Oratio ficta iniungitur, ex Platonis consuetudine, cf. ad 346 D. — *ὦ Πλάτων* cf. Leg. VI, 770 B: *ὦ φίλοι* . . ., 772 E *ὦ παῖ, τοίνυν φῶμεν τῷ* . . .

7 *κατὰ τὸ σὸν μέρος*] cf. infra *μέρος ὅσον ἐπὶ σοὶ γέγονε*, Leg. V, 731 B *σμικροτέραν αὐτὴν* (*τὴν πόλιν*) *πρὸς εὐδοξίαν τὸ ἑαυτοῦ μέρος ἀπεργάζεται*. — *κατά* = quantum attinet ad cf. Lut. p. 133 nr. 442.

18 *ἐν δίκῃ*] iuste, iure cf. Phaedr. 266 A, 275 E, 277 D, Leg. XII, 945 D.

19 *ὡς οἷόν τ' ἄνθρωπον μάλιστα*] circumlocutio copiosior pro *μάλιστ' ἀνθρώπων* Leg. I, 629 A; cf. Gorg. 510 B *ὡς οἷόν τε μάλιστα*, Phaedr. 277 A: *εἰς ὅσον ἀνθρώπῳ δυνατὸν μάλιστα*, Soph. 239 B, Rep. II, 361 D: *ὡς μάλιστα δύναμαι*.

20 *οὔσας οὐκ ἀσχήμονας*] Non sua, sed Dionis causa in Siciliam se venisse confirmat et probat. Vita ea, quam relinquebat, ei non displicebat; quam vero assecuturus erat, ea minime certe placere poterat.

τυραννίδα δοκοῦσαν οὐ πρέπειν τοῖς ἐμοῖς λόγοις οὐδ' ἐμοί· ἐλθών τ' ἐμαυτὸν ἠλευθέρωσα Διὸς ξενίου καὶ τῆς φιλοσόφου ἀνέγκλητον μοίρας παρέσχον, ἐπονειδίστου γενομένης ἄν, εἴ τι καταμαλθακισθεὶς καὶ ἀποδειλιῶν αἰσχύνης μετέσχον κακῆς. ἐλθὼν δέ, οὐ γὰρ δεῖ μηκύνειν, εὗρον στάσεως τὰ περὶ Διονύσιον μεστὰ ξύμπαντα καὶ διαβολῶν πρὸς τὴν τυραννίδα Δίωνος πέρι· [C] *ἤμυνον μὲν οὖν καθ' ὅσον ἠδυνάμην, σμικρὰ δ' οἷός τ' ἦν, μηνὶ δὲ σχεδὸν ἴσως τετάρτῳ Δίωνα Διονύσιος αἰτιώμενος ἐπιβουλεύειν τῇ τυραννίδι, σμικρὸν εἰς πλοῖον ἐμβιβάσας ἐξέβαλεν ἀτίμως. οἱ δὴ Δίωνος τὸ μετὰ τοῦτο πάντες φίλοι ἐφοβούμεθα, μή τιν' ἐπαιτιώμενος τιμωροῖθ' ὡς συναίτιον τῆς Δίωνος ἐπιβουλῆς περὶ δ' ἐμοῦ καὶ διῆλθε λόγος τις ἐν Συρακούσαις, ὡς τεθνεὼς εἴην ὑπὸ Διονυσίου τούτων ὡς πάντων τῶν* [D] *τότε γεγονότων αἴτιος. Ὁ δ' αἰσθανόμενος πάντας ἡμᾶς οὕτω διατεθέντας φοβούμενος, μὴ μεῖζον ἐκ τῶν φόβων γένοιτό τι, φιλοφρόνως πάντας ἀνελάμβανε, καὶ δὴ καὶ τὸν ἐμὲ παρεμυθεῖτό τε καὶ θαρρεῖν διεκελεύετο καὶ ἐδεῖτο*

---

4 *καταμαλθακισθεὶς*] *ἅπαξ λεγόμενον*. **Lut. p. 88: „The most important peculiarity of Plato's vocabulary in his later works is its originality, leading the author to invent many new words" ... Cf.** *εὐπαράκλητος* **328 A,** *ἀνοσιουργία* **335 B.**

5 *εὗρον*] **Postquam 327 B — 329 B exposuit, quibus rationibus permotus iter fecerit, 329 B — 333 B de ipsa peregrinatione narrat. Mirum, quantum differant inter se hae partes: De causis tanta copiositate explicat, ut 328 C re paene absoluta (***ταύτῃ μὲν δὴ τῇ διανοίᾳ κτἑ.***) tamquam denuo incipiat (***οὐχ ᾗ τινες ἐδόξαζον, ἀλλ'*** ...); de rebus gestis brevis est (***οὐ γὰρ δεῖ μηκύνειν***). Tamen ex singulis rebus narratis (velut** *σμικρὸν εἰς πλοῖον ἐμβιβάσας*) **cognoscimus scriptorem non ignorantia coactum sed consulto res leviter attingere. Paulo uberius eas res tractat, quae paucis notae erant, velut Dionysii in se benevolentiam ac verba benigna.**

13 *λόγος τις*] **Miramur, tales rumores tunc oriri potuisse. Certe haec a falsario fingi non poterant.**

17 *καὶ δὴ καὶ τὸν ἐμὲ*] **Astius (in lex. Plat. s. v.** *ἐγώ*)**: „Cum articulo nectitur ita ut persona efferatur vel alteri opponatur.**

πάντως μένειν· ἐγίγνετο γάρ οἱ τὸ μὲν ἐμὲ φυγεῖν ἀπ' αὐτοῦ καλὸν οὐδέν, τὸ δὲ μένειν, διὸ δὴ καὶ σφόδρα προσεποιεῖτο δεῖσθαι. τὰς δὲ τῶν τυράννων δεήσεις ἴσμεν, ὅτι μεμειγμέναι ἀνάγκαις εἰσίν· ὃ δὴ μηχανώμενος διεκώλυέ [E] *μου τὸν ἔκπλουν εἰς ἀκρόπολιν ἀγαγὼν καὶ κατοικίσας, ὅθεν οὐδ' ἂν εἷς ἔτι με ναύκληρος μὴ ὅτι κωλύοντος ἐξήγαγε Διονυσίου, ἀλλ' οὐδ' εἰ μὴ πέμπων αὐτὸς τὸν κελεύοντ' ἐξαγαγεῖν ἐπέστελλεν, οὔτ' ἂν ἔμπορος οὔτε τῶν ἐν ταῖς τῆς χώρας ἐξόδοις ἀρχόντων οὐδ' ἂν εἷς περιεῖδέ με μόνον ἐκπορευόμενον, ὃς οὐκ ἂν συλλαβὼν εὐθέως παρὰ Διονύσιον πάλιν ἀπήγαγεν ἄλλως τε καὶ διηγγελμένον ἤδη ποτὲ τοὐναντίον* [330] *ἢ τὸ πρότερον πάλιν, ὡς Πλάτωνα Διονύσιος θαυμαστῶς ὡς ἀσπάζεται. τὸ δ' εἶχε δὴ πῶς; τὸ γὰρ ἀληθὲς δεῖ φράζειν. ἠσπάζετο μὲν ἀεὶ προιόντος τοῦ χρόνου μᾶλλον κατὰ τὴν τοῦ τρόπου τε καὶ ἤθους συνουσίαν, ἑαυτὸν δ' ἐπαινεῖν μᾶλλον ἢ Δίων' ἐβούλετό με καὶ φίλον ἡγεῖσθαι διαφερόντως μᾶλλον ἢ κεῖνον καὶ θαυμαστῶς ἐφιλονείκει πρὸς τὸ τοιοῦτον· ᾗ δ' ἂν οὕτως ἐγένετ', εἴπερ ἐγίγνετο, κάλλιστ', ὤκνει, ὡς δὴ μανθάνων καὶ ἀκούων τῶν περὶ φιλοσοφίαν* [B] *λόγων οἰκειοῦσθαι καὶ ἐμοὶ συγγίγνεσθαι, φοβούμενος τοὺς τῶν διαβαλλόντων λόγους, μή πῃ παραποδισθείη καὶ Δίων δὴ πάντ' εἴη διαπεπραγμένος. ἐγὼ δὲ πάνθ' ὑπέμενον, τὴν πρώτην διάνοιαν φυλάττων ᾗπερ*

Theaet. 166 A: *γέλωτα δὴ τὸν ἐμὲ ἐν τοῖς λόγοις ἀπέδειξε,* Soph. 239 A: *τὸν μὲν τοίνυν ἐμέ γε τί τις ἂν λέγοι,* Phil. 20 B: *δεινὸν . . . ἔτι προσδοκᾶν οὐδὲν δεῖ τὸν ἐμὲ . . .*"

1 *ἐγίγνετο γάρ οἱ κτἑ.*] Dionysii perfidiam postea expertus scriptor eum tum quoque gloriae cupiditate non benevolentia commotum fecisse arbitratur.

3 *τὰς δὲ τῶν τυράννων δεήσεις κτἑ.*] optime dictum.

5 *ὅθεν* — 330 A *ἀσπάζεται*] inter scribendum aliud alii impedimentum adiungitur, qua re perlongum factum est enuntiatum. Habes epistulam raptim scriptam, non artificiose compositam.

13 *τὸ γὰρ ἀληθὲς δεῖ φράζειν*] Quamquam non veram fuisse Dionysii benevolentiam existimat, tamen iustum esse putat concedere se ab illo comiter ac benigne acceptum esse.

ἀφικόμην, εἴ πως εἰς ἐπιθυμίαν ἔλθοι τῆς φιλοσόφου ζωῆς· ὁ δ' ἐνίκησεν ἀντιτείνων.

Καὶ ὁ πρῶτος δὴ χρόνος τῆς εἰς Σικελίαν ἐμῆς ἐπιδημήσεώς τε καὶ διατριβῆς διὰ πάντα ταῦτα ξυνέβη γενόμενος. μετὰ δὲ τοῦτ' ἀπεδήμησά τε [C] καὶ πάλιν ἀφικόμην πάσῃ σπουδῇ μεταπεμπομένου Διονυσίου· ὧν δ' ἕνεκα καὶ ὅσ' ἔπραξα, ὡς εἰκότα τε καὶ δίκαι', ὑμῖν πρῶτον μὲν ξυμβουλεύσας, ἃ χρὴ ποιεῖν ἐκ τῶν νῦν γεγονότων, ὕστερον τὰ περὶ ταῦτα διέξειμι, τῶν ἐπανερωτώντων ἕνεκα, τί δὴ βουλόμενος ἦλθον τὸ δεύτερον, ἵνα μὴ τὰ πάρεργ' ὡς ἔργα

---

1 εἴ πως εἰς ἐπιθυμίαν ἔλθοι] Exspectat, si ad philosophiae cupiditatem Dionysius perveniat. Ipse istam cupiditatem tyranno inicere non potest; exspectat, si quis deorum iniciat. Cf. ad 327 C (ξυλλαμβανόντων θεῶν).

2 ἀντιτείνων] opp. ὑπείκω, cf. Leg. V, 727 D: ὑπείκει καὶ οὐκ ἀντινείνει διδάσκων τε καὶ ἐλέγχων.

330 B — 337 E. Consilium quod vocatur, inter narrationis partes interpositum.

330 B — 334 C. Consilii prooemium.

3 καὶ ὁ πρῶτος] His verbis narratio de priore (vel altero) itinere in Siciliam facto absolvitur.

4 ξυνέβη γενόμενος] cf. ad 328 A.

5 μετὰ δὲ τοῦτ' ἀπεδήμησα] De altero (vel tertio) itinere postea se dicturum esse promittit, postquam consilium dederit.

5 πάσῃ σπουδῇ κτέ.] 338 B ἐμὲ δ' ἥκειν ἐκ παντὸς τρόπου ἠξίουν. Cf. 339 A—C.

10 ἵνα μὴ τὰ πάρεργ' ὡς ἔργα κτέ.] Haec verba ei, qui epistulae consilium cognoscere vult, maxime sunt observanda. Scriptor narrationes de sua vita factas πάρεργα esse dicit, iisque consilium id, quod est daturus, tamquam ἔργον opponit. At qui epistulam legerit, facile cognoscet narrationibus illis non modo spatium datum esse longe maximum, sed etiam eis locis, quibus de consilio dando verba faciat, semper scriptorem reverti ad res a Dione ipsoque gestas. Quae quomodo cum his verbis convenire possint, nobis quaerendum est. Num scribentem fugit, quid ipse scribat? Tantam stultitiam neque Platoni neque falsario possumus

μοι ξυμβαίνῃ λεγόμενα. λέγω δὴ τάδ' ἐγώ· τὸν συμβουλεύοντ' ἀνδρὶ κάμνοντι καὶ δίαιταν διαιτωμένῳ μοχθηρὰν πρὸς ὑγίειαν ⟨ἢ⟩ ἄλλο τι [D] χρὴ πρῶτον μὲν αὐτὸν

---

imputare. Contra mihi videtur apparere verba illa scripta esse eorum causa, qui epistulam legerent; non quo de eius compositione deciperentur — quomodo poterant decipi? —, sed ut scribentis voluntatem cognoscerent. Is non sua causa scribit, sed illis suadere vult; hoc sibi ἔργον proposuit, prae quo cetera ei πάρεργα esse videntur. Hac de causa medium epistulae locum consilio tribuit, quamquam non ignorat rerum gestarum memoriam optimam illis magistram futuram esse.

1 λέγω δὴ τάδ' ἐγώ] Priusquam ad ipsum consilium accedit, praefatur de consiliandi ratione.

1 τὸν συμβουλεύοντ' ἀνδρὶ κ.] Karsten affert Rep. IV, 425 E sqq. et dicit „inde nostrum sua compilasse". Eadem fere sententia illo atque hoc loco expressa est, sed imitationis vel compilationis nihil invenio. Nisi forte hoc imitationem esse putas in comparatione de medico desumpta, quam apud Platonem crebram esse ipse dicit Karsten (Theaet. 167 A, Pol. 297 E), verba κάμνοντες et δίαιτα occurrere. Unus locus simillimus est προαγορεύουσι κτέ.; neque vero imitatio haec est, sed repetitio; quam a Platone non esse factam Karsten non probavit.

Totum hunc locum inde ab 330 D — 331 D Karsten (p. 61 sqq.) elegit, quo demonstraret scriptorem verbis et sententiis Platonicae orationis colorem esse imitatum. Affert quidem nonnullos locos, quibus eaedem fere sententiae inveniantur. Sed hos locos Platonis imitatum esse scriptorem minime probat; in circulo quodammodo versatur, cum imitatorem esse ex imitationibus, imitationes esse ex imitatore doceat; id quod in singulis rebus ostendam.

3 ἢ ἄλλο τι] Vocabulum ἢ inserui Karstenum secutus. Post litteram N excidisse litteram H facile crediderìs. — Quod libri exhibent, ἄλλο τι (vel ἀλλ' ὅτι), non intellego. Hermannus scribit ὅτι, omissis αλλ; hasce litteras deleri posse facile concedo; nam ex -αν repetitis fieri potuerunt. Sed verborum compositio Hermanni mutatione peior fit: si enim iungas συμβουλεύοντα, ὅτι χρὴ . . ., non habes, quo referas καὶ τἆλλ' ἤδη παραινεῖν. Quare optima mihi esse videtur Karsteni coniectura:

μεταβάλλειν τὸν βίον καὶ ἐθέλοντι μὲν πείθεσθαι καὶ τἆλλ' ἤδη παραινεῖν· μὴ ἐθέλοντι δέ, φεύγοντ' ἀπὸ τῆς τοῦ τοιούτου ξυμβουλῆς ἄνδρα θ' ἡγοίμην ἂν καὶ ἰατρικόν, τὸν δ' ὑπομένοντα τοὐναντίον ἄνανδρόν τε καὶ ἄτεχνον. ταὐτὸν δὴ καὶ πόλει, εἴτ' αὐτῆς εἷς εἴη κύριος εἴτε καὶ

μοχθηρὰν πρὸς ὑγίειαν ἢ ἄλλο τι bene intellegitur; neque enim solis aegrotis suadendum est (cf. Leg. XII, 960 D: δεῖ μὴ μόνον ὑγίειαν καὶ σωτηρίαν τοῖς σώμασι παρασκευάζειν, ἀλλὰ καὶ εὐνομίαν ἐν ταῖς ψυχαῖς); verba optime coniungi possunt: τὸν συμβουλεύοντα ... χρὴ ... μεταβάλλειν ... καὶ ... παραινεῖν.

1 μεταβάλλειν] ipsam vitam, ipsam vitae rationem commutare. — μεταβάλλειν eodem modo usurpatur Theaet. 167 A: ὁ μὲν ἰατρὸς φαρμάκοις μεταβάλλει, ὁ δὲ σοφιστὴς λόγοις. — De vocabuli significatione cf. Leg. X, 894 A (μεταβάλλειν = mutari), C (μεταβάλλεσθαι = mutari), E (μεταβάλλειν = mutare), 903 C (μεταβάλλειν παντοίας μεταβολάς).

2 φεύγοντ' — ὑπομένοντα — ἄτεχνον] Non satis habet dicere μὴ παραινεῖν, sed pluribus sententiam explicat; qua re verborum structura turbatur.

2 τῆς τοῦ τοιούτου ξυμβουλῆς] τοῦ τοιούτου est genetivus obiectivus (ξυμβουλεύειν τινί), cf. Leg. VII, 799 A ἐπὶ τοῖς τῶν θεῶν θύμασιν (θύειν τινί), Phaedr. 244 E: θεῶν εὐχάς τε καὶ λατρείας (εὔχομαί τινι, λατρεύω τινί).

4 τοὐναντίον] hic supervacuum est, cum sequatur ἄνανδρόν τε καὶ ἄτεχνον, cf. Tim. 22 E: (οὐκ ἄνωθεν ...) τὸ δ' ἐναντίον κάτωθεν, Leg. III, 686 B σῳζούσας ... ἢ καὶ τοὐναντίον διαφθειρούσας, 699 E: ἐκείνοις μὲν ἐπὶ πᾶσαν δουλείαν ἄγουσι τὸν δῆμον, ἡμῖν δ' αὖ τοὐναντίον ἐπὶ πᾶσαν ἐλευθερίαν προτρέπουσι τὰ πλήθη, VII, 790 D: οὐχ ἡσυχίαν ἀλλὰ τοὐναντίον κίνησιν. — Verbum ἐναντίος persaepe occurrit in Platonis scriptis (Tim. 39 ies, Leg. VII. 19 ies); cuius rei causa est, quod philosophus solet contrarias res opponere, quo clarius ipsam rem significet. Leg. VII, 816 D ἄνευ πάντων τῶν ἐναντίων τὰ ἐναντία μαθεῖν οὐ δυνατόν. Saepe adhibetur vox ἐναντίος, ut vitentur verba tristia.

5 ταὐτὸν δὴ καὶ πόλει] Ingenii voluntatem secutus a

πλείους, εἰ μὲν κατὰ τρόπον ὀρθῇ πορευομένης ὁδῷ τῆς πολιτείας ξυμβουλεύοιτό τι τῶν προσφόρων, νοῦν ἔχοντος τὸ τοιούτοις ξυμβουλεύειν· [E] *τοῖς δ' ἔξω τὸ παράπαν βαίνουσι τῆς ὀρθῆς πολιτείας καὶ μηδαμῇ ἐθέλουσιν αὐτῆς εἰς ἴχνος ἰέναι, προαγορεύουσι δὲ τῷ ξυμβούλῳ τὴν μὲν*

---

domesticis ad publicas res scriptor transit et ad res Syracusanas propius accedit.

p. 145, 5 *εἴτε . . . εἰς . . . εἴτε καὶ πλείους*] **alterum de Syracusis, alterum de Athenis dictum esse facile intellegitur.**

1 *κατὰ τρόπον*] **„recte" Leg. VII, 809 A, Rep. IX, 581 B, Phil. 33 C, al.; oppositum** *ἀπὸ τρόπου* **Rep. V, 470 B, Phaedr. 278 D, Theaet. 143 C, Tim. 54 A, 89 D/E, al.**

3 *τοῖς δ' ἔξω τὸ παράπαν βαίνουσι κτέ.*] **Karsten (p. 65): „pro hoc Plato solet dicere** *ἐκβῆναι*". **Cf. Leg. VII, 793 B:** *ἂν δ' ἐκτὸς τοῦ καλοῦ βαίνῃ . . .* **III, 697 B:** *τούτων δ' ἂν ἐκτός τις βαίνῃ νομοθέτης ἢ πόλις . . .* **IX, 876 E:** *βαίνειν ἔξω τῆς δίκης.*

4 *μηδαμῇ ἐθέλουσιν αὐτῆς εἰς ἴχνος ἰέναι*] **Karsten (p. 65): „flosculus additus e Platone, sed parum apte: nam** *ἔξω τὸ παράπαν βαίνειν* **multo fortius est quam** *μηδαμῇ εἰς ἴχνος ἰέναι*, **quare hoc illi appositum languet". Non vidit K. adiectionem positam esse in verbo** *ἐθέλουσιν*.

5 *εἰς ἴχνος ἰέναι*] **iniuria a Karsteno vituperatur;** *ἴχνος μετιέναι* **(Phaedr. 276 D),** *μετελθεῖν* **(Theaet. 187 E),** *μεταθεῖν* **(Pol. 301 E),** *κατὰ ταὐτὰ ἴχνη διώκειν* **(Rep. III, 410 B) eadem utuntur translatione.**

5 *προαγορεύουσι δὲ κτέ.*] **Rep. IV, 426 B/C:** *ἢ οὐ φαίνονταί σοι ταὐτὸν ἐργάζεσθαι τούτοις τῶν πόλεων ὅσαι κακῶς πολιτευόμεναι προαγορεύουσι τοῖς πολίταις τὴν μὲν κατάστασιν τῆς πόλεως ὅλην μὴ κινεῖν ὡς ἀποθανούμενον, ὃς ἂν τοῦτο δρᾷ.* **Locos inter se cohaerere nemo negat. Sed quo iure Karsten (p. 64) et alii imitationem et falsarii opus deprehendisse sibi videantur, nescio. Verborum copia, in qua offendit K.** (*ἐᾶν καὶ μὴ κινεῖν, βουλήσεσι καὶ ἐπιθυμίαις*), **eorum, qui Platonis de legibus libros legerint, nemini mira videbitur. Ex multis pauca ut ostendam eiusdem**

πολιτείαν ἐᾶν καὶ μὴ κινεῖν ὡς [331] *ἀποθανουμένῳ ἐὰν κινῇ, ταῖς δὲ βουλήσεσι καὶ ἐπιθυμίαις αὐτῶν ὑπηρετοῦντα ξυμβουλεύειν κελεύουσι, τίνα τρόπον γίγνοιτ' ἂν ῥᾷστά τε καὶ τάχιστ' εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον, τὸν μὲν ὑπομένοντα ξυμβουλὰς τοιαύτας ἡγοίμην ἂν ἄνανδρον, τὸν δ' οὐχ ὑπομένοντ' ἄνδρα. ταύτην δὴ τὴν διάνοιαν ἐγὼ κεκτημένος, ὅταν τίς μοι ξυμβουλεύηται περί τινος τῶν μεγίστων περὶ τὸν αὐτοῦ βίον, οἷον περὶ χρημάτων κτήσεως ἢ περὶ*

---

dictionis exempla, haece delegi, quae in uno libro parvis spatiis intermissis inveniuntur: Leg. VI, 753 E: *καὶ ταῦτ' οὐ φαύλους ἀλλ' ὅ τι μάλιστ' ἄκρους,* 754 A: *μὴ τοίνυν γιγνώσκοντές γε παρῶμεν αὔτ' ἄρρητον μηδὲν διασαφήσαντες ἡμῖν αὐτοῖς, τίν' ἔσται τρόπον,* (754 B: *οὐκ ἀγνοῶν ὅτι πολλαὶ τῶν κατοικισθεισῶν διάφοροι ταῖς κατοικισάσαις πολλάκις ἔνιαι γεγόνασί τε καὶ ἔσονται,*) 755 E: *δίκην ὑπεχέτω ... μὴ καλὴν μηδ' εὐώνυμον ἀλλ' αἰσχράν.*

Quod reprehendit Karsten nostro loco omissum esse id, in quo vis sit, *ὅλην,* respondeo hanc vocem supervacuam esse; ad *κατάστασιν* adiungi debebat, ad *πολιτείαν* minime; etenim *κατάστασις ὅλη* (*πόλεως*) idem est atque *πολιτεία,* „summa rei publicae“. Quare nihil impedit, quin utrumque locum a Platone scriptum esse credamus.

3 *τίνα τρόπον*] vocabulum *τρόπος* a Platone hoc modo saepe usurpatur, cf. p. 331 D *κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον,* 335 C *τρόπον τινά,* alia. In Leg. VII. *τρόπος* hac significatione invenitur 10 ies, in Tim. 17 ies, in ep. VII. 13 ies.

6 *ταύτην τὴν διάνοιαν κεκτημένος*] Scriptor dicit se semper ex eo quod exposuit animi iudicio consilium aut dare aut recusare. — *διάνοια* per totam epistulam praedicatur: inde a pag. 326 C — 330 B 6 ies inveniuntur talia verba (*διάνοιαν ἔχων, διανοηθείς* cet.). Scriptoris magnopere interest demonstrare se non temere sed ratione et fecisse et facere.

8 *χρημάτων κτήσεως*] Karsten (p. 67) confert Leg. III, 697 B: *ἔστι δ' ὀρθῶς ἄρα τιμιώτατα μὲν καὶ πρῶτα τὰ περὶ τὴν ψυχὴν ἀγαθὰ κεῖσθαι, σωφροσύνης ὑπαρχούσης αὐτῇ, δεύτερα δὲ τὰ περὶ τὸ σῶμα καλὰ καὶ ἀγαθὰ καὶ τρίτα τὰ περὶ τὴν οὐσίαν καὶ χρήματα λεγόμενα.* Non dubito, quin

σώματος ἢ ψυχῆς ἐπιμελείας, ἂν μέν μοι τὸ καθ' ἡμέραν ἔν τινι τρόπῳ δοκῇ ζῆν ἢ [B] *συμβουλεύσαντος ἂν ἐθέλειν πείθεσθαι περὶ ὧν ἀνακοινοῦται, προθύμως ξυμβουλεύσω καὶ οὐκ ἀφοσιωσάμενος μόνον ἐπαυσάμην· ἐὰν δὲ μὴ*

---

alii permulti exstent loci, et apud Platonem et apud alios, quibus haec tria inveniantur coniuncta.

1 *τὸ καθ' ἡμέραν*] Cotidianae vitae moderationem primam postulat; eodem modo 331 D se dicit una cum Dione Dionysio hoc primum suasisse, ut in vita cotidiana temperantiam ac moderationem (*ἐγκράτειαν*) praestaret. Falsum est Rohreri iudicium (Progr. p. 7, cf. diss. p. 32 sq.): „Verba *τὸ καθ' ἡμέραν* ... *ζῆν* referenda sunt ad notabilem illam de Platonis philosophia sententiam, quae est propria epistolographo, cum philosophi tum Platonis esse rationem quandam cotidianae vitae severam ac simplicem ...“ Locos argumento esse dicit praeter hunc 328 A, 340 C/D. Quibus ex locis nimium mihi effecisse videtur. De certa quadam vitae ratione nusquam dictum est; philosophiam vero non solum verba sed etiam vitam hominis moderari debere quis hanc Platonis sententiam esse neget? Conferendus est locus pag. 326 B/C, ubi de Siculorum vita iudicat: *ἐκ γὰρ τούτων τῶν ἐθῶν οὔτ' ἂν φρόνιμος οὐδείς ποτε γενέσθαι ... δύναιτο*. Ab hac Syracusanorum vita Dionysium revocabat Plato.

2 *ἔν τινι τρόπῳ*] modeste dictum pro *κατὰ τρόπον*, cf. Leg. III, 686 D: *κατά τινα τρόπον*. — Nihil de certa ratione, nihil singulorum praeceptorum, sed *ἔν τινι τρόπῳ* „aliquo tamen modo“.

4 *ἀφοσιωσάμενος*] Karsten (p. 69) desumptum esse dicit de Leg. VI, 752 D: *Κνωσίους χρῆναι τῶν ἄλλων διαφερόντως Κρητῶν μὴ μόνον ἀφοσιώσασθαι περὶ τῆς χώρας, ἣν νῦν κατοικίζετε, ξυντόνως δ' ἐπιμεληθῆναι τὰς πρώτας ἀρχὰς εἰς δύναμιν* ... — *ἀφοσιώσασθαι* est „se purgare“, deinde „animi religione solvendi causa, igitur leviter et defunctorie aliquid facere“ (Astius). Qui leviter alicui suadet, tamquam ut officio in deos non perquam desit, postea eius saluti non prospiciet. Qui recte suadet, postea suadere perget. Quare recte mihi scriptum esse videtur *ἐπαυσάμην*, non „male additum“ (Karsten). Atque hoc ipso cognoscere possumus scriptorem non

συμβουλεύηταί μοι τὸ παράπαν ἢ συμβουλεύοντι δῆλος ᾖ μηδαμῇ πεισόμενος, αὐτόκλητος ἐπὶ τὸν τοιοῦτον οὐκ ἔρχομαι ξυμβουλεύσων, βιασόμενος δ' οὐδ' ἂν υἱὸς ᾖ μου· δούλῳ δὲ ξυμβουλεύσαιμ' ἂν καὶ μὴ ἐθέλοντά γε προσβιαζοίμην. πατέρα δ' ἢ μητέρ' οὐχ ὅσιον ἡγοῦμαι προσβιάζεσθαι μὴ [C] νόσῳ παραφροσύνης ἐχομένους· ἐὰν δέ τινα καθεστῶτα ζῶσι βίον, ἑαυτοῖς ἀρέσκοντ', ἐμοὶ δὲ μή, μήτ' ἀπεχθάνεσθαι μάτην νουθετοῦντα, μήτε δὴ κολακεύοντά γ' ὑπηρετεῖν αὐτοῖς πληρώσεις ἐπιθυμιῶν ἐκπορίζονθ', ἃς

---

stolide imitatum esse illum locum sed libere dicere, quamquam eodem utatur vocabulo.

p. 148, 4 *ἐὰν δὲ μὴ συμβουλεύηταί μοι κτἑ.*] His verbis longius progreditur quam antea. Ibi de eis dixit, qui consilium petunt, hic ad eos procedit, qui non petunt.

2 *αὐτόκλητος κτἑ.*] Karsten (p. 69) haec verba non vacare existimat aliqua superbia: „Petitum videtur ex eo, quod praecipitur de Rep. VI. p. 488 A: *οὐ γὰρ ἔχει φύσιν — τοὺς σοφοὺς ἐπὶ τὰς τῶν πλουσίων θύρας ἰέναι.*"

3 *βιασόμενος*] Idem (p. 69): „certe non congruit cum iis, quae Plato in Politico p. 296 dicentem facit hospitem Eleaticum ...". At ibi Plato dicit de legislatore (*νομοθέτης, νομοθετεῖν*) vel de magistratibus (*ἄρχοντες*).

4 *δούλῳ δὲ — προσβιαζοίμην*] tamquam parenthesis ad vocem *βιασόμενος*.

5 *πατέρα δ' ἢ μητέρα*] Sententiarum nexus ex verbo *υἱός* facile intelligitur. Karsten (p. 67) confert locum Criton. 51 C, quo Plato leges loquentes fingens dicit de civium officiis rei publicae praestandis. Illo atque hoc loco scriptum videmus contra patriam vi non esse utendum, utroque loco patria cum parentibus comparatur. Neque vero haec comparatio in ipsis vocabulis posita nobis videbitur mira neque illam sententiam bis inveniri stupebimus.

5 *οὐχ ὅσιον*] Karsten (p. 68): „scriptori suggessit fortasse locus de Leg. IX, 881 B ...", ubi de sceleribus in parentes commissis Plato disserit. — *παραφροσύνη* cf. Lut. p. 96 nr. 72.

αὐτὸς ἀσπαζόμενος οὐκ ἂν ἐθέλοιμι ζῆν. ταὐτὸν δὴ καὶ περὶ πόλεως αὑτοῦ διανοούμενον χρὴ ζῆν τὸν ἔμφρονα· λέγειν μέν, εἰ μὴ καλῶς αὐτῷ φαίνοιτο πολιτεύεσθαι, εἰ μέλλοι μήτε ματαίως ἐρεῖν μήτ' ἀποθανεῖσθαι [D] *λέγων, βίαν δὲ πατρίδι πολιτείας μεταβολῆς μὴ προσφέρειν, ὅταν ἄνευ φυγῶν καὶ σφαγῆς ἀνδρῶν μὴ δυνατὸν ᾖ γίγνεσθαι τὴν ἀρίστην, ἡσυχίαν δ' ἄγοντ' εὔχεσθαι τἀγαθ' αὑτῷ τε*

---

1 *ταὐτὸν δὴ καὶ περὶ πόλεως κτἑ.*] iterum (cf. 331 A) ad publicas res rediens disserit, quid civi bono sit faciendum in re publica male administrata: Si quid proficere poterit verbis, dicat, quid male sibi videatur geri; sin fieri non possit optima sine caedibus res publica, ne per vim rerum commutationem efficiat, sed quietus meliores res speret. — Mihi quidem hoc loco Plato, quamquam non apertis dicit verbis, suam de Dionis profectione sententiam declarare videtur; eandem pluribus locis significat, 327 D *ἄνευ σφαγῶν καὶ θανάτων καὶ τῶν νῦν γεγονότων κακῶν*, 351 C *ὅ τι δι' ὀλιγίστων θανάτων καὶ φυγῶν γιγνομένην*, 350 C/D explicat. Sed omnibus locis de hac re, in qua sola a Dione dissentiat, ad Dionis sodales magna lenitate et mansuetudine scribit.

2 *τὸν ἔμφρονα*] cf. Leg. IV, 716 B *πρὸς ταῦτ' οὖν οὕτω διατεταγμένα τί χρὴ δρᾶν ἢ διανοεῖσθαι καὶ τί μὴ τὸν ἔμφρονα*; 717 B *ὅ γ' ἔμφρων*.

3 *λέγειν μὲν κτἑ.*] Rohrer cum magnam in hac sententia ignaviam inesse dicit (Progr. p. 7), non videt Platonem ipsum semper hoc consilium esse secutum. An ei, qui libros de re publica et de legibus scripsit, omnia optime videbantur administrari Athenis? Cf. Leg. III, 693 E.

5 *βίαν . . . πολιτείας μεταβολῆς*] cf. Leg. III, 684 D *εἰς ῥᾳστώνην τῆς θέσεως τῶν νόμων*. — *βίαν προσφέρειν* respondet ei, quod supra scripsit, *προσβιάζεσθαι*.

6 *φυγῶν καὶ σφαγῆς ἀνδρῶν*] cf. 327 D, 351 C, Leg. III, 682 D: *τῶν νέων, οἳ καὶ ἀφικομένους τοὺς στρατιώτας* (eos, qui ex bello Troiano reverterant) *εἰς τὰς αὑτῶν πόλεις τε καὶ οἰκίας οὐ καλῶς οὐδ' ἐν δίκῃ ὑπεδέξαντ', ἀλλ' ὥστε θανάτους τε καὶ σφαγὰς καὶ φυγὰς γενέσθαι παμπόλλας*.

καὶ τῇ πόλει. κατὰ δὴ τοῦτον τὸν τρόπον ἐγὼ ὑμῖν τ' ἂν ξυμβουλεύοιμι, ξυνεβούλευον δὲ καὶ Διονυσίῳ μετὰ Δίωνος, ζῆν μὲν τὸ καθ' ἡμέραν πρῶτον, ὅπως ἐγκρατὴς αὐτὸς αὑτοῦ ὅ τι μάλιστ' ἔσεσθαι [E] μέλλοι, καὶ πιστοὺς φίλους τε καὶ ἑταίρους κτήσεσθαι, ὅπως μὴ πάθοι ὅπερ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, ὃς παραλαβὼν Σικελίας πολλὰς καὶ μεγάλας πόλεις ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἐκπεπορθημένας οὐχ οἷός τ' ἦν κατοικίσας πολιτείας ἐν ἑκάσταις καταστήσασθαι πιστὰς ἑταίρων ἀνδρῶν, οὔτ' ἄλλων δή ποθεν ὀθνείων [332] οὔτ' ἀδελφῶν, οὓς ἔθρεψέ τ' αὐτὸς νεωτέρους ὄντας ἔκ τ' ἰδιωτῶν ἄρχοντας καὶ ἐκ πενήτων πλουσίους ἐπεποιήκει διαφερόντως.

---

1 ὑμῖν τ' ἂν ξυμβουλεύοιμι] Multa de suadendi ratione locutus reverti videtur ad ipsum consilium, quod Dionis amicis se daturum esse pollicitus est. Sed statim (ξυνεβούλευον δὲ καὶ ...) aberrat ad praeterita et quomodo Dionysio suadere conatus sit narrat.

3 τὸ καθ' ἡμέραν] cf. 331 A.

3 ἐγκρατής] Duae res sunt, quas Dionysio Plato suasit, ut sui potens sit atque ut fidos sibi comparet amicos. Quarum alteram infra breviter attingit (332 D μάλιστα δ' αὐτὸν αὑτῷ), quippe quae per se possit intellegi; alteram pluribus explicat exemplisque ornat. — Vita ea, quae ad temperantiam (ἐγκράτειαν) perducit, opponitur Syracusanorum luxuriae (326 B/C). Etenim ἐγκράτεια hominem αὑτῷ φίλον reddit (cf. 332 D), vel συμφωνίαν in eo efficit (cf. Leg. III, 689 A—D), cum luxuria (τρυφή) διαφωνίας sit causa, quam Plato plerumque regum morbum esse dicit (Leg. III, 691 A).

6 ὃς παραλαβὼν κτἑ.] cf. infra 332 A τούτων κοινωνὸν ... Appositio, quam pronomine relativo adiunxit scriptor, postea amplificatur enuntiatione soluta. Idem factum esse videmus paulo infra 332 A/B Δαρεῖον ... ὃς ... διένειμέ τε ... ἔδειξέ τε ... νόμους γὰρ κατασκευάσας ἔτι καὶ νῦν διασέσωκε τὴν Περσῶν ἀρχήν. Est sane haec ratio raptim scribentis, qui non apte verba componit, sed singula singulis annectit.

11 διαφερόντως] Verbum διαφερόντως in Platonis scriptis saepius invenitur: velut in Tim. ter, Lys. bis, Leg. VII. quater. In nostra epistula tribus locis variis modis usurpatum esse

τούτων κοινωνὸν τῆς ἀρχῆς οὐδέν' οἷός τ' ἦν πειθοῖ καὶ διδαχῇ καὶ εὐεργεσίαις καὶ ξυγγενείαις ἀπεργασάμενος ποιήσασθαι, Δαρείου δ' ἑπταπλασίῳ φαυλότερος ἐγένεθ' ὃς οὐκ

---

videtur. Proprio sensu est „aliter" 327 B *ζῆν ἠθέλησε δ. τῶν πολλῶν Ἰταλιωτῶν.* Leg. VII, 805 E: *μηδὲν δ. τῶν δούλων.*

Ex hac naturali et principali significatione exstitit altera, ita ut *δ.* idem sit atque „*δ. τῶν ἄλλων*" vel „*μάλα*" vel „*σφόδρα*". Sic nostro loco: *πλουσίους ἐπεποιήκει δ.*

Tim. 90 C: *δ. εὐδαίμον' εἶναι.*

Leg. III, 696 A: *τῶν δ. πλουσίων.*

VII, 797 C: *τιμᾶσθαι δ.,* talia aliis locis multa.

Denique propria vi comparativa imminuta etiam comparativis et superlativis adiungitur:

330 A: *ἑαυτὸν δ' ἐπαινεῖν μᾶλλον ἢ Δίων' ἐβούλετό με καὶ φίλον ἡγεῖσθαι δ. μᾶλλον ἢ κεῖνον.*

Tim. 23 D *εὐνομωτάτη διαφερόντως.*

3 *Δαρείου*] Cum toto hoc loco conferendus est locus Leg. III, 693 D — 698 A, inprimis autem, quae de Dareo sunt scripta 695 C sqq.: *Δαρεῖος γὰρ βασιλέως οὐκ ἦν υἱὸς παιδείᾳ τ' οὐ διατρυφώσῃ τεθραμμένος, ἐλθὼν δ' εἰς τὴν ἀρχὴν καὶ λαβὼν αὐτὴν ἕβδομος διείλεθ' ἑπτὰ μέρη τεμόμενος, ὧν καὶ νῦν ἔτι σμίκρ' ὀνείρατα λέλειπται, καὶ νόμους ἠξίου θέμενος οἰκεῖν, ἰσότητά τινα κοινὴν εἰσφέρων, καὶ τὸν τοῦ Κύρου δασμὸν ὃν ὑπέσχετο Πέρσαις εἰς τὸν νόμον ἐνέδει, φιλίαν πορίζων καὶ κοινωνίαν πᾶσι Πέρσαις, χρήμασι καὶ δωρεαῖς τὸν Περσῶν δῆμον προσαγόμενος.* — Eum, qui hos locos comparat, fugere non potest eos inter se congruere; in utroque dicitur de septem regni partibus, de legibus a Dareo datis, utroque Dareus laudatur. Contra monendum est Herodotum (III, 89) viginti numerare satrapias, de septem illis partibus nihil narrare (de altera discrepantia cf. ad 332 B). At quamvis mira sit illa duorum locorum congruentia, tamen non minus apparet nostrum locum non „expressum esse" ex illo (quae est Karsteni sententia, p. 158). Etenim id ipsum, quod hic gravissimum est, Dareo fidos non defuisse amicos, quos singulis regni partibus praeficeret, illic ne uno quidem verbo attingitur, nisi forte ex voce *ἕβδομος* tale quidquam colligere velis.

ἀδελφοῖς πιστεύσας οὐδ' ὑφ' αὑτοῦ τραφεῖσι, κοινωνοῖς δὲ μόνον τῆς τοῦ Μήδου τε καὶ εὐνούχου χειρώσεως, διένειμέ τε μέρη μείζω ἕκαστα [B] *Σικελίας πάσης ἑπτὰ καὶ πιστοῖς ἐχρήσατο τοῖς κοινωνοῖς καὶ οὐκ ἐπιτιθεμένοις οὔτ' αὐτῷ οὔτ' ἀλλήλοις, ἔδειξέ τε παράδειγμ' οἷον χρὴ τὸν νομοθέτην καὶ βασιλέα τὸν ἀγαθὸν γίγνεσθαι· νόμους γὰρ κατασκευάσας ἔτι καὶ νῦν διασέσωκε τὴν Περσῶν ἀρχήν· ἔτι*

---

p. 152, 3 *ἑπταπλασίῳ*] Dareus septem partes administrare potuit, Dionysius unam non potuit. Karsten scriptorem „ridiculo uti verborum lusu" iudicat.

2 *εὐνούχου*] Leg. III, 695 B: (*Καμβύσης*) *τὴν ἀρχὴν ἀπώλεσεν ὑπὸ Μήδων τε καὶ τοῦ λεγομένου τότ' εὐνούχου.*

3 *πιστοῖς ἐχρήσατο*] Herodotus (III, 118) tradit unum ex sex illis sociis a Dareo interfectum esse *αὐτίκα μετὰ τὴν ἐπανάστασιν,* quod proterve se gessisset.

7 *ἔτι καὶ νῦν διασέσωκε*] Regnum adhuc stare legislatori laudi est; cf. Leg. III, 684 E sq.: *Πῇ δέ ποτ' οὖν, ὦ ἄριστοι, κακῶς οὕτως αὐτοῖς ἐχώρησεν ἡ κατοίκισίς τε καὶ νομοθεσία;* — *Πῶς δὴ καὶ τί μεμφόμενος αὐτῶν λέγεις;* — *Ὅτι τριῶν γενομένων τῶν οἰκήσεων τὰ δύο αὐτῶν μέρη ταχὺ τήν τε πολιτείαν καὶ τοὺς νόμους διέφθειρε, τὸ δ' ἓν μόνον ἔμεινε τὸ τῆς ὑμετέρας πόλεως.* — Karsten (p. 159): „Secundum Platonem ordinis a Dario constituti tantum *σμικρὰ ὀνείρατα λέλειπται,* . . . At secundum Epistolam Darius legibus condendis *ἔτι καὶ νῦν διασέσωκε,* h. e. incolume praestitit regnum Persarum. Qualis tum ista incolumitas esset, ex historia notum." Ad haec tria respondere liceat: 1. aliud est regnum adhuc stare, aliud ordinis (regni) olim instituti *σμίκρ' ὀνείρατα* relicta esse. 2. loco supra citato Plato non reprehendit „tantum" *σμίκρ' ὀνείρατα* relicta esse, sed miratur, quod *καὶ νῦν ἔτι σμίκρ' ὀνείρατα λέλειπται.* 3. de incolumitate nostro loco nihil scriptum est. *διασῴζειν* est per pericula traducere, servare; quare recte dictum est *διασέσωκε,* si ad id tempus stabat Persarum regnum. — Plato cum dicit Leg. III, 698 A: (*Τὰ περὶ Περσῶν*) *ὡς οὐκ ὀρθῶς τανῦν διοικεῖται διὰ τὴν σφόδρα δουλείαν τε καὶ δεσποτείαν,* ipse concedit prioribus temporibus meliores fuisse Persarum res. Simili modo Dareum laudat

δ' Ἀθηναῖοι πρὸς τούτοις, οὐκ αὐτοὶ κατοικίσαντες πολλὰς τῶν Ἑλλήνων πόλεις ὑπὸ βαρβάρων ἐκβεβλημένας, ἀλλ' οἰκουμένας παραλαβόντες, ὅμως ἑβδομήκοντ' ἔτη [C] διεφύλαξαν τὴν ἀρχὴν ἄνδρας φίλους ἐν ταῖς πόλεσιν ἑκάσταις κεκτημένοι. Διονύσιος δ' εἰς μίαν πόλιν ἀθροίσας πᾶσαν Σικελίαν ὑπὸ σοφίας, πιστεύων οὐδενί, μόγις ἐσώθη· πένης γὰρ ἦν ἀνδρῶν φίλων τε καὶ πιστῶν, οὗ μεῖζον σημεῖον

Leg. III, 694 B: *Πῇ δὴ οὖν ποτ' ἀπώλετ' ἐπὶ Καμβύσου καὶ πάλιν ἐπὶ Δαρείου σχεδὸν ἐσώθη;*

p. 153, 7 *διασέσωκε*] Liceat mihi conferre, quid de hoc loco disseruerit Salomon (l. l. p. 18), ut specimen dem artis criticae: „Illud profecto laudi Dario tanto minus tribui debuit, quanto negligentior fuit in Xerxe filio recte instituendo et educando, cf. de legg. lib. III. p. 695 DE: cum eandem certe rem Cyro crimini vertere non dubitaverit philosophus, quod Cambysis filii institutio ei curae non fuisset, sed illum mulierculis educandum tradidisset, ibid. p. 694 DE sq." At boni patris vel educatoris exemplum nemo Dareum esse dixit. Multo simplicior est res, dummodo simpliciter verba legas: In aperto est Persarum regnum hodie quoque constare; cuius rei causam scriptor leges institutaque Darei esse existimat; unde sequitur, ut ipse Dareus, qui tam utiles dederit leges, bonus fuerit rex (non perfecti hominis imago).

3 *ἑβδομήκοντ' ἔτη*] his verbis tempus illud significari inde a constituto foedere Deliaco (a. 477/76) usque ad Athenarum deditionem (a. 404) constare videtur. Quod ultimis belli Peloponnesiaci annis multi sociorum ab Atheniensibus defecerunt, mirari non possumus haec non commemorari; neque enim numerum premere vult scriptor, sed unum dicit Athenienses potestatem obtinuisse fidorum (rei publicae) amicorum auxilio. Quod si tenebimus, ne Karsteni quidem dubitationibus perturbabimur, qui nostrum locum negat congruere cum Platonis de re publica Atheniensium sententia aliis locis expressa (Gorg. 517 sq., Leg. III, 701 A B).

6 *πένης γὰρ ἦν ... οὗ μεῖζον σημεῖον ... οὐκ ἔστιν οὐδέν, τοῦ ἔρημον ἢ μὴ ... εἶναι*] *τοῦ — εἶναι* verba sunt supervacua; repetunt ea, quae supra dicta sunt *πένης ἦν*. Eadem verborum compositio invenitur Leg. V, 738 D: *καὶ*

εἰς ἀρετὴν καὶ κακίαν οὐκ ἔστιν οὐδέν, τοῦ ἔρημον ἢ μὴ τοιούτων ἀνδρῶν εἶναι. ἃ δὴ καὶ Διονυσίῳ ξυνεβουλεύομεν ἐγὼ καὶ Δίων, ἐπειδὴ τὰ παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτῷ ξυνεβεβήκει οὕτως, [D] ἀνομιλήτῳ μὲν παιδείας ἀνομιλήτῳ δὲ συνουσιῶν τῶν προσηκουσῶν γεγονέναι, πρῶτον μὲν ἐπὶ ταῦθ' ὁρμήσαντα φίλους ἄλλους αὑτῷ τῶν οἰκείων ἅμα καὶ ἡλικιωτῶν καὶ συμφώνους πρὸς ἀρετὴν κτήσασθαι, μάλιστα δ' αὐτὸν αὑτῷ, τούτου γὰρ αὐτὸν θαυμαστῶς

οἰκειῶνται καὶ γνωρίζωσιν, οὐ μεῖζον οὐδὲν πόλει ἀγαθὸν ἢ γνωρίμους αὐτοὺς αὑτοῖς εἶναι.

1 τοῦ ἔρημον ἢ μὴ κτἑ] cf. Leg. III, 696 C: Ἔτι δὴ καὶ τόδ' ἐπισκεψώμεθα τῶν ἐν ταῖς πόλεσιν τιμήσεων ἕνεκα, ποῖαί τ' ὀρθαὶ καὶ μὴ γίγνονται ἑκάστοτε, 701 A: ὅθεν δὴ τὰ θέατρ' ἐξ ἀφώνων φωνήεντ' ἐγένονθ', ὡς ἐπαΐοντ' ἐν μούσαις τό τε καλὸν καὶ μή.

2 ἃ δὴ καὶ κτἑ.] redit ad 331 D ξυνεβούλευον δὲ καὶ Διονυσίῳ μετὰ Δίωνος. Quae sunt interposita, exempla sunt primum Dionysii maioris, cui solitudo damno fuit, alterum Darei, qui amicis fidelibus regnum firmavit, tertium rei publicae Atheniensium, qui et ipsi virorum amicorum auxilio imperium diu obtinuerunt.

4 ἀνομιλήτῳ μὲν — ἀνομιλήτῳ δὲ] cf. Leg. III, 697 D: ἀναστάτους μὲν πόλεις, ἀνάστατα δ' ἔθνη φίλια πυρὶ καταφθείραντες, V, 733 E ἠρεμαίας μὲν λύπας, ἠρεμαίας δ' ἡδονάς, (734 A σφοδρὰς μὲν λύπας, σφοδρὰς δ' ἡδονάς,) 739 C κοινὰς μὲν γυναῖκας, κοινοὺς δ' εἶναι παῖδας κοινὰ δὲ χρήματα ξύμπαντα, 743 C ὅπου πολλαὶ μὲν δίκαι ἐν ἀλλήλοις εἶεν, πολλαὶ δ' ἀδικίαι. — ἀνομιλήτῳ παιδείας] ἀνομίλητος genetivo ornatur eodem modo atque supra πένης et ἔρημος, cf. Kühner-Gerth II, 2 § 421, 3 Anm. 5: „Die meisten Zusammensetzungen mit a privativum lassen sich, da sie teils ..., teils der Analogie sinnverwandter Begriffe folgen, ohne Schwierigkeit in die besprochenen Kategorien (Genetiv) einordnen." „Plat. Symp. 197 D ἄδωρος δυσμενείας wie φειδωλός."

8 μάλιστα δ' αὐτὸν αὑτῷ] cf. Leg. III, 693 B: ἑαυτῇ φίλην (τὴν πόλιν). Lys. 214 C: τοὺς δὲ κακούς, ὅπερ καὶ περὶ αὐτῶν λέγεται, μηδέποθ' ὁμοίους μηδ' αὐτοὺς αὑτοῖς

ἐνδεᾶ γεγονέναι λέγοντες οὐκ ἐναργῶς οὕτως, οὐ γὰρ ἦν ἀσφαλές, αἰνιττόμενοι δὲ καὶ διαμαχόμενοι τοῖς λόγοις, ὡς οὕτω μὲν πᾶς ἀνὴρ αὑτόν τε καὶ ἐκείνους, ὧν ἂν ἡγεμὼν γίγνηται σώσει, μὴ ταύτῃ δὲ τραπόμενος τἀναντία πάντ' ἀποτελεῖ· [E] *πορευθεὶς δ' ὡς λέγομεν καὶ ἑαυτὸν ἔμφρονά*

εἶναι, ἀλλ' ἐμπλήκτους τε καὶ ἀσταθμήτους· ὃ δ' αὐτὸ αὑτῷ ἀνόμοιον εἴη καὶ διάφορον, σχολῇ γέ τῳ ἄλλῳ ὅμοιον ἢ φίλον γένοιτ' ἄν.

p. 155, 8 *θαυμαστῶς ἐνδεᾶ*] = *μάλ' ἐνδεᾶ* vel *ἐνδεᾶ καὶ μάλα.* Vocabulum *θαυμαστός* (vel *θαυμαστῶς*) non minus 18ies in epistula nostra invenitur. Neque in Platonis libris rarum est; Tim. 6ies, Leg. VII. quater (X. quater, XI. bis, XII. 7ies Adam). Similis frequentiae exemplum est in Timaeo 13ies offerri verbum *ἀποτελεῖν.* De usu vocabuli *θαυμαστός* quaerentes haec fere reperiemus: 1. plerumque propria vi relicta est „magnus, eximius" (Tim. 20 E *μεγάλα καὶ θαυμαστά,* 25 A. 26 B *θαυμαστὸν ἔχει τι μνημεῖον*), *θαυμαστῶς* „maxime, valde": *θαυμαστῶς ἐνδεᾶ γεγονέναι,* 330 A *θαυμαστῶς ἐφιλονείκει,* 348 E *τεθορυβημένω θαυμαστῶς,* alia (Leg. I, 633 B *θαυμαστῶς πολύπονος,* Euthyd. 283 C *θαυμαστῶς σπουδάζοιμεν*). 2. Aliis locis de propria significatione aliquid conservatum esse videtur: 326 A *ἄνευ παρασκευῆς θαυμαστῆς τινος,* 326 C *οὐχ οὕτω θαυμαστῇ φύσει κραθήσεται,* 340 C *ὁδόν θ' ἡγεῖται θαυμαστὴν ἀκηκοέναι.* Huc potissimum referam verba *θαυμαστὸς ὅσος, θαυμαστῶς ὡς*: 325 D *διεφθείρετο καὶ ἐπεδίδου θαυμαστὸν ὅσον,* 330 A *Πλάτωνα Διονύσιος θαυμαστῶς ὡς ἀσπάζεται* (Theaet. 150 D *θαυμαστὸν ὅσον ἐπιδιδόντες,* Phaed. 92 A *θαυμαστῶς ὡς ἐπείσθην ὑπ' αὐτοῦ*). 3. persaepe occurrit *θαυμαστός* cum voce privativa coniunctum: *οὐδὲν θαυμαστόν* 324 B, D, 325 B, 339 E, 351 C (Leg. VII, 789 A/B, XII, 962 D bis, Tim. 19 D al.), *οὐ θαυμαστός* 351 D, *μὴ θαυμαστός* 345 C. — His satis cognoscere possumus verbum eadem ratione a Platone usurpari et crebitate tantum nostram epistulam excellere.

5 *ἀποτελεῖ*] *πράξει, ποιήσει. ἀποτελεῖν* est verbum usitatissimum in Platonis scriptis (Leg. VII. 7 ies, Tim. 13 ies).

5 *πορευθεὶς δ' ὡς λέγομεν*] accuratius explicantur quae

τε καὶ σώφρον' ἀπεργασάμενος, εἰ τὰς ἐξηρημωμένας Σικελίας πόλεις κατοικίσειε νόμοις τε ξυνδήσειε καὶ πολιτείαις, ὥσθ' αὑτῷ τ' οἰκείας καὶ ἀλλήλαις εἶναι πρὸς τὰς τῶν βαρβάρων βοηθείας, οὐ διπλασίαν τὴν πατρῴαν ἀρχὴν μόνον ποιήσοι, [333] πολλαπλασίαν δ' ὄντως· ἕτοιμον γὰρ εἶναι τούτων γενομένων πολὺ μᾶλλον δουλώσασθαι Καρχηδονίους τῆς ἐπὶ Γέλωνος αὐτοῖς γενομένης δουλείας, ἀλλ' οὐχ ὥσπερ νῦν τοὐναντίον ὁ πατὴρ αὐτοῦ φόρον ἐτάξατο φέρειν τοῖς βαρβάροις. ταῦτ' ἦν τὰ λεγόμενα καὶ παρακελευόμεν' ὑφ' ἡμῶν τῶν ἐπιβουλευόντων Διονυσίῳ ὡς πολλαχόθεν ἐχώρουν οἱ τοιοῦτοι λόγοι, οἳ δὴ καὶ κρατήσαντες παρὰ Διονυσίῳ ἐξέβαλον μὲν Δίων', ἡμᾶς δ' εἰς [B] φόβον κατέβαλον· ἵνα δ' ἐκπεράνωμεν οὐκ ὀλίγα πράγματ' ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, ἐλθὼν ἐκ Πελοποννήσου καὶ Ἀθηνῶν Δίων ἔργῳ τὸν Διονύσιον ἐνουθέτησεν. ἐπειδὴ δ' οὖν ἠλευθέρωσέ

---

supra dicta sunt ὡς οὕτω πᾶς ἀνὴρ — σώσει. Cf. Leg. V, 727 B: οὐδέ γ' ὅταν ἄνθρωπος τῶν αὑτοῦ ἑκάστοθ' ἁμαρτημάτων μὴ ἑαυτὸν αἴτιον ἡγῆται καὶ τῶν πλείστων κακῶν καὶ μεγίστων, ἀλλ' ἄλλους, ἑαυτὸν δ' ἀεὶ ἀναίτιον ἐξαιρῇ, τιμᾷ τὴν αὑτοῦ ψυχήν.

4 οὐ διπλασίαν — πολλαπλασίαν δ' ὄντως] cf. Leg. VI, 777 A οὐ τρὶς μόνον ἀλλὰ πολλάκις ἀπεργάζονται δούλας τὰς ψυχὰς τῶν οἰκετῶν. Ibi οὐ τρίς, hic οὐ διπλασίαν nullo alio consilio adiuncta sunt, nisi quo magis exstent verba πολλάκις, πολλαπλασίαν.

8 τοὐναντίον] cf. ad 330 D.

9 ταῦτ' ἦν τὰ λεγόμενα] Consilium Dionysio datum postquam exposuit, paucis narrat se nihil hoc modo profecisse apud tyrannum. Deinde (ἵνα δ' ἐκπεράνωμεν κτέ.) rerum Syracusanarum expositionem institutam quamquam brevissime absolvendam sibi esse indicat.

12 ἐξέβαλον μὲν — κατέβαλον] cf. 329 C. De agnominatione conferas Leg. XII, 968 D ἤθεσι καὶ ἔθεσι, E ἀπόρρητα — ἀπρόρρητα.

15 ἔργῳ ἐνουθέτησεν] opponitur illis τὰ λεγόμενα καὶ παρακελευόμενα, de quibus supra verba fecit.

τε καὶ ἀπέδωκεν αὐτοῖς δὶς τὴν πόλιν, ταὐτὸν πρὸς Δίωνα Συρακόσιοι τότ' ἔπαθον, ὅπερ καὶ Διονύσιος, ὅτ' αὐτὸν ἐπεχείρει παιδεύσας καὶ θρέψας βασιλέα τῆς ἀρχῆς ἄξιον οὕτω κοινωνεῖν αὐτῷ τοῦ βίου παντός, ὁ δὲ τοῖς διαβάλλουσι καὶ [C] *λέγουσιν, ὡς ἐπιβουλεύων τῇ τυραννίδι Δίων πράττοι πάνθ' ὅσ' ἔπραττεν ἐν τῷ τότε χρόνῳ, ἵν' ὁ μὲν παιδείᾳ δὴ τὸν νοῦν κηληθεὶς ἀμελοῖ τῆς ἀρχῆς ἐπιτρέψας ἐκείνῳ ὁ δὲ σφετερίσαιτο καὶ Διονύσιον ἐκβάλοι ἐκ τῆς ἀρχῆς δόλῳ. ταῦτα τότ' ἐνίκησε καὶ τὸ δεύτερον ἐν Συρακοσίοις λεγόμενα καὶ μάλ' ἀτόπῳ τε καὶ αἰσχρᾷ νίκῃ τοῖς τῆς νίκης αἰτίοις. οἷον γὰρ γέγονεν, ἀκοῦσαι χρὴ τοὺς ἐμὲ παρακαλοῦντας πρὸς τὰ νῦν πράγ*[D]*ματα.*

---

1 *δίς*] Rohrer, cum dicat (Progr. p. 9) hoc loco vocabulum *δίς* „prorsus absurdum“ esse, nescire mihi videtur Syracusas a Dione bis esse expugnatas, cf. Plut. Dio capp. 26—29, 42—46.

1 *ταὐτὸν πρὸς Δίωνα κτἑ.*] Rerum narratio comparatione interrumpitur. Non explicat, quomodo Syracusanis in suspicionem venerit Dio, sed de calumniis inimicorum dicit, quibus Dionysius sit deceptus, et deinde easdem calumnias apud Syracusanos vicisse contendit.

Quae ratio ut in falsarii opere intellegi vix possit, ita nihil habet miri, si a Platone epistulam esse scriptam credimus; namque illum has res, de quibus Athenas ei nuntiatum erat, comparasse cum eis, quas ipse Syracusis viderat, consentaneum est.

4 *ὁ δὲ τοῖς διαβάλλουσι καὶ λέγουσιν*] deest verbum *ἐπίστευσεν*. Longiore enuntiatione interposita (*ὡς ἐπιβουλεύων κτἑ.*) scriptor compositionem non absolvit. Bene observanda sunt talia exempla, quibus docemur epistulam non artificium esse diligenter conscriptum sed raptim scriptam et, ut ita dicam, veram epistulam.

11 *οἷον γὰρ γέγονεν*] His verbis explicatio instituitur paulo copiosior de Callippi proditione Dionisque obitu.

12 *τοὺς ἐμὲ παρακαλοῦντας*] Quod Karsten (p. 40) ex hoc similibusque locis, quibus de eis, ad quos scribit, loquitur tertia persona (324 B *νέῳ καὶ μὴ νέῳ*, 337 E *ᾧ μέλει ἀκούειν ἔξεστιν*, 334 C *ταῦτ' εἴρηται πάντα τῆς ξυμβουλῆς ἕνεκα τῶν Διωνείων φίλων καὶ ξυγγενῶν*), concludit „epistulam

ἦλθον Ἀθηναῖος ἀνὴρ ἐγώ, ἑταῖρος Δίωνος, σύμμαχος αὐτῷ πρὸς τὸν τύραννον, ὅπως ἀντὶ πολέμου φιλίαν ποιήσαιμι· διαμαχόμενος δὲ τοῖς διαβάλλουσιν ἡττήθην. πείθοντος δὲ Διονυσίου τιμαῖς καὶ χρήμασι γενέσθαι μετ' αὐτοῦ ἐμὲ μάρτυρά τε καὶ φίλον πρὸς τὴν εὐπρέπειαν τῆς ἐκβολῆς τῆς Δίωνος αὐτῷ γίγνεσθαι, τούτων δὴ τὸ πᾶν διήμαρτεν, ὕστερον δὲ δὴ κατιὼν οἴκαδε Δίων ἀδελφὼ δύο προσλαμβάνει

---

non ad familiarium coetum missam esse, sed destinatam, ut vulgo legeretur", his minime possum assentiri. Quod tertia persona auctor utitur, ex hoc de ipso nihil possumus intellegere: τοὺς ἐμὲ παρακαλοῦντας est „quicunque me ad se vocant", i. e. idem, quod vobis nunc scribo, ceteris omnibus dicerem, si qui me vocassent. De duobus locis 324 B et 337 E idem cognosci posse existimo. Neque enim qui scribit „ᾧ μέλει, ἀκούειν ἔξεστι" confirmat se omnibus illis dicturum esse aut dicere.

1 ἦλθον κτἑ.] Quae de Dionis morte dicuntur 333 D sqq. Salomon (p. 15) ut Syracusanis notissima plane silentio praetereunda fuisse censet. At qui paululo diligentius locum legerit, statim intelleget scriptorem hic non nova atque incomperta tradere. Si narrationem tantum sibi absolvendam putaret esse, quid tunc sibi vellet sollemnis illa pronuntiatio (οἷον γὰρ γέγονεν κτἑ.), quid totum illud ἦλθον ... ἐγὼ ...? Sed hoc ipsum consideremus accuratius. Pronuntiatione ista demonstratur ea, quae sequuntur, tamquam solutam esse particulam; cuius tria possunt distingui membra: primum ἦλθον — διήμαρτεν 333 D, alterum ὕστερον δὲ δὴ — ἐπίκουροι 334 A, ultimum καὶ τὸ μὲν αἰσχρὸν — ἄνδρε γενομένω 334 C. Tertium perspicientes facile cognoscemus hoc unum scriptorem spectare, ut Athenas urbem patriam proditione Callippi sceleratissima pollutam ac deformatam repurget atque omni crimine liberet (cf. Ἀθηναῖος ἀνὴρ ἐγώ). Quem ad finem hominibus illis nefariis se ipse opponit, qui amico semper fidem praestiterit.

3 πείθοντος] imperfectum de conatu.

7 ἀδελφὼ δύο] Plut. Dio 54 unum nominat Callippum (quamquam nostram ei non ignotam fuisse epistulam ex loco infra adscripto apparet), Nepos Dio 8. 9 Callicratem (quod nomen solus exhibet Nepos) a Philostrato fratre adiutum esse narrat.

[E] *Ἀθήνηθεν, οὐκ ἐκ φιλοσοφίας γεγονότε φίλω, ἀλλ' ἐκ τῆς περιτρεχούσης ἑταιρείας ταύτης τῆς τῶν πλείστων φίλων, ἣν ἐκ τοῦ ξενίζειν τε καὶ μυεῖν καὶ ἐποπτεύειν πραγματεύονται καὶ δὴ καὶ τούτω τὼ ξυγκαταγαγόντ' αὐτὸν ἐκ τούτων τε καὶ ἐκ τῆς πρὸς τὴν κάθοδον ὑπηρεσίας ἐγενέσθην ἑταίρω· ἐλθόντες δ' εἰς Σικελίαν, ἐπειδὴ Δίων'* [334] *ᾔσθοντο διαβεβλημένον εἰς τοὺς ἐλευθερωθέντας ὑπ' αὐτοῦ Σικελιώτας ὡς ἐπιβουλεύοντα γενέσθαι τύραννον, οὐ μόνον τὸν ἑταῖρον καὶ ξένον προὔδοσαν, ἀλλ' οἷον τοῦ φόνου αὐτόχειρες ἐγένονθ' ὅπλ' ἔχοντες ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοὶ τοῖς φονεῦσι παρεστῶτες ἐπίκουροι. καὶ τὸ μὲν αἰσχρὸν καὶ ἀνόσιον οὔτε παρίεμαι ἔγωγ' οὔτε τι λέγω· πολλοῖς γὰρ καὶ ἄλλοις ὑμνεῖν ταῦτ' ἐπιμελὲς καὶ εἰς τὸν ἔπειτα μελήσει χρόνον· τὸ δ'* [B] *Ἀθηναίων πέρι λεγόμενον, ὡς αἰσχύνην οὗτοι περιῆψαν τῇ πόλει ἐξαιροῦμαι· φημὶ γὰρ κἀκεῖνον Ἀθηναῖον εἶναι, ὃς οὐ προὔδωκε τὸν αὐτὸν τοῦτον, ἐξὸν χρήματα καὶ ἄλλας τιμὰς πολλὰς λαμβάνειν· οὐ γὰρ διὰ βαναύσου φιλότητος ἐγεγόνει φίλος, διὰ*

---

1 *οὐκ ἐκ φιλοσοφίας κτἑ.*] Plut. Dio 54: *ἦν δέ τις ἑταῖρος τοῦ Δίωνος ἐξ Ἀθηνῶν, Κάλλιππος, ὅν φησιν ὁ Πλάτων οὐκ ἀπὸ παιδείας, ἀλλ' ἐκ μυσταγωγιῶν καὶ τῆς περιτρεχούσης ἑταιρείας γνώριμον αὐτῷ γενέσθαι καὶ συνήθη.*

13 *ἐπιμελές*] Leg. VII, 824 B. VI, 763 D.

18 *οὐ γὰρ διὰ βαναύσου κτἑ.*] Non se ipse laudat, sed philosophiae laudem tribuit.

Liceat mihi priusquam ad ea, quae sequuntur (334 C sqq.) transeamus, hanc epistulae partem respicere. Est quidem tota pars digressionum congeries, a Karsteno et aliis acriter vituperata, quia consilium, quod daturus est scriptor, his omnibus diutius differtur. Nobis de epistularum origine quaerentibus haec ipsa pars, quam neque pulchre neque eleganter compositam esse nemo negabit, tamen non est ingrata, quod argumento esse potest gravissimo integre iudicantibus. Licet enim singula anacolutha a falsario studio inserta esse credas, ut epistulae dictionem affectaret, tantam neglegentiam, tot sordes quis Platoni supponere ausus sit? Apparet neglegentiam illam non fictam esse sed veram; hanc certe partem epistulae raptim esse conscriptam. —

δ' ἐλευθέρας παιδείας κοινωνίαν, ᾗ μόνῃ χρὴ πιστεύειν τὸν νοῦν κεκτημένον, μᾶλλον ἢ ξυγγενείᾳ ψυχῶν καὶ σωμάτων· ὥστ' οὐκ ἀξίω ὀνείδους γεγόνατον τῇ πόλει τὼ Δίων' [C] *ἀποκτείνανθ' ὡς ἐλλογίμω πώποτ' ἄνδρε γενομένω.*

At raptim scripsit falsarius. — Non potuit. Etenim in eadem hac parte permulta exstant dictionis Platonicae exempla, neque solum dictionis sed etiam sententiae atque iudicii. Quare Karsten hanc potissimam elegit, qua probet scriptorem multa de Platonis libris desumpsisse. At qui singula ex singulis Platonis scriptis conquirere debebat, ut „sua compilaret“, raptim scribere non potuit.

Sed non satis est anacolutha et digressiones animadverti, causas eorum comprehendi oportet. De singulis rebus quoniam supra exposui, hoc loco totius partis compositionem paucis repetam:

330 C *πρῶτον μὲν ξυμβουλεύσας ἃ χρὴ ποιεῖν*
330 C   *τὸν ξυμβουλεύοντ' ἀνδρὶ κάμνοντι*
330 D   *ταὐτὸν δὴ καὶ πόλει*
331 A   *ταύτην τὴν διάνοιαν ἐγὼ κεκτημένος*
331 D   *ταὐτὸν δὴ καὶ περὶ πόλεως*
331 D *ὑμῖν τ' ἂν ξυμβουλεύοιμι*
| *ξυνεβούλευον δὲ καὶ Διονυσίῳ*
331 E   *μὴ πάθοι ἅπερ ὁ πατήρ*
332 A   *Δαρείου ...*
332 B   *Ἀθηναῖοι ...*
332 C   *ἃ δὴ καὶ Διονυσίῳ*
333 B   *ἵνα δ' ἐκπεράνωμεν*
333 C   *οἷον γὰρ γέγονεν ...*

Consilium, quod Dionis amicis dandum sibi proposuit, duobus locis leviter attingit. Pauca de consiliandi ratione praefatur. Maxima autem pars est de rebus Syracusanis, de rebus Dionis ac Dionysii.

Ex his, quae observavimus, si postremum conamur auctoris imaginem restituere, habemus virum Atheniensem, patriae amantem, philosophum, politicum, in rebus Syracusanis plurimum versatum, Platonis dictione utentem, Platonis sententiis imbutum. — Sed

Ταῦτ' εἴρηται πάντα τῆς ξυμβουλῆς ἕνεκα τῶν Διωνείων φίλων καὶ ξυγγενῶν· ξυμβουλεύω δὲ δή τι πρὸς τούτοις τὴν αὐτὴν ξυμβουλὴν καὶ λόγον τὸν αὐτὸν λέγων ἤδη τρίτον τρίτοις ὑμῖν· μὴ δουλοῦσθαι Σικελίαν ὑπ' ἀνθρώποις δεσπόταις, μηδ' ἄλλην πόλιν ὅ γ' ἐμὸς λόγος, ἀλλ' ὑπὸ νόμοις· οὔτε γὰρ τοῖς δουλουμένοις οὔτε τοῖς δουλωθεῖσιν ἄμεινον, [D] αὐτοῖς καὶ παισὶ παίδων τ' ἐκγόνοις,

---

quid plura! iamiam animadverteris Platonis vultus pingi. Ac dummodo falsissima ista opinione liberare te possis, qua Platonis epistulam opus singulari artificio perfectum esse putant, nihil impedit, quin a Platone epistulam scriptam esse existimes.

334 C — 337 E. Consilii quod vocatur pars altera, consilium ipsum continens.

1 Ταῦτ' εἴρηται κτἑ.] His frigidis verbis ex longa digressione scriptor revertitur; tamquam se ipse ad propositum revocat, et nisi audacius esset, talia conicere, diceremus eum tempore intermisso haec scripsisse.

1 τῆς ξυμβουλῆς τῶν φίλων] cf. ad 330 D.

1 τῶν Διωνείων φίλων] Similiter 333 C de eis, ad quos epistula missa est, scribit (τοὺς ἐμὲ παρακαλοῦντας). Sed ex talibus verbis conicere epistulam re vera missam non esse temerarium est.

2 πρὸς τούτοις] nam ea quoque, quae supra dixit, et quae de Dione et de se ipso narravit, pro consilio esse possunt.

4 τρίτον τρίτοις] cf. 325 E πάντῃ πάντως, 326 B οὐδαμῇ οὐδαμῶς, 335 C πάντως πανταχῇ. Persaepe Plato per figuram παρονομασίας cognata vocabula uno loco collocat: Tim. 36 D/E μέσον μέσῃ ξυναγαγὼν προσήρμοττεν, 37 A ὑπὸ τοῦ ἀρίστου ἀρίστη γενομένη, B ἕκαστον ἕκαστα, alia permulta, 52 D τρία τριχῇ; Leg. III, 696 E καὶ τὸ δεύτερον δευτέρως, 697 D μισοῦντες μισοῦνται, E μισθούμενοι ὑπὸ μισθωτῶν. Eiusdem rei in Leg. V. 14 inveniuntur exempla.

7 ἄμεινον] Non male confert Ritter (Gesetze p. 367) Leg. IX, 862 E: γιγνώσκων που τοῖς τοιούτοις πᾶσιν ὡς οὔτ' αὐτοῖς ἔτι ζῆν ἄμεινον. — ἄμεινον sc. ἐστὶν omnino significat „conducit, expedit" cf. Ast, lex. Plat., s. v.

ἀλλ᾽ ὀλέθριος πάντως ἡ πεῖρα, σμικρὰ δὲ καὶ ἀνελεύθερα ψυχῶν ἤθη τὰ τοιαῦθ᾽ ἁρπάζειν κέρδη φιλεῖ, οὐδὲν τῶν εἰς τὸν ἔπειτα καὶ εἰς τὸν παρόντα καιρὸν ἀγαθῶν καὶ δικαίων εἰδότα θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων. ταῦτα πρῶτον μὲν Δίων᾽ ἐγὼ ἐπεχείρησα πείθειν δεύτερον δὲ Διονύσιον, τρίτους δ᾽ ὑμᾶς νῦν· καί μοι πείθεσθε Διὸς τρίτου σωτῆρος χάριν, εἶτ᾽ εἰς Διονύσιον βλέψαντες καὶ Δίων᾽, ὧν ὁ μὲν μὴ πειθόμενος ζῇ τὰ νῦν οὐ [E] καλῶς ὁ δὲ πειθόμενος

---

1 *ἀνελεύθερα*] *ὁ ἀνελεύθερος* a Platone saepe libero philosopho opponitur, cf. Ast, l. Pl., s. v.

2 *ἤθη*] *ἀνελεύθερα ψυχῶν ἤθη* pro *ἀνελεύθεροι ἄνθρωποι*, cf. Leg. VIII, 852 B *οἷον μισῶν δοκεῖς ἡμῖν κολάζειν τὸ τοιοῦτον ἦθος μᾶλλον τοῦ δέοντος*.

2 *τὰ τοιαῦθ᾽ ἁρπάζειν κέρδη φιλεῖ*] Imperium iniquum lucrum esse dicit, quod illiberales homines arripere studeant. Rep. V, 469 D et VI, 486 B iunguntur *ἀνελεύθερος* et *φιλοχρήματος*. Leg. V, 741 E: *χρηματισμὸς γὰρ οὔτ᾽ ἔνεστι σφόδρ᾽ ἐν τῇ τοιαύτῃ κατασκευῇ, ξυνέπεται τ᾽ αὐτῇ μηδὲ δεῖν, μηδ᾽ ἐξεῖναι χρηματίζεσθαι τῶν ἀνελευθέρων χρηματισμῶν μηδενὶ μηδένα, καθ᾽ ὅσον ἐπονείδιστος λεγομένη βαναυσία ἦθος ἀποτρέπει ἐλεύθερον, μηδὲ τὸ παράπαν ἀξιοῦν ἐκ τῶν τοιούτων ξυλλέγειν χρήματα*. 747 B *τὴν ἀνελευθερίαν καὶ φιλοχρηματίαν*, VIII, 832 D: *ἐλεύθεροί τ᾽ ἀπ᾽ ἀλλήλων εἰσί· φιλοχρήματοι δ᾽ ἥκιστ᾽ ἄν, οἶμαι, γίγνοιντ᾽ ἂν ἐκ τούτων τῶν νόμων*. His omnibus locis, cum iungantur *ἀνελευθερία* et *φιλοχρηματία*, eandem invenimus sententiam, quae hic expressa est (*ἀνελεύθερα — ἁρπάζειν κέρδη φιλεῖ*).

3 *ἀγαθῶν καὶ δικαίων . . . θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων*] dictio copiosa, quam in Platonis Legibus saepe invenimus, velut Leg. V, 735 B *ὡς μάταιος ἂν ὁ πόνος εἴη καὶ ἀνήνυτος περί τε σῶμα καὶ ψυχάς*.

6 *Διὸς τρίτου σωτῆρος*] cf. ad 340 A.

7 *χάριν*] Praeter hunc locum vocabulum *χάριν* in epistula invenimus 336 C *χάριν οἰωνοῦ*, 344 D *ὑπομνημάτων χάριν*, 350 C *ξεναπατίας χάριν*. Proprium est Platonis dictionis posterioris, Lut. p. 124 nr. 355. Ritter, Untersuchungen p. 59.

τέθνηκε καλῶς· τὸ γὰρ τῶν καλλίστων ἐφιέμενον αὐτῷ τε καὶ πόλει πάσχειν ὅ τι ἂν πάσχῃ πᾶν ὀρθὸν καὶ καλόν. οὔτε γὰρ πέφυκεν ἀθάνατος ἡμῶν οὐδείς, οὔτ' εἴ τῳ ξυμβαίη, γένοιτ' ἂν εὐδαίμων, ὡς δοκεῖ τοῖς πολλοῖς· κακὸν γὰρ καὶ ἀγαθὸν οὐδὲν λόγου ἄξιόν ἐστι τοῖς ἀψύχοις [335] *ἀλλ' ἢ μετὰ σώματος οὔσῃ ψυχῇ τοῦτο ξυμβήσεται ἑκάστῃ ἢ κεχωρισμένῃ, πείθεσθαι δ' ὄντως ἀεὶ χρὴ τοῖς παλαιοῖς τε καὶ ἱεροῖς λόγοις, οἳ δὴ μηνύουσιν ἡμῖν ἀθάνατον ψυχὴν εἶναι δικαστάς τ' ἴσχειν καὶ τίνειν τὰς μεγίστας τιμωρίας, ὅταν τις ἀπαλλαχθῇ τοῦ σώματος· διὸ καὶ τὰ μεγάλ' ἁμαρτήματα καὶ ἀδικήματα σμικρότερον εἶναι χρὴ νομίζειν κακὸν πάσχειν ἢ δρᾶσαι, ὧν ὁ φιλοχρήματος πένης τ' ἀνὴρ τὴν ψυχὴν οὔτ' ἀκούει, ἐάν τ' ἀκούσῃ καταγελῶν, ὡς οἴεται, πανταχόθεν* [B] *ἀναιδῶς ἁρπάζει πᾶν ὅ τί περ ἂν οἴηται,*

---

1 *τὸ γὰρ . . . πάσχειν . . . καλόν*] Vocabulum *καλῶς* explicatur. Dionis mors, quamquam ab hominibus nefariis necatus est, tamen decora dici potest, quia vitam decoram secuta est. Deinde (*οὔτε γὰρ κτἑ.*) accuratius exponitur Dionis mortem decoram Dionysii vitae turpi praeferendam esse. Hoc loco manifestum est scriptorem eorum, ad quos missa est epistula, rationem habere; nam quod Platonis discipulis luce clarius erat, eis, qui cotidie Dionis mortem querebantur et Dionysii felicitati invidebant, demonstrari debebat. Cetera quoque, quam bene sint disposita facile observaveris: Dionis mortem decoram esse explicat, Dionysii vitam turpem esse non sibi demonstrandum esse censet, quia semper illis ante oculos erat.

7 *πείθεσθαι κτἑ.*] Persaepe Plato ad talia effata prisca recurrit, cf. Phaed. 70 C; Leg. III, 677 A; IV, 715 E. 716 B. 719 B; V, 738 B; VII, 804 E.

12 *φιλοχρήματος πένης τ' ἀνὴρ τὴν ψυχήν*] Leg. V, 737 A *φιλοχρηματεῖν μετ' ἀδικίας* (Heindorf); cf. etiam quos ad 334 D (*ἀνελεύθερα*) attuli locos. Leg. VIII, 831 sqq. Plato dicit divitiarum cupiditate omnes meliores res in urbibus opprimi. Ad verba *πένης τὴν ψυχήν* conferas, quae ibi scripta sunt 832 A: *Πῶς μὲν οὖν αὐτοὺς σὺ λέγοιμ' ἂν τὸ παράπαν δυστυχεῖς, οἷς γ' ἀνάγκη διὰ βίου πεινῶσι τὴν ψυχὴν ἀεὶ τὴν αὐτῶν διεξελθεῖν;*

καθάπερ θηρίον, φαγεῖν ἢ πιεῖν ἢ περὶ τὴν ἀνδραποδώδη καὶ ἄχαριστον, ἀφροδίσιον λεγομένην οὐκ ὀρθῶς, ἡδονὴν πορίζειν αὑτῷ τοὐμπίπλασθαι, τυφλὸς ὢν καὶ οὐχ ὁρῶν,

---

1 καθάπερ] Dittenberger[1]) primus observavit καθάπερ vocabulum in posterioribus Platonis scriptis persaepe occurrere, cum in prioribus multo rarius sit quam ὥσπερ. Cum his observationibus optime congruit epistula nostra, in qua καθάπερ 6 ies, ὥσπερ bis inveniatur, cf. Lut. p. 103 sq. nr. 199 sq. — W. Janell in quaestione de hiatu habita[2]) animadvertit illam καθάπερ vocabuli frequentiam ex hiatus vitandi studio ortam esse; idem de nostra epistula dici potest: 325 B **οἴηται καθάπερ**, 338 A **διεπεράνθη καθάπερ**, E ἀπηρνήθην καθάπερ, 340 D **ἐπικεχρωσμένοι καθάπερ**, 345 C Πελοπόννησον καθάπερ, 348 A **ἔξω καθάπερ**; 333 A **οὐχ ὥσπερ**, 340 B **φιλοσοφίας ὥσπερ**.

1 φαγεῖν — πιεῖν — ἀφροδίσιον ... ἡδονήν] Eodem modo haec tria iunguntur Phaed. 64 D: 'φαίνεταί σοι φιλοσόφου ἀνδρὸς εἶναι ἐσπουδακέναι περὶ τὰς ἡδονὰς καλουμένας τὰς τοιάσδε, οἷον σίτων τε καὶ ποτῶν'; 'ἥκιστ' ὦ Σώκρατες', ἔφη ὁ Σιμμίας. 'τί δέ; τὰς τῶν ἀφροδισίων'; 'οὐδαμῶς'. 81 B. Rep. I, 329 A περί τε τἀφροδίσια καὶ περὶ πότους καὶ εὐωχίας ... III, 389 D: αὐτοὺς δ' ἄρχοντας τῶν περὶ πότους καὶ ἀφροδίσια καὶ περὶ ἐδωδὰς ἡδονῶν. Leg. VI, 782 D/E: ὁρῶ πάντα τοῖς ἀνθρώποις ἐκ τριττῆς χρείας καὶ ἐπιθυμίας ἠρτημένα ... ταῦτα δ' ἐστὶν ἐδωδὴ μὲν καὶ πόσις εὐθὺς γενομένοις ... τρίτη δ' ἡμῖν καὶ μεγίστη χρεία καὶ ἔρως ὀξύτατος ... ὁ περὶ τὴν τοῦ γένους σποράν. Aliter vero Leg. V, 743 E dicitur: ὄντων γὰρ τριῶν τῶν ἁπάντων περὶ ἃ πᾶς ἄνθρωπος σπουδάζει, τελευταῖον καὶ τρίτον ἐστὶν ἡ τῶν χρημάτων ὀρθῶς σπουδαζομένη σπουδή, σώματος δὲ μέση, πρώτη δ' ἡ τῆς ψυχῆς. Quem locum ea de causa attuli, quo cognoscamus Platonem non eum esse, qui

---

[1]) Hermes XVI. p. 321 sqq.

[2]) Fleckeisens Jahrb., Suppl. 26, Lpz. 1901, p. 265 sqq. De hiatuum numero in Platonis epistulis invento uberius nunc scripsit H. Raeder (Rh. M. 1906 p. 441 sqq.), qui numeris probat in epistula septima item atque in Platonis scriptis posterioribus hiatum vitari.

οἷς συνέπεται τῶν ἁρπαγμάτων ἀνοσιουργία, κακὸν ἥλικον ἀεὶ μετ' ἀδικήματος ἑκάστου, ἣν ἀναγκαῖον τῷ ἀδικήσαντι συνεφέλκειν ἐπί τε γῇ στρεφομένῳ καὶ ὑπὸ γῆς νοστήσαντι πορείαν ἄτιμόν τε καὶ ἀθλίαν [C] πάντως πανταχῇ. Δίωνα δὴ ἐγὼ λέγων ταῦτά τε καὶ ἄλλα τοιαῦτ' ἔπειθον, καὶ τοῖς ἀποκτείνασιν ἐκεῖνον δικαιότατ' ἂν ὀργιζοίμην ἐγὼ τρόπον τίν' ὁμοιότατα καὶ Διονυσίῳ· ἀμφότεροι γὰρ ἐμὲ καὶ τοὺς ἄλλους ὡς ἔπος εἰπεῖν ἅπαντας τὰ μέγιστ' ἔβλαψαν ἀνθρώπους οἱ μὲν τὸν βουλόμενον δικαιοσύνῃ χρῆσθαι διαφθείραντες, ὁ δ' οὐδὲν ἐθελήσας χρήσασθαι δικαιοσύνῃ διὰ πάσης τῆς ἀρχῆς, μεγίστην δύναμιν ἔχων, ἐν ᾗ γενομένῃ

---

in eadem partitione semper haereat, sed aliter aliis locis res disponere ac numerare.

p. 165, 2 *ἀφροδίσιον λεγομένην οὐκ ὀρθῶς*] Platonis proprium, cf. Leg. V, 744 D *ἐν πόλει ... τῇ τοῦ μεγίστου νοσήματος οὐ μεθεξούσῃ, ὃ διάστασιν ἢ στάσιν ὀρθότερον ἂν εἴη κεκλῆσθαι*, IV, 715 B *στασιωτείας ἀλλ' οὐ πολιτείας τούτους φαμέν* (VIII, 832 C).

4 *πάντως πανταχῇ*] similiter atque 325 E *πάντῃ πάντως*, 326 B *οὐδαμῇ οὐδαμῶς*; quales coniunctiones in posterioribus Platonis scriptis non raro inveniuntur.

7 *ὁμοιότατα καὶ Διονυσίῳ*] Dionis interfectorum culpam cum Dionysii comparat. Uterque eius spem atque consilia perdidit. Comparandi studium per totam observamus epistulam: 324 A Hipparini aetas atque condicio cum Dionis comparatur, 332 A B Darei regnum et Atheniensium dominationem cum Dionysii maioris imperio confert, 333 B Dioni idem apud Syracusanos accidisse dicit, quod apud Dionysium expertus sit. — Unde cognoscimus scriptorem esse hominem consideratum, qui res observare et comparare inter se consueverit.

9 *δικαιοσύνῃ χρῆσθαι*] Omnium virtutum iustitia plurimum valet ad rem publicam recte administrandam. Platonis libri de re publica scripti initium capiunt a quaestione de iustitia instituta; cf. 326 A.

11 *ἐν ᾗ γενομένῃ φιλοσοφία τε κτἑ.*] De ea re scribens, quam omnium maxime semper speravit atque optavit, ad maiorem quandam orationis altitudinem extollitur; cf. 327 C.

[D] φιλοσοφία τε καὶ δύναμις ὄντως ἐν ταὐτῷ διὰ πάντων ἀνθρώπων Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων λάμψασαν ἱκανῶς δόξαν παρέστησε πᾶσι τὴν ἀληθῆ, ὡς οὐκ ἄν ποτε γένοιτ' εὐδαίμων οὔτε πόλις οὔτ' ἀνὴρ οὐδείς, ὃς ἂν μὴ μετὰ φρονήσεως ὑπὸ δικαιοσύνῃ διαγάγῃ τὸν βίον, ἤτοι ἐν αὑτῷ κεκτημένος ἢ ὁσίων ἀνδρῶν ἀρχόντων ἐν ἤθεσι τραφεὶς τε καὶ παιδευθεὶς ἐνδίκως. ταῦτα μὲν Διονύσιος [E] ἔβλαψε· τὰ δ' ἄλλα σμικρ' ἂν εἴη πρὸς ταῦτά μοι βλάβη. ὁ δὲ Δίων' ἀποκτείνας οὐκ οἶδε ταὐτὸν ἐξειργασμένος τούτῳ. Δίωνα γὰρ ἐγὼ σαφῶς οἶδ', ὡς οἷόν τε περὶ ἀνθρώπων ἄνθρωπον διισχυρίζεσθαι, ὅτι, τὴν ἀρχὴν εἰ κατέσχεν, [ὡς] οὐκ ἄν ποτ' ἐπ' ἄλλο γε σχῆμ' ἀρχῆς ἐτράπετ' ἢ [ἐπὶ τὸ] Συρακούσας μὲν πρῶτον [336] τὴν πατρίδα τὴν ἑαυτοῦ, ἐπεὶ τὴν δουλείαν αὐτῆς ἀπήλλαξε καὶ φαιδρύνας ἐλευθερίῳ ἐν σχήματι κατέστησε, τὸ μετὰ τοῦτ' ἂν πάσῃ μηχανῇ ἐκόσμησε νόμοις τοῖς προσήκουσί τε καὶ ἀρίστοις τοὺς

---

9 ταὐτὸν ἐξειργασμένος] explicatur id, quod supra dictum est, οἱ μὲν — διαφθείραντες. Ibi de pluribus dixit, hic unum spectare videtur; cf. ad 333 D ἀδελφὼ δύο. Nobis ex talibus colligendum est ex pluribus necis illius auctoribus unum praecipuum fuisse, qui Dionem interficeret; eis, ad quos missa est epistula, omnes res gestas notas esse scriptor confidit.

10 ὡς οἷόν τε ... διισχυρίζεσθαι] saepissime Plato tamquam cauta diligentia usus verbis affirmantibus talia adiungit, cf. in ipsa epistula 324 A σχεδόν, 336 B. 335 C ὡς ἔπος εἰπεῖν.

11 335 E ὅτι, τὴν ἀρχὴν εἰ — 336 B δόξαν τοῖς πολλοῖς] Non piget scriptorem iterum atque iterum Dionis consilium ac sententiam repetere atque explicare. Praecipue hoc loco, ubi Dionem amicis ad imitandum proponit, copiose de hac re exponit.

11 [ὡς]] ὡς vocabulum, quod in codice Ξ (Bekker) non legitur, omisi.

12 [ἐπὶ τὸ]] verba ἐπὶ τό cum Hermanno delenda esse existimo; verisimile est ea a scriba aliquo interposita esse, quo facilius intellegeretur verba Συρακούσας — ἀπήλλαξε κτέ. alteram comparationis partem esse, quae verbis οὐκ ἄν ποτ' ἐπ' ἄλλο γε σχῆμ' institui coepta est.

15 πάσῃ μηχανῇ] Leg. IV, 713 E; V, 728 A. 739 C.

πολίτας, τό τ' 336 A B.

πᾶσαν Σικελίαν κατοικίζειν καὶ ἐλευθέραν ἀπὸ τῶν βαρ- βάρων ποιεῖν, τοὺς μὲν ἐκβάλλων, τοὺς δὲ χειρούμενος ῥᾷον Ἱέρωνος· τούτων δ' αὖ γενομένων δι' ἀνδρὸς δικαίου τε [B] καὶ ἀνδρείου καὶ σώφρονος καὶ φιλοσόφου τὴν αὐτὴν ἀρετῆς ἂν πέρι γενέσθαι δόξαν τοῖς πολλοῖς, ἥπερ ἂν εἰ Διονύσιος ἐπείσθη, παρὰ πᾶσιν ἂν ὡς ἔπος εἰπεῖν ἀνθρώποις ἀπέσωσε γενομένη. νῦν δ' ἤ πού τις δαίμων ἤ τις ἀλιτήριος ἐμπεσὼν ἀνομίᾳ καὶ ἀθεότητι καὶ τὸ μέγιστον τόλμαις ἀμαθίας, ἐξ ἧς πάντα κακὰ πᾶσιν ἐρρίζω-

ἐφεξῆς τούτοις προὐθυμεῖτ' ἂν πρᾶξαι,

4 ἀνδρὸς δικαίου τε κτέ.] Ad Dionis amicos scribens Dionis virtutes iustis effert laudibus.

8 ἀπέσωσε γενομένη] ἀποσῴζειν hac ratione hoc uno loco vel ... usurpatur. Idem fere est atque „conservata esset“ (sententia), Leg. V, 74. ἐτέλεσε γενομένη. Qui hanc vim vocabulo ἀποσῴζειν abrogant, ... ἐξούσῃ, facile crediderint hoc ἀπέσωσε oppositum esse illis, quae sequuntur ... V, 715 ... ἀνέτρεψέ τε καὶ ἀπώλεσε. Quae cum nimio spatio intermisso ... 2 C). ... ut disiuncta, ego malim de totius loci integritate dubitare. ... iliter.

8 νῦν δ' ἤ πού τις] ... con... Postquam tot verbis spes et exspectationes explanavit, facere ... non potest, quin omnibus illis miserrimum rerum exitum opponat ... nis ... Sed statim (νῦν δὲ δή) ad consilium dandum redit, quod ad D...m ... ionis illam sententiam adiungitur. ... serv.

10 ἀμαθίας, ἐξ ἧς κτέ.] Eandem ... ion sententiam apud Platonem compluribus locis ... onde inscientia (ἀμαθία) hos afferam: Tim. 88 B ἀμαθία maximus mo...d ...venimus, ex quibus μεγίστην νόσον ἀμαθίαν ἐναπεργάζονται); D...rbus vocatur (τὴν optimam rei publicae constitutionem hominum in ...eg. III. p. 686 sqq. esse explicatur, cf. 688 B: πάνυ γὰρ οὖν προσδοκ... scitia dilapsam εὑρήσειν τῷ λόγῳ ἑπομένους, ὃν ὀλίγον ἔμπρο...ῶ νῦν ὑμᾶς θέμεθα, τῆς τῶν βασιλειῶν τε φθορᾶς καὶ ὅλο...θεν προϊ- νοήματος οὐ δειλίαν οὖσαν τὴν αἰτίαν, οὐδ' ὅτι ... τοῦ δια- τὸν πόλεμον οὐκ ἠπίσταντ' ἄρχοντές τε καὶ οὓς π... τὰ περὶ ἄρχεσθαι, τῇ λοιπῇ δὲ πάσῃ κακίᾳ διεφθαρμένα καὶ μ...κεν τῇ περὶ τὰ μέγιστα τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἀμ...α

ται καὶ βλαστάνει καὶ εἰς ὕστερον ἀποτελεῖ καρπὸν τοῖς γεννήσασι πικρότατον, αὕτη πάντα τὸ δεύτερον [C] ἀνέτρεψέ τε καὶ ἀπώλεσε. νῦν δὲ δὴ εὐφημῶμεν χάριν οἰωνοῦ τὸ τρίτον· ὅμως δὲ μιμεῖσθαι μὲν συμβουλεύω Δίων' ὑμῖν τοῖς φίλοις, τήν τε τῆς πατρίδος εὔνοιαν καὶ τὴν τῆς τροφῆς σώφρονα δίαιταν, ἐπὶ λωιόνων δ' ὀρνίθων τὰς ἐκείνου βουλήσεις πειρᾶσθαι ἀποτελεῖν· αἳ δ' ἦσαν, ἀκηκόατε παρ'

Conferendus est etiam locus Leg. V, 732 A, ubi demonstratur homines propter nimium amorem sui ipsorum inscientiam non cognoscere.

3 εὐφημῶμεν] Studium mala verba vitandi, quod hic expressis verbis praedicatur, et in epistula et in ceteris Platonis scriptis passim observari potest. Singuli loci ex epistula inprimis afferendi sunt 332 D τἀναντία πάντ' ἀποτελεῖ et 334 E οὐ καλῶς. Utriusque dictionis apud Platonem permulta sunt exempla: ἐναντίος: Leg. IV, 706 D ῥήματα ... οὐκ ἄξι' ἐπαίνων πολλακισμυρίων ἀλλὰ τοὐναντίον, VII, 811 A πολλὰ καλῶς — πολλὰ τοὐναντίον, 812 C τὰ τῆς ἀγαθῆς καὶ τὰ τῆς ἐναντίας, 822 A οὐκ ... ἐστὶν ... ὀρθὸν — πᾶν δὲ τοὐναντίον ἔχει τούτου. οὐ καλῶς: Leg. III, 801 B τά γ' ἀγαθὰ καὶ μή, ibid. εὐχὰς οὐκ ὀρθάς, IV, 707 C τὰς μὲν βελτίους — τὰς δ' οὐ βελτίους, 716 D ὁ μὲν σώφρων — ὁ δὲ μὴ σώφρων, alia permulta.

3 χάριν οἰωνοῦ] cf. Menex. 249 B οἰωνοῦ χάριν, Leg. III, 702 C πρὸς οἰωνόν τινα ποιοῦμαι.

4 ὅμως] ad εὐφημῶμεν est referendum. Quamvis nolit mali ominis quicquam dicere, tamen facere non potest, quin suadeat, ut Dionem imitentur.

5 τὴν τῆς τροφῆς σώφρονα δίαιταν] Praeter Dionis sententiam atque consilium (h. l. = βουλήσεις), quae per totam epistulam laudantur, et praeter eius amorem patriae temperantia vitae praedicatur. Hanc Syracusanis ad imitandum proponere videtur, quia periculum erat, ne et ipsi Dionis amici in ceterorum inciderent luxuriam (cf. τὸν δὲ μὴ δυνάμενον ὑμῶν ...).

6 λωιόνων] λωιόνων cum Karsteno scripsi; libri *Α Ξ Ω* b σ (Bekker) exhibent λῴον ὤν.

ἐμοῦ σαφῶς· τὸν δὲ μὴ δυνάμενον ὑμῶν Δωριστὶ ζῆν κατα τὰ πάτρια, διώκοντα δὲ τόν τε τῶν Δίωνος σφαγέων καὶ τὸν Σικελικὸν βίον [D] *μήτε παρακαλεῖν μήτ' οἴεσθαι πιστὸν ἄν τι καὶ ὑγιὲς πρᾶξαί ποτε· τοὺς δ' ἄλλους παρακαλεῖν ἐπὶ πάσης Σικελίας κατοικισμόν τε καὶ ἰσονομίαν ἔκ τ' αὐτῆς Σικελίας καὶ ἐκ Πελοποννήσου ξυμπάσης, φοβεῖσθαι δὲ μηδ' Ἀθήνας· εἰσὶ γὰρ καὶ ἐκεῖ πάντων ἀνθρώπων διαφέροντες πρὸς ἀρετὴν ξενοφόνων τ' ἀνδρῶν μισοῦντες τόλμας. εἰ δ' οὖν ταῦτα μὲν ὕστερα γένοιτ' ἄν, κατεπείγουσι δ' ὑμᾶς αἱ τῶν στάσεων πολλαὶ καὶ* [E] *παντοδαπαὶ φυόμεναι ἑκάστης ἡμέρας διαφοραί, εἰδέναι μέν που*

---

1 *Δωριστὶ ζῆν — Σικελικὸν βίον*] cf. 326 B.

5 *κατοικισμόν*] sicut supra de Dione legimus 336 A: *προυθυμεῖτ' ἂν πᾶσαν Σικελίαν κατοικίζειν.*

7 *εἰσὶ γὰρ καὶ ἐκεῖ κτἑ.*] cf. Leg. I, 642 C: ... *τό θ' ὑπὸ πολλῶν λεγόμενον, ὡς ὅσοι Ἀθηναίων εἰσὶν ἀγαθοί, διαφερόντως εἰσὶ τοιοῦτοι, δοκεῖ ἀληθέστατα λέγεσθαι.*

Quae sequuntur singula consilia non sunt ordine disposita neque omnino certam spectant condicionem, sed laxe coniuncta ea, quae supra de Dionis consilio dicta sunt, uberius explicant. Id quod facile cognosces rerum seriem perlustrans. Postquam exposuit eum, qui vitam temperare nolit, ad rem publicam constituendam non esse adhibendum, dicit ceteros omnes advocandos esse ad *κατοικισμόν*. Deinde meminit haec esse posteriora et Syracusis adhuc esse pugnam et bellum civile. Itaque explicat dissidentibus salutem pacemque esse non posse, priusquam a victoribus aequae leges statutae sint. Denique legum latione commemorata uberius disserit de ratione legum dandarum. Ex his bene intellegimus scriptorem non certam aliquam spectare Dionis amicorum condicionem; id quod ad firmandam magis epistulae auctoritatem valet quam ad labefactandam. Neque enim, si recte consideras, verisimile est in tanta rerum Sicularum mobilitate et perturbatione Platonem Athenis statim de singulis rebus suasisse, neque cum totius epistulae consilio aut ambitu talia congruerent.

7 *μηδ' Ἀθήνας*] Haec et quae sequuntur scribi non poterant nisi praemissis 333 D — 334 C.

ἀλλήλων, οἱ ἐρωτώμενοι ὑπὸ τῶν ...νων δὲ τὰ τέτταρα διαρρίπτειν τε ... ἂν τὸ πέμπτον ἀποκρίνασθαι καὶ ... βουλόμενος τῶν δυναμένων ἀνα... ...εῖ τὸν ἐξηγούμενον ἐν λόγοις ἢ ...οῖς πολλοῖς τῶν ἀκουόντων δοκεῖν ... ἐπιχειρῇ γράφειν ἢ λέγειν, ἀγνο... ψυχὴ τοῦ γράψαντος ἢ λέξαντος ...τάρων φύσις ἑκάστου πεφυκυῖα ...ων [E] αὐτῶν διαγωγὴ ἄνω καὶ ...κάστον μόγις ἐπιστήμην ἐνέτεκεν

...titiae naturam perspiciat, primum ...vandam esse dicit. Haec est certa ... quis ad ipsam iustitiae naturam ...ilorum hominum iustitiam spectare ... discernere necesse est. Quod ... τὸ ποιόν τι, remaneat, non ad ... exemplo iustitia rei publicae ... atque τὸ ποιόν τι, iustitia

...e ἀναγκαζώμεθ'. ... vincit", cf. Phaedr. 272 A: ὁ ... D: ἐὰν ξυμφωνῶσι πάντες, ...ηδαμῶς, ἀλλὰ τὸν κωλύ-

... ἑκάστου τῶν τεττάρων. ...φύσις] Haec verba cur ... — ἀλλ' ἡ ψυχή), ... mala atque ...um illud explanandum ...ibus viribus adhibitis ...i non posse. ...antopere his verbis ...sit ad scientiam ...βαίνουσα, ἐφ' ...εὖ πεφυκότι

... inventiur ... τὰς ἡδονὰς καὶ τὰς ... cf. Leg. IV, 716 ... ...ατός τ' ᾖ καὶ νικῇ ταύτην

ἔστιν ὡς ἄν ποτε κακῶν λῆξαι πόλις ἐν αὑτῇ στασιάσασ', ἀλλὰ στάσεις καὶ ἔχθραι καὶ μίση καὶ ἀπιστίαι ταῖς οὕτω [B] *διατεθείσαις πόλεσιν αὐταῖς πρὸς αὑτὰς ἀεὶ γίγνεσθαι φιλεῖ. τοὺς δὴ κρατήσαντας ἀεὶ χρή, ὅταν περ ἐπιθυμήσωσι σωτηρίας, αὐτοὺς ἐν αὑτοῖς ἄνδρας προκρῖναι τῶν ἄλλων, οὓς ἂν πυνθάνωνται ἀρίστους ὄντας, πρῶτον μὲν γέροντας, καὶ παῖδας καὶ γυναῖκας κεκτημένους οἴκοι καὶ προγόνους αὐτῶν ὅ τι μάλιστα πολλούς τε καὶ ὀνομαστοὺς καὶ κτῆσιν κεκτημένους πάντας* [C] *ἱκανήν· ἀριθμὸν δ' εἶναι μυριάνδρῳ πόλει πεντήκονθ' ἱκανοὶ τοιοῦτοι. τούτους δὲ δεήσεσι καὶ τιμαῖς ὅ τι μεγίσταις οἴκοθεν μεταπέμπεσθαι, μεταπεμψαμένους δ' ὀμόσαντας δεῖσθαι καὶ κελεύειν θεῖναι*

τὴν νίκην ἐν τῇ πόλει. — *δουλεύειν*: Leg. IV, 715 D: *τοὺς δ' ἄρχοντας λεγομένους νῦν ὑπηρέτας τοῖς νόμοις ἐκάλεσ' οὔτι καινοτομίας ὀνομάτων ἕνεκα, ἀλλ' ἡγοῦμαι παντός μᾶλλον εἶναι παρὰ τοῦτο σωτηρίαν τε πόλει καὶ τοὐναντίον· ἐν ᾗ μὲν γὰρ ἂν ἀρχόμενος ᾖ καὶ ἄκυρος νόμος, φθορὰν ὁρῶ τῇ τοιαύτῃ ἑτοίμην οὖσαν, ἐν ᾗ δ' ἂν δεσπότης τῶν ἀρχόντων, οἱ δ' ἄρχοντες δοῦλοι τοῦ νόμου σωτηρίαν καὶ πάνθ', ὅσα θεοὶ πόλεσιν ἔδοσαν ἀγαθά, γιγνόμενα καθορῶ.*

2 *ἀλλὰ στάσεις κτἑ.*] cf. Leg. VI, 756 E sq.: *δοῦλοι γὰρ ἂν καὶ δεσπόται οὐκ ἄν ποτε γένοιντο φίλοι . . . διὰ γὰρ ἀμφότερα ταῦτα στάσεων αἱ πολιτεῖαι πληροῦνται. παλαιὸς γὰρ λόγος ἀληθὴς ὤν, ὡς ἰσότης φιλότητ' ἀπεργάζεται, μάλα μὲν ὀρθῶς εἴρηται καὶ ἐμμελῶς.* Ex his omnibus quamquam intellegimus Platonis sententiam in epistula legi, tamen imitationis vestigia non reperimus; neque enim eorum, quos attuli, locorum ordinem epistula sequitur aut verba imitatur, sed omnia libere composita sunt atque conscripta.

4 *τοὺς δὴ κρατήσαντας*] Victoribus consilium dat, quia penes eos potestatem et imperium esse consentaneum est. Quare temerarium est ex his colligere, eos, ad quos scribit, victoriam iamiam reportavisse.

11 *οἴκοθεν*] ex Graecia. Quamquam in universum de civitate constituenda verba facit, tamen ita omnia explicat, ut res Syracusanas imprimis spectare videatur.

νόμους, μήτε νικήσασι μήτε νικηθεῖσι νέμειν πλέον, τὸ δ' ἴσον καὶ κοινὸν πάσῃ τῇ πόλει. τεθέντων δὲ τῶν νόμων ἐν τούτῳ δὴ τὰ πάντ' ἐστίν. ἂν μὲν γὰρ οἱ νενικηκότες ἥττους αὑτοὺς τῶν νόμων μᾶλλον τῶν νενικημένων παρέχωνται, πάντ' ἔσται σωτηρίας [D] τε καὶ εὐδαιμονίας μεστὰ καὶ πάντων κακῶν ἀποφυγή· εἰ δὲ μή, μήτ' ἐμὲ μήτ' ἄλλον κοινωνὸν παρακαλεῖν ἐπὶ τὸν μὴ πειθόμενον τοῖς νῦν ἐπεσταλμένοις. ταῦτα γάρ ἐστιν ἀδελφὰ ὧν τε Δίων ὧν τ' ἐγὼ ἐπεχειρήσαμεν Συρακούσαις εὖ φρονοῦντες συμπρᾶξαι, δεύτερα μήν· πρῶτα δ' ἦν ἃ τὸ πρῶτον ἐπεχειρήθη μετ' αὐτοῦ Διονυσίου πραχθῆναι πᾶσι κοίν' ἀγαθά· τύχη δέ τις ἀνθρώπων κρείττων διεφόρησε· τὰ δὲ νῦν ὑμεῖς [E] πειρᾶσθ' εὐτυχέστερον αὔτ' ἀγαθῇ πρᾶξαι μοίρᾳ καὶ θείᾳ τινὶ τύχῃ.

---

1 τὸ δ' ἴσον καὶ κοινὸν] cf. Leg. IV, 715 B: ταύτας δήπου φαμὲν ἡμεῖς νῦν οὔτ' εἶναι πολιτείας, οὔτ' ὀρθοὺς νόμους, ὅσοι μὴ ξυμπάσης τῆς πόλεως ἕνεκα τοῦ κοινοῦ ἐτέθησαν, οἳ δ' ἕνεκα τινῶν στασιωτείας ἀλλ' οὐ πολιτείας τούτους φαμέν.

4 ἥττους νόμων] cf. supra δουλεύειν.

6 μήτ' ἐμὲ — παρακαλεῖν] His verbis revertitur ad ipsas res Syracusanas et ad Dionis sodales, qui eum socium sibi adsciscere volebant.

Huius partis compositionem ac structuram respicientes paucis contenti esse possumus. Inest consilium scriptoris admodum amplis verbis expressum, 334 C D. Deinde aberrat ad Dionis cum Dionysio comparationem dicens se his duobus idem consilium dedisse. Postquam multis demonstravit Dionis mortui fortunam meliorem esse quam Dionysii vivi (334 D — 335 C), facere non potest, quin explicet, quam praeclarus factus esset rerum status, nisi Dio victoria parta necatus esset (335 C — 336 B). Tum ad consilium nunc dandum revertitur et, quid eis faciendum sit, qui in bello civili victoriam sint nacti, explicat (336 C — 337 D). Denique iterum in tempus praeteritum respiciens dicit se idem hoc, quod nunc eis suadeat, bis iam conatum esse cum Dione perficere.

Ξυμβουλὴ μὲν δὴ καὶ ἐπιστολὴ εἰρήσθω καὶ ἡ παρὰ Διονύσιον ἐμὴ προτέρα ἄφιξις· ἡ δὲ δὴ ὑστέρα πορεία τε καὶ πλοῦς ὡς εἰκότως θ' ἅμα καὶ ἐμμελῶς γέγονεν ᾧ μέλει ἀκούειν ἔξεστι τὸ μετὰ τοῦτο. ὁ μὲν γὰρ δὴ πρῶτος χρόνος τῆς ἐν Σικελίᾳ διατριβῆς μοι διεπεράνθη [338] καθάπερ

---

337 E — 352 A. Narrationis pars altera. 337 E — 339 E: Quibus causis atque rationibus permotus Plato tertium in Siciliam iter susceperit, explicatur.

3 εἰκότως θ' ἅμα καὶ ἐμμελῶς] cf. Leg. VI, 757 A ... μάλα μὲν ὀρθῶς εἴρηται καὶ ἐμμελῶς.

3 ᾧ μέλει ἀκούειν ἔξεστι] cf. ad 333 C.

4 ὁ μὲν γὰρ δὴ πρῶτος χρόνος κτὲ.] Maximilianus Odau (p. 19 sqq.), qui totam epistulae partem, inde a p. 330 B καὶ ο πρῶτος δὴ χρόνος usque ad p. 337 E ἀκούειν ἔξεστι τὸ μετὰ τοῦτο, postea adiectam esse putat (qua de re infra mihi dicendum erit), haec verba negat congruere cum illis 330 BC: καὶ ὁ πρῶτος δὴ χρόνος τῆς εἰς Σικελίαν ἐμῆς ἐπιδημήσεώς τε καὶ διατριβῆς διὰ πάντα ταῦτα ξυνέβη γενόμενος. μετὰ δὲ τοῦτ' ἀπεδήμησά τε καὶ πάλιν ἀφικόμην ... ὧν δ' ἕνεκα ... ὕστερον τὰ περὶ ταῦτα διέξειμι. Quae vituperat Odau, haec sunt: Cum illis verbis, quae descripsi, narrationem de priore itinere ad Dionysium minorem suscepto confectam esse dixerit scriptor seque de altero itinere scripturum esse promiserit, nostro loco 337 primo eadem repetit (εἰρήσθω καὶ ἡ παρὰ Διονύσιον ἐμὴ προτέρα ἄφιξις, ἡ δὲ δὴ ὑστέρα πορεία ... ἀκούειν ἔξεστι τὸ μετὰ τοῦτο), deinde ad prius iter revertitur. Sed ego minime possum Odavio assentiri. Primum errare mihi videtur in interpretatione verborum 338 A ὁ μὲν γὰρ δὴ πρῶτος χρόνος τῆς ἐν Σικελίᾳ διατριβῆς. Dicit (p. 21) his verbis a Platone ipso prius spatium secundi itineris significari. Contra verba 330 B καὶ ὁ πρῶτος δὴ χρόνος τῆς εἰς Σικελίαν ἐμῆς ἐπιδημήσεώς τε καὶ διατριβῆς ab interpolatore scripta esse censet, qui illis Platonis verbis male intellectis totum iter secundum his sit complexus. Sed cum ipsis verbis 338 τῆς ἐν Σικελίᾳ διατριβῆς totum tempus itinerum ad Dionysium minorem factorum Plato significet, tum partitio illa secundi itineris, quam statuit Odau, sensu carere mihi videtur; nam si duas illas

εἶπον πρὶν συμβουλεύειν τοῖς οἰκείοις καὶ ἑταίροις τοῖς περὶ Δίωνα· τὸ μετ' ἐκεῖνα δ' οὖν ἔπεισ' ὅπῃ δή ποτ' ἐδυνάμην Διονύσιον ἀφεῖναί με· εἰρήνης δὲ γενομένης, ἦν

---

partes perspicias, facile animadvertas de priore satis copiose narratum esse, p. 327 B — 330 B, alteram nihil nisi profectionem eiusque condiciones continere, 338 A B. Quis talem facit partitionem? Apparet opposita esse *προτέρα ἄφιξις* et *ὑστέρα πορεία τε καὶ πλοῦς*; scriptor igitur non peregrinationes numerat sed navigationes in Siciliam factas (profectionem autem illam, de qua narraturus est, cum altera navigatione coniungit, quoniam proficiscens se iterum venturum esse promisit etc.). Verba *ὁ πρῶτος χρόνος τῆς ... διατριβῆς* (330 B, 338 A) ad illam numerationem vel partitionem omnino non spectant, sed totius peregrinationis (*τῆς διατριβῆς*) primum tempus significant; id quod ex ipso vocabulo *πρῶτος* (non *πρότερος*) utroque loco posito facile cognoscitur. — Deinde iterum atque iterum monendum est epistulam non esse opus arte factum. Licet in libro edito vituperemus, quod scriptor non singulis peregrinationibus singulas partes attribuat, in epistula mirari non debemus, dummodo causam possimus intellegere. Quae quidem nostro loco est perspicua: De tertio itinere verba facere instituens Plato coactus est narrare, quid sibi cum Dionysio convenerit, priusquam Syracusis proficisceretur. Quare dum cogitationum ordinem aliqua cum diligentia sequamur, minime miramur post ipsum novae partis initium (*ἡ δὲ δὴ ὑστέρα πορεία ...*) haec esse interposita.

3 *εἰρήνης δὲ γενομένης*] cf. 338 B *γενομένης δ' εἰρήνης*. Duobus his locis cum de eadem pace scriptum esse non modo verisimile sed paene manifestum sit, hoc nostro loco anacoluthon statuerim. Verba ita intellegenda sunt: *εἰρήνης δὲ γενομένης ... ξυνωμολογήσαμεν ἀμφότεροι ⟨ποιήσειν τοιάδε⟩. Διονύσιος μὲν ... ἐγὼ δὲ ...* = inter nos convenit nos pace facta haec facturos esse: Dionysium ... me autem ... Verba *εἰρήνης δὲ γενομένης* non pertinent ad illud *ξυνωμολογήσαμεν*, sed ad illa, quae sequuntur, *Διονύσιος μὲν κτἑ*. Sed parenthesi facta (*ἦν γὰρ τότε πόλεμος ἐν Σικελίᾳ*) verborum compositio turbata est. — Cf. Plut. Dio 16: *Ἐν τούτῳ δὲ πολέμου τινὸς*

γὰρ τότε πόλεμος ἐν Σικελίᾳ, ξυνωμολογήσαμεν ἀμφότεροι· Διονύσιος μὲν [ἔφη] μεταπέμψεσθαι Δίωνα καὶ ἐμὲ πάλιν καταστησάμενος τὰ περὶ τὴν ἀρχὴν ἀσφαλέστερον ἑαυτῷ, Δίωνα δ' ἠξίου διανοεῖσθαι μὴ φυγὴν αὐτῷ γεγονέναι τότε, [B] μετάστασιν δέ· ἐγὼ δ' ἥξειν ὡμολόγησ' ἐπὶ τούτοις τοῖς λόγοις. γενομένης δ' εἰρήνης μετεπέμπετ' ἐμέ, Δίωνα

ἐμπεσόντος ἀποπέμπει τὸν Πλάτωνα, συνθέμενος εἰς ὥραν ἔτους μεταπέμψασθαι Δίωνα. Καὶ τοῦτο μὲν ἐψεύσατο κτἑ.

2 [ἔφη]] ἔφη a scriba insertum esse crediderim.

2 μεταπέμψεσθαι] cum Bekkero scripsi, libri -ψασθαι.

5 ἐγὼ δ'] opp. Διονύσιος μέν.

5 μετάστασιν δέ] Simili modo μετάστασις pro vocabulo φυγή scriptum est Leg. IX, 877 A τὸν μὲν θάνατον ἀφελεῖν τοῦ τρώσαντος, μετάστασιν δ' εἰς τὴν γείτονα πόλιν αὐτῷ γίγνεσθαι, διὰ βίου καρπούμενον ἅπασαν τὴν αὐτοῦ κτῆσιν.

4 μὴ φυγὴν . . . μετάστασιν δέ] Vocabulum δέ in epistula saepius invenitur post negativa vel verba vel enuntiata (vern. „sondern"), velut 337 C μήτε νικήσασι μήτε νικηθεῖσι νέμειν πλέον, τὸ **δ'** ἴσον καὶ κοινὸν πάσῃ τῇ πόλει, 343 B οὐ τὸ ποῖόν τι τὸ **δὲ** τί ζητούσης . . ., 347 C εἰ μή, βούλεται **δ'** ἄλλ' ἄττα, 348 D μηδὲν ἄλλ' αὐτῷ φλαῦρον γίγνεσθαι, μεταστῆναι **δ'** ἐκ τῆς χώρας („nisi"), 350 D ὅμως οὐκ ἀπέκτεινεν, ᾐδέσθη **δέ**. Idem est apud Platonem vocabuli usus: Rep. I, 349 C: ὁ δίκαιος τοῦ μὲν ὁμοίου οὐ πλεονεκτεῖ, τοῦ **δ'** ἀνομοίου, Leg. III, 699 D: οὐ γὰρ μύθων ἕνεκα διεξέρχομαι, οὗ λέγω **δ'** ἕνεκα, Leg. IV, 714 B μὴ δὴ φαύλου πέρι νομίσῃς τὴν νῦν ἀμφισβήτησιν, περὶ **δὲ** τοῦ μεγίστου, V, 727 A τιμᾷ δ' ὡς ἔπος εἰπεῖν ἡμῶν οὐδεὶς ὀρθῶς (τὴν ψυχήν), δοκεῖ **δέ**, 728 C δίκη μὲν οὐκ ἔστι, τιμωρία **δέ**, VI, 752 D μὴ μόνον ἀφοσιώσασθαι, ξυντόνως **δ'** ἐπιμεληθῆναι, 757 D πρὸς ταὐτὸ τοῦτο σκοπούμενον χρεὼν νομοθετεῖν, ἀλλ' οὐ πρὸς ὀλίγους τυράννους . . . πρὸς **δὲ** τὸ δίκαιον ἀεί, 769 D ἃ δεῖ τινα . . . ἐπανορθοῦν, ἵνα μηδαμῇ χείρων βελτίων **δ'** ἡ πολιτεία καὶ ὁ κόσμος ἀεὶ γίγνηται, 781 A οὐ γὰρ ἥμισυ μόνον . . . ὅσῳ **δὲ** . . .

6 γενομένης δ' εἰρήνης] Pace facta et Dionysius et Plato promissis stare debebant; verum ille eorum, quae pollicitus erat,

δ' ἐπισχεῖν ἔτι ἐνιαυτὸν ἐδεῖτ', ἐμὲ δ' ἥκειν ἐκ παντὸς τρόπου ἠξίου. Δίων μὲν οὖν ἐκέλευέ τέ με πλεῖν καὶ ἐδεῖτο· καὶ γὰρ δὴ λόγος ἐχώρει πολὺς ἐκ Σικελίας, ὡς Διονύσιος θαυμαστῶς φιλοσοφίας ἐν ἐπιθυμίᾳ πάλιν εἴη γεγονὼς τὰ νῦν· ὅθεν ὁ Δίων συντεταμένως ἐδεῖθ' ἡμῶν τῇ μεταπέμψει μὴ ἀπειθεῖν, ἐγὼ δ' ἤδη μέν [C] *που κατὰ τὴν φιλοσοφίαν τοῖς νέοις πολλὰ τοιαῦτα γιγνόμενα, ὅμως δ' οὖν ἀσφαλέστερόν μοι ἔδοξε χαίρειν τότε γε πολλὰ καὶ Δίωνα καὶ Διονύσιον ἐᾶν, καὶ ἀπηχθόμην ἀμφοῖν ἀποκρινάμενος, ὅτι γέρων τ' εἴην καὶ κατὰ τὰς ὁμολογίας οὐδὲν γίγνοιτο τῶν τὰ νῦν πραττομένων. ἔοικε δὴ τὸ μετὰ τοῦτ' Ἀρχύτης τε παρὰ Διονύσιον ἀφικέσθαι (ἐγὼ γὰρ πρὶν*

---

alteram partem fecit, alteram omisit; quare Plato monet haec non ex composito fieri (338 C *κατὰ τὰς ὁμολογίας οὐδὲν γίγνοιτο τῶν τὰ νῦν πραττομένων*).

5 *τὰ νῦν*] in epistula 8 ies (pro *νῦν*) invenitur; praeter nostrum locum: 324 A *ἣν τὰ νῦν Ἱππαρῖνος γέγονε*, B *ἔχει γὰρ καιρὸν τὰ νῦν*, 328 E *πῶς οὐ προδέτοται τὰ νῦν*, 334 D *ζῇ τὰ νῦν οὐ καλῶς*, 335 E *τὰ δὲ νῦν ὑμεῖς πειρᾶσθε* ..., 338 C *τῶν τὰ νῦν πραττομένων*, 339 C *ἂν ... ἔλθῃς τὰ νῦν*. — *νῦν* in epistula occurrit 41 ies. Qui numeri (41 : 8) cum Platonis posterioribus scriptis praesertim cum Legibus optime congruunt: Leg. VI. 30 : 11, X. 28 : 7 [1]) (XI. 16 : 3, XII. 25 : 5 Adam). Conferas de hac re Ritter, Untersuchungen p. 7, Lut. p. 124 nr. 351.

5 *συντεταμένως ἐδεῖτο*] tamquam omnes contendens nervos. Eodem modo dicitur *συντεταμένως ζητεῖν* Phil. 59 A, Rep. VI, 499 A (*ζητεῖν τὸ ἀληθὲς σ. ἐκ παντὸς τρόπου*).

12 *Ἀρχύτης τε*] respondet D *ἄλλοι τέ τινες*. Quae interposita sunt, parenthesis esse videntur. — De vocabuli *τέ*

---

[1]) Adam (l. l. p. 16) 8 *τὰ νῦν*, Ritter (Untersuchungen p. 7) 5 *τὰ νῦν* in Leg. X. numerat; uterque numerus falsus mihi esse videtur. Equidem his locis *τὰ νῦν* legi: 886 B *τί δὴ τοῦτο φράζεις τὰ νῦν*, 890 D *καὶ ἐγώ σοι πιστεύω τὰ νῦν*, 893 A *δοκεῖ δή μοι χρῆναι ποιεῖν οὑτωσὶ τὰ νῦν ἐμέ*, 894 B *ὧν ἕνεκα πᾶσ' ἡμῖν ἐστιν ἡ σκέψις τὰ νῦν*, 897 D *τῆς ἀποκρίσεως* ... *δίκαιον τὰ νῦν προσλαμβάνειν*, 900 A *ταράττῃ τὰ νῦν ἐν ἅπασι τούτοις*, 900 B *τούτῳ τὰ νῦν προσχήσασθαι*.

ἀπιέναι ξενίαν καὶ φιλίαν Ἀρχύτῃ καὶ τοῖς ἐν Τάραντι καὶ Διονυσίῳ ποιήσας ἀπέπλεον) [D] *ἄλλοι τέ τινες ἐν Συρακούσαις ἦσαν Δίωνός τ' ἄττα διακηκοότες καὶ τούτων τινὲς*

---

apud Platonem usurpatione diligenter quaesivit Hermannus Hoefer;[1]) cuius ex observationibus Lutoslawski 10 depromit dicendi modos, qui posteriorum Platonis scriptorum proprii esse videantur (p. 107 sqq. nr. 227 — 235); quorum 5 etiam in nostra epistula inveniuntur, alteros 5, quippe qui in Platonis quoque scriptis perrari sint, non reperiri minime miramur. Ei, qui inveniuntur, hi sunt:

1. Lut. nr. 227: *τε* singulo vocabulo (non enuntiato) appositum, tertiam rem adiungens:

334 D *αὐτοῖς καὶ παισὶ παίδων τ' ἐκγόνοις.*
342 C *ἐπιστήμη καὶ νοῦς ἀληθής τε δόξα.*
345 A *τὸ δεύτερον καὶ τὸ τρίτον πλεονάκις τ' οὐ* ...

2. Lut. nr. 228: *τε* ... *τε*:

328 B *φύσει τε — ἡλικίας τε*
338 C/D *Ἀρχύτης τε — ἄλλοι τέ τινες*
D *ἤρεσκέ τε — ᾐσχύνετό τε*
340 C *ὁδόν τε — ξυντατέον τε*
342 C *ἕτερόν τ' ὂν — τῶν τ' ἔμπροσθεν λεχθ.*
343 E *εἴς τε τὸ μαθεῖν — εἴς τε τὰ* ... *ἤθη.*
345 D *ἑωράκειν τε — ἀγανακτεῖν τε* ..., 348 D.

3. Lut. nr. 229: *τε* ... *τε* singula verba, non enuntiata coniungens:

337 D *ὧν τε Δίων ὧν τ' ἐγὼ* ... (cf. nr. 230).

4. Lut. nr. 231: *τε* simplex:

325 C, D, D, 326 A, 327 B, **328 A,** A, 329 B, 335 A, **A,** 336 A, 336 D, 340 A, 341 E, **343 A,** 345 A (*εἰπόν τε*), 346 A. Omnibus eis, quos typis maioribus signavi, locis „per *τε* vocabulum nova e n u n t i a t a adiciuntur", id quod „posterioribus demum scriptis" (Platonis) fieri Hoefer (p. 7) confirmat.

---

[1]) Hermann Hoefer, De particulis platonicis capita selecta, Bonn, Diss., 1882.

ἄλλοι, παρακουσμάτων τινῶν ἔμμεστοι τῶν κατὰ φιλοσοφίαν· οἵ δοκοῦσί μοι Διονυσίῳ πειρᾶσθαι διαλέγεσθαι τῶν περὶ τὰ τοιαῦτα, ὡς Διονυσίου πάντα διακηκοότος, ὅσα διενοούμην ἐγώ. ὁ δ᾽ οὔτ᾽ ἄλλως ἐστὶν ἀφυὴς πρὸς τὴν τοῦ μανθάνειν δύναμιν, φιλότιμός τε θαυμαστῶς· ἤρεσκέ τ᾽ οὖν ἴσως αὐτῷ τὰ λεγόμεν᾽ ᾐσχύνετό τε φανερὸς γιγνόμενος [E] οὐδὲν ἀκηκοὼς ὅτ᾽ ἐπεδήμουν ἐγώ, ὅθεν ἅμα μὲν εἰς ἐπιθυμίαν ᾔει τοῦ διακοῦσαι ἐναργέστερον, ἅμα δ᾽ ἡ φιλοτιμία κατήπειγεν αὐτόν. δι᾽ ἃ δ᾽ οὐκ ἤκουσεν ἐν τῇ πρόσθεν ἐπιδημίᾳ διεξήλθομεν ἐν τοῖς ἄνω ῥηθεῖσι νῦν δὴ λόγοις. ἐπειδὴ οὖν οἴκαδέ τ᾽ ἐσώθην καὶ καλοῦντος τὸ δεύτερον ἀπηρνήθην, καθάπερ εἶπον νῦν δή, δοκεῖ μοι Διονύσιος παντάπασι φιλοτιμηθῆναι, μή ποτέ τισι δόξαιμι

---

5. Lut. nr. 233: τε tertium enuntiatum coniungens cum duobus antecedentibus, quae vocabulis καί, τε, τε ... καί, μέν ... τε, μέν ... δέ copulata sunt:

332 A/B διένειμέ τε ... καὶ ἐχρήσατο ... ἔδειξέ τε ...

Vocabuli τέ usum in epistula eundem esse atque in Platonis scriptis posterioribus propterea non parvi est momenti, quod nequaquam verisimile est scriptorem in rebus tam exiguis consulto Platonis dictionem imitatum esse.

p. 177, 12 ἐγὼ γὰρ ... Ἀρχύτῃ] Sicut supra (338 A) hoc quoque loco aliquid narratur, quod in prioris itineris narratione Plato omiserat. Qua ex re cognoscimus nequaquam omnia illo tempore gesta esse exposita.

p. 178, 3 διακηκοότες] διακούειν vocabulum, quod hic parvis spatiis intermissis ter legitur, in posterioribus demum Platonis scriptis occurrit, cf. Lut. p. 139 nr. 481.

9 δι᾽ ἃ δ᾽ οὐκ ἤκουσεν ... ἐν τοῖς ἄνω κτέ.] ad p. 330 B referenda sunt. Quod Odau (p. 23) dicit Platonem his verbis respexisse „ad ea, quae non procul absunt" eiusque dictionis multa confert exempla, respondendum est verba νῦν δή non semper ad statim praecedentia referenda esse (velut Leg. VI, 754 B καθάπερ εἶπον νῦν δή ad 752 C/D pertinent) et vocabulo ἄνω aperte significari de hac re superiore loco scriptum esse.

καταφρονῶν αὐτοῦ, τῆς φύσεώς τε καὶ ἕξεως [339] ἅμα καὶ τῆς διαίτης ἔμπειρος γεγονώς, οὐκέτ' ἐθέλειν δυσχεραίνων παρ' αὐτὸν ἀφικνεῖσθαι. δίκαιος δὴ λέγειν εἰμὶ τἀληθὲς καὶ ὑπομένειν, εἴ τις ἄρα τὰ γεγονότ' ἀκούσας καταφρονήσει τῆς ἐμῆς φιλοσοφίας, τὸν τύραννον δ' ἡγήσεται νοῦν ἔχειν. ἔπεμψε μὲν γὰρ δὴ Διονύσιος τρίτον ἐπ' ἐμὲ τριήρη ῥᾳστώνης ἕνεκα τῆς πορείας, ἔπεμψε δ' Ἀρχίδημον, ὃν ἡγεῖτό με τῶν ἐν Σικελίᾳ περὶ πλείστου ποιεῖσθαι, τῶν Ἀρχύτῃ ξυγγεγονότων ἕνα, [B] καὶ ἄλλους γνωρίμους τῶν ἐν Σικελίᾳ· οὗτοι δ' ἡμῖν ἤγγελλον πάντες τὸν αὐτὸν λόγον, ὡς θαυμαστὸν ὅσον Διονύσιος ἐπιδεδωκὼς εἴη πρὸς φιλοσοφίαν. ἔπεμψε δ' ἐπιστολὴν πάνυ μακρὰν εἰδὼς ὡς πρὸς Δίωνα διεκείμην καὶ τὴν αὖ Δίωνος προθυμίαν τοῦ ἐμὲ πλεῖν καὶ εἰς Συρακούσας ἐλθεῖν· πρὸς γὰρ δὴ πάντα ταῦτ' ἦν παρεσκευασμένη τὴν ἀρχὴν ἔχουσ' ἡ ἐπιστολή, τῇδέ πῃ φράζουσαν· Διονύσιος Πλάτωνι. τὰ νόμιμ' ἐπὶ [C] τούτοις εἰπὼν οὐδὲν τὸ μετὰ τοῦτ' εἶπε πρότερον, ἢ ὡς, ἂν εἰς Σικελίαν πεισθεὶς ὑφ' ἡμῶν ἔλθῃς τὰ νῦν, πρῶτον μέν σοι τὰ περὶ Δίων' ὑπάρξει ταύτῃ γιγνόμεν', ὅπῃπερ ἂν αὐτὸς ἐθέλῃς, θελήσεις δ' οἶδ' ὅτι τὰ μέτρια, καὶ ἐγὼ συγχωρήσομαι· εἰ δὲ μή, οὐδέν σοι τῶν περὶ Δίων' ἕξει πραγμάτων οὔτε περὶ τἆλλ' οὔτε περὶ αὐτὸν κατὰ

1 φύσεώς τε καὶ ἕξεως] cf. Leg. I, 650 B: τὸ γνῶναι τὰς φύσεις τε καὶ ἕξεις τῶν ψυχῶν.

11 θαυμαστὸν ὅσον ἐπιδεδωκὼς εἴη] cf. 325 D διεφθείρετο καὶ ἐπεδίδου θαυμαστὸν ὅσον, Theaet. 150 D θαυμαστὸν ὅσον ἐπιδιδόντες.

16 φράζουσαν] libri φράζουσα. Auctore Friderico Blass φράζουσαν scripsi: sequitur initium epistulae, non tota epistula, cf. C τἆλλα δὲ μάκρ' ἂν εἴη κτέ. — Quae de epistula narrantur, observatione digna sunt. Dionysius Platoni promittit se in omnibus rebus, quae ad Dionem pertineant, illius voluntati obsecuturum esse; deinde veritus, ne nimium pollicitus sit, statim addit θελήσεις δ' οἶδ' ὅτι τὰ μέτρια. Haec verba, quibus simul Platonem laudat simul promissionem circumscribit, tam optime cum rerum condicioni accommodata tum Dionysii moribus apta sunt, ut a falsario scripta esse credere non possim.

νοῦν γιγνόμενον. ταῦθ' οὕτως εἶπε, τἆλλα δὲ μάκρ' ἂν εἴη καὶ ἄνευ καιροῦ λεγόμενα. ἐπιστολαὶ δ' ἄλλαι [D] *ἐφοίτων παρὰ τ' Ἀρχύτου καὶ τῶν ἐν Τάραντι, τήν τε φιλοσοφίαν ἐγκωμιάζουσαι τὴν Διονυσίου, καὶ ὅτι ἂν μὴ ἀφίκωμαι νῦν τὴν πρὸς Διονύσιον αὐτοῖς γενομένην φιλίαν δι' ἐμοῦ οὐ σμικρὰν οὖσαν πρὸς τὰ πολιτικὰ παντάπασι διαβαλοίην. ταύτης δὲ τοιαύτης γενομένης ἐν τῷ τότε χρόνῳ τῆς μεταπέμψεως, τῶν μὲν ἐκ Σικελίας τε καὶ Ἰταλίας ἑλκόντων, τῶν δ' Ἀθήνηθεν ἀτεχνῶς μετὰ δεήσεως οἷον ἐξωθούντων με, καὶ πάλιν* [E] *ὁ λόγος ἧκεν ὁ αὐτός, τὸ μὴ δεῖν προδοῦναι Δίωνα μηδὲ τοὺς ἐν Τάραντι ξένους τε καὶ ἑταίρους· αὐτῷ δέ μοι ὑπῆν, ὡς οὐδὲν θαυμαστὸν νέον ἄνθρωπον παρακούοντ' ἀξίων λόγου πραγμάτων, εὐμαθῆ, πρὸς ἔρωτ' ἐλθεῖν τοῦ βελτίστου βίου· δεῖν οὖν*

---

1 *γιγνόμενον*] cum Hermanno scripsi, libri -*μενα*.

6 *παντάπασι διαβαλοίην*] *διαβάλλειν* h. l. non est „calumniari" sed propria significatione „disiungere". Eodem sensu positum est Rep. IV, 498 C: *μὴ διάβαλλε . . . ἐμὲ καὶ Θρασύμαχον ἄρτι φίλους γεγονότας*, Conv. 222 C: *τοῦ ἐμὲ καὶ Ἀγάθωνα διαβάλλειν*. Quod autem his locis duo, nostro unum verbo appositum invenitur obiectum, mirum non est, cum semper eis verbis, quae separationem aliquam significant, aut totum illud, quod ea separatione dividitur (*φιλία*), aut singulas partes separatas (*φίλοι*) obiecta adiungere possis. Cf. *διακρίνειν, διαιρεῖν*, alia (Ast, Lex. Plat.).

10 *ὁ λόγος ἧκεν ὁ αὐτός*] cf. 328 C sqq.

12 *ὑπῆν*] *ὑπεῖναι* hoc uno loco invenitur; sed conferas Phaedr. 251 A: *καί τι τῶν τόθ' ὑπῆλθεν αὐτὸν δειμάτων*. Eadem dicendi ratio est utroque loco, neque vero imitationis quicquam; imitator enim *ὑπέρχεσθαι* dicere debebat.

12 *ὡς οὐδὲν θαυμαστὸν κτἑ.*] cf. 338 B sq. *ὡς Διονύσιος θαυμαστῶς φιλοσοφίας ἐν ἐπιθυμίᾳ πάλιν εἴη γεγονὼς . . . ἐγὼ δ' ἤδη μέν που κατὰ τὴν φιλοσοφίαν τοῖς νέοις πολλὰ τοιαῦτα γιγνόμενα*. Cum ibi in universum dictum sit talia saepius accidere, hic eadem nunc in Dionysio fieri posse probatur.

14 *πρὸς ἔρωτ' ἐλθεῖν τοῦ βελτίστου βίου*] Omnis philosophiae principium amorem quendam philosophiae esse consentiunt

αὐτ' ἐξελέγξαι σαφῶς, ὁποτέρως ποτ' ἄρα σχοίη, καὶ τοῦτ' αὐτὸ μηδαμῇ προδοῦναι μηδ' ἐμὲ τὸν αἴτιον γενέσθαι τηλικούτου ἀληθῶς ὀνείδους, εἴπερ [340] *ὄντως εἴη τῳ ταῦτα λελεγμένα. πορεύομαι δὴ τῷ λογισμῷ τούτῳ κατακαλυψάμενος, πολλὰ δεδιὼς μαντευόμενός τ' οὐ πάνυ καλῶς, ὡς ἔοικεν. ἐλθὼν δ' οὖν τὸ τρίτον τῷ σωτῆρι τοῦτό γ' οὖν ἔπραξ' ὄντως· ἐσώθην γάρ τοι πάλιν εὐτυχῶς, καὶ τούτων*

---

alia Platonis scripta et epistula nostra. Non satis est alicui quid iustum rectumque sit demonstrare (nostro loco: *παρακούοντ' ἀξίων λόγου πραγμάτων*) — neque enim Nestoris nos habemus dicendi vim, Leg. IV, 711 D/E —, sed a deo amorem philosophiae (vel iusti, vel optimae vitae) inseri oportet.

3 *ἀληθῶς*] *ἀληθῶς* (pro *ὡς ἀληθῶς*), quod praeter hunc locum 326 B invenitur, posteriorum Platonis scriptorum proprium est, cf. Lut. p. 120 nr. 311.

3 *ὄντως*] in epistula legitur 14ies: 326 B, 328 D, 333 A, 335 A, D, 340 A, A, B, B, C, D, 344 C, 345 B, 349 E. Eadem crebritate est in Platonis posterioribus scriptis, cum in prioribus *τῷ ὄντι* occurrat, Lut. p. 120 nr. 309. Sensus idem est atque apud Platonem (= *ἀληθῶς*), Lut. p. 110 nr. 241.

340 A B. Postquam Syracusas advenit, nihil antiquius habet Plato, quam ut Dionysii mentem ac studium experiatur.

6 *τὸ τρίτον τῷ σωτῆρι τοῦτό γ' οὖν ἔπραξ' ὄντως*] Cum dicat hoc se „tertium servatori" re vera fecisse, apertum est Platonem proverbii alicuius rationem habere, cuius verba (saepe scilicet non recte usurpata) hic exitum habuisse credat. De verbi *ὄντως* eiusmodi usu cf. Phil. 32 D: *εἴπερ ὄντως ἐστὶ τὸ λεγόμενον,* Leg. II, 655 E: *οὐχ ὡς ἔπος εἰπεῖν μυριοστὸν ἀλλ' ὄντως,* alia. Proverbium illud *τὸ τρίτον τῷ σωτῆρι* in Platonis scriptis invenitur Charm. 167 A: *πάλιν τοίνυν . . . τὸ τρίτον τῷ σωτῆρι ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς ἐπισκεψώμεθα,* Phil. 66 D: *ἴθι δή, τὸ τρίτον τῷ σωτῆρι τὸν αὐτὸν διαμαρτυράμενοι λόγον ἐπεξέλθωμεν,* Rep. IX, 583 A/B: *ταῦτα μὲν τοίνυν οὕτω δύ' ἐφεξῆς ἂν εἴη, καὶ δὶς νενικηκὼς ὁ δίκαιος τὸν ἄδικον, τὸ δὲ τρίτον Ὀλυμπικῶς τῷ σωτῆρί τε καὶ τῷ Ὀλυμπίῳ Διί, ἄθρει . . .* Ex his locis satis apparet proverbialiter

γε μετὰ θεὸν Διονυσίῳ χάριν εἰδέναι χρεών, ὅτι πολλῶν βουληθέντων ἀπολέσαι με διεκώλυσε καὶ ἔδωκέ τι μέρος αἰδοῖ τῶν περὶ ἐμὲ πραγμάτων. ἐπειδὴ δ' ἀφικόμην, ᾤμην τούτου πρῶτον [B] ἔλεγχον δεῖν λαβεῖν, πότερον ὄντως εἴη Διονύσιος ἐξημμένος ὑπὸ φιλοσοφίας ὥσπερ πυρός, ἢ μάτην ὁ πολὺς οὗτος ἔλθοι λόγος Ἀθήναζε. ἔστι δή τις τρόπος τοῦ περὶ τὰ τοιαῦτα πεῖραν λαμβάνειν οὐκ ἀγεννὴς ἀλλ' ὄντως τυράννοις πρέπων, ἄλλως τε καὶ τοῖς τῶν παρακουσμάτων μεστοῖς, ὃ δὴ κἀγὼ Διονύσιον εὐθὺς ἐλθὼν ᾐσθόμην καὶ μάλα πεπονθότα. δεικνύναι δὴ δεῖ τοῖς

---

dicta fuisse haec verba τὸ τρίτον τῷ σωτῆρι, cf. Heindorf ad Charm. l. l., qui etiam comparat nostrum illud „Aller guten Dinge sind drei". Quodsi Schol. ad Charm. l. l. p. 92 scribit: τὸ τρίτον τῷ Σωτῆρι ἐπὶ τῶν τελείως τι πραττόντων, τὰς γὰρ τρίτας σπονδὰς καὶ τὸν τρίτον κρατῆρα ἐκίρνων τῷ Διὶ τῷ Σωτῆρι, ex illo, de quo dicit, libationis usu item atque ex nostris locis cognoscimus Iovis servatoris numen aliquo modo cum numero ternario coniunctum fuisse. Idem etiam ex loco 334 D intellegitur: Plato Dionis familiares admonet, ut „Iovis tertii servatoris" gratia consilium suum sequantur, quod tertii accipiant. Perquam falso locum interpretati sunt, qui dicunt scriptorem illa libationis consuetudine parum intellecta pro τὸ τρίτον τῷ σωτῆρι scripsisse Ζεὺς τρίτος σωτήρ (K. p. 71 sq.). Immo hoc eadem atque illis locis coniunctio Iovis servatoris cum ternario numero apparet, quam ad libationem solam referre ridiculum est. Eandem in Aeschyli fabulis observamus Hiket. 27, Agam. 1386 sq., Eum. 759. De ternarii numeri vi atque significatione nuper egit Usener in Mus. Rhen. 1903, qui quamquam horum locorum mentionem non fecit, tamen similia observavit non pauca (cf. p. 15 sq. 17. 208. 357).

1 χρεών] pro χρή non invenitur nisi in posterioribus (Platonis) scriptis, cf. Ritter, Untersuch. p. 6, Lut. p. 122 nr. 316.

5 ἐξημμένος κτἑ.] cf. 341 C οἷον ἀπὸ πυρὸς πηδήσαντος ἐξαφθὲν φῶς, cf. Rep. VI, 498 A.

340 B — 341 A. Experiendi ratio ostenditur.

10 καὶ μάλα πεπονθότα] καὶ μάλα, quod in prioribus

τοιούτοις, ὅ τι ἔστι πᾶν τὸ πρᾶγμα, οἷόν τε καὶ δι' ὅσων [C] *πραγμάτων καὶ ὅσον πόνον ἔχει· ὁ γὰρ ἀκούσας, ἐὰν μὲν ὄντως ᾖ φιλόσοφος οἰκεῖός τε καὶ ἄξιος τοῦ πράγματος θεῖος ὤν, ὁδόν θ' ἡγεῖται θαυμαστὴν ἀκηκοέναι ξυντατέον τ' εἶναι καὶ οὐ βιωτὸν ἄλλως ποιοῦντι· μετὰ τοῦτο δὴ ξυντείνας αὐτόν τε καὶ τὸν ἡγούμενον τὴν ὁδὸν οὐκ ἀνίησι, πρὶν ἂν ἢ τέλος ἐπιθῇ πᾶσιν ἢ λάβῃ δύναμιν ὥστ' αὐτὸς αὐτὸν χωρὶς τοῦ δείξαντος μὴ ἀδύνατος εἶναι ποδηγεῖν. ταύτῃ καὶ κατὰ ταῦτα διανοηθεὶς ὁ τοιοῦτος ζῇ* [D] *πράττων μὲν ἐν αἷς τισιν ἂν ᾖ πράξεσι, παρὰ πάντα δ' ἀεὶ φιλοσοφίας ἐχόμενος καὶ τροφῆς τῆς καθ' ἡμέραν, ἥτις ἂν αὐτὸν μάλιστ' εὐμαθῆ τε καὶ μνήμονα καὶ λογίζεσθαι δυνατὸν ἐν αὑτῷ νήφοντ' ἀπεργάζηται· τὴν δ' ἐναντίαν ταύτῃ μισῶν διατελεῖ. οἱ δ' ὄντως μὲν μὴ φιλόσοφοι, δόξαις δ' ἐπικεχρωσμένοι καθάπερ οἱ τὰ σώμαθ' ὑπὸ τοῦ ἡλίου ἐπικεκαυμένοι, ἰδόντες θ' ὅσα μαθήματ' ἐστὶ καὶ ὁ πόνος ἡλίκος καὶ δίαιθ' ἡ καθ' ἡμέραν ὡς πρέπουσ' ἡ κοσμία τῷ* [E] *πράγματι, χαλεπὸν ἡγησάμενοι καὶ ἀδύνατον αὐτοῖς οὔτε δὴ ἐπιτηδεύειν δυνατοὶ γίγνονται,* [341] *ἔνιοι δ' αὐτῶν*

Platonis scriptis perrarum est, in posterioribus crebrius invenitur, cf. Ritter, Unters. p. 23, Lut. p. 124 nr. 352. In epistula tribus locis legitur, praeter nostrum locum 333 C *καὶ μάλ' ἀτόπῳ* ..., 349 B *καὶ μάλα τυραννικῶς*.

4 *θεῖος ὤν*] cf. ad 339 E.

4 *ξυντατέον* — *ξυντείνας*] cf. ad 324 C. — *αὐτόν τε καὶ τὸν ἡγούμενον τὴν ὁδόν* coniungenda sunt cum *οὐκ ἀνίησι.*

13 *ἀπεργάζηται*] Verbum *ἀπεργάζομαι*, in posterioribus Platonis scriptis crebrius quam in prioribus (Lut. p. 97), in epistula ter legitur.

17 *δίαιθ'* ... *ἡ κοσμία*] cf. Phaedr. 256 B *ἐγκρατεῖς αὑτῶν καὶ κόσμιοι ὄντες*, Rep. III, 408 A: *ἄνδρας* ... *κοσμίους ἐν διαίτῃ.*

19 *ἔνιοι δ' αὐτῶν κτέ.*] cf. Leg. IV, 716 A: *εἰ δέ τις ἐξαρθεὶς ὑπὸ μεγαλαυχίας* ... *ἅμα νεότητι καὶ ἀγνοίᾳ* (Ast) *φλέγεται* (Ast) *τὴν ψυχὴν μεθ' ὕβρεως, ὡς οὔτ' ἄρχοντος οὔτε τινὸς ἡγεμόνος δεόμενος, ἀλλὰ καὶ ἄλλοις ἱκανὸς ὤν*

πείθουσιν αὐτούς, ὡς ἱκανῶς ἀκηκοότες εἰσὶ τὸ ὅλον καὶ οὐδὲν ἔτι δέονταί τινων πραγμάτων. ἡ μὲν δὴ πεῖρ' αὕτη γίγνεται ἡ σαφής τε καὶ ἀσφαλεστάτη πρὸς τοὺς τρυφῶντάς τε καὶ ἀδυνάτους διαπονεῖν, ὡς μηδέποτε βαλεῖν ἐν αἰτίᾳ τὸν δεικνύντ' ἀλλ' αὐτὸν αὑτόν, μὴ δυνάμενον πάντα τὰ πρόσφορ' ἐπιτηδεύειν τῷ πράγματι. οὕτω δὴ καὶ Διονυσίῳ τότ' ἐρρήθη τὰ ῥηθέντα. πάντα μὲν οὖν οὔτ' ἐγὼ [B] διεξῆλθον, οὔτε Διονύσιος ἐδεῖτο· πολλὰ γὰρ αὐτὸς καὶ τὰ μέγιστ' εἰδέναι τε καὶ ἱκανῶς ἔχειν προσεποιεῖτο διὰ τὰς ὑπὸ τῶν ἄλλων παρακοάς· ὕστερον δὲ καὶ ἀκούω γεγραφέναι

ἡγεῖσθαι, καταλείπεται ἔρημος θεοῦ, καταλειφθεὶς δὲ καὶ ἔτι ἄλλους τοιούτους προσλαβών, σκιρτᾷ ταράττων πάνθ' ἅμα, καὶ πολλοῖς τισιν ἔδοξεν εἶναί τις, μετὰ δὲ χρόνον οὐ πολὺν ὑποσχὼν τιμωρίαν οὐ μεμπτὴν τῇ δίκῃ, ἑαυτόν τε καὶ οἶκον καὶ πόλιν ἄρδην ἀνάστατον ἐποίησε.

341 A/B. Experimento facto Dionysius non probatus est.

7 *πάντα μὲν οὖν οὔτ' ἐγὼ διεξῆλθον κτἑ.*] Se non omnia Dionysio explicasse Plato affirmat, ne quis credat Platonis sententiam ex Dionysii libro cognosci posse; nam quae sequuntur ad illud Dionysii scriptum pertinent. — Iniuria Odau haec verba pugnare dicit cum illis, quae supra legimus, 340 B *δεικνύναι δὴ δεῖ τοῖς τοιούτοις κτἑ.* Ibi dictum est magnitudinem totius rei atque laboris eis esse demonstrandam, qui ad philosophiam accedere vellent, quo cognoscerentur ei, qui vero philosophiae amore inflammati essent.

341 B (— 345 C). De Dionysii scripto.

10 Verbis *ὕστερον δ' ἀκούω κτἑ.* de Dionysii libello disserere instituit, atque in hac re diutius commoratur. Nobis hic quoque locus obscurus esse videtur, quia ignoramus ea, quae Dionis familiaribus satis nota fuisse constat. Scriptor enim consulto ut de re ignobili incertis verbis utitur. — Dionysius scripsit *περὶ ὧν τότ' ἤκουσε*; Plato censet ab eo divinas res profanatas esse et enixe operam dat, ut demonstret culpam huius facti Dionysio soli tribuendam esse. Iam intellegimus, cur tanta diligentia de experiendi ratione exposuerit: probare voluit, se

αὐτὸν περὶ ὧν τότ' ἤκουσε, συνθένθ' ὡς αὑτοῦ τέχνην, οὐδὲν τῶν αὐτῶν ὧν ἀκούοι· οἶδα δ' οὐδὲν τούτων. ἄλλους μέν τινας οἶδα γεγραφότας περὶ τῶν αὐτῶν τούτων, οἵτινες δ' οὐδ' αὐτοὶ αὑτούς· τοσόνδε γε μὴν περὶ πάντων ἔχω φράζειν τῶν γεγραφότων [C] *καὶ γραψόντων, ὅσοι φασὶν εἰδέναι περὶ ὧν ἐγὼ σπουδάζω, εἴτ' ἐμοῦ ἀκηκοότες εἴτ' ἄλλων εἴθ' ὡς εὑρόντες αὐτοί, τούτους οὐκ ἔστι κατά γε τὴν ἐμὴν δόξαν περὶ τοῦ πράγματος ἐπαΐειν οὐδέν. οὔκουν ἐμόν γε περὶ αὐτῶν ἔστι σύγγραμμ' οὐδὲ μήποτε γένηται· ῥητὸν γὰρ οὐδαμῶς ἐστιν ὡς ἄλλα μαθήματα,*

---

non temere sed optimo consilio cum Dionysio de talibus rebus collocutum esse. — Quae sequuntur, sunt de divinis illis philosophiae principiis. Philosophia doceri non potest sicut aliae doctrinae; verum si quis totam vitam philosophiae dedidit atque omnibus viribus eam assequi studet, sicut ignis scintilla incensus in animo oritur. Hoc non esse hominum sed deorum factum pluribus locis Plato confirmat (cf. 327 C *ξυλλαμβανόντων θεῶν*). Itaque neque describi neque doceri potest. — De Dionysii scripto, quod summo studio Plato reiciendum esse iudicat, si licet ex his aliquid colligere, haec fere dicamus: Dionysius *τέχνην* composuit, qua philosophiam doceri posse explicavit et docendi rationem demonstravit (cf. locum Leg. IV, 716 A p. 122 sq. descriptum, inprimis verba „*ἀλλὰ καὶ ἄλλοις ἱκανὸς ὢν ἡγεῖσθαι*"). Sed haec coniecta sunt; Dionis familiares certe melius sciebant, quid Dionysii *τέχνη* contineret.

4 *γε μὴν*] praecipue in posterioribus Platonis scriptis invenitur, Lut. p. 104 nr. 203.

5 *φράζειν*] *φράζειν* verbum, quamquam non omnino deest in prioribus Platonis scriptis, tamen crebrius est in posterioribus, Lut. p. 97. In epistula 6 ies legitur.

6 *περὶ ὧν ἐγὼ σπουδάζω*] Platonem alios ad philosophiam perducere studuisse satis constat. Qua de re *τέχνην* non composuit.

10 *ῥητὸν γὰρ οὐδαμῶς ἐστιν*] Philosophia non singulis praeceptis continetur; est enim vitae degendae ratio, quae ex communi vita magis quam ex verbis cognosci potest. At non omnes, qui eam cognoverunt, probant atque sequuntur.

ἀλλ' ἐκ πολλῆς συνουσίας γιγνομένης περὶ τὸ πρᾶγμ' αὐτὸ καὶ τοῦ συζῆν ἐξαίφνης οἷον ἀπὸ πυρὸς πηδήσαντος [D] ἐξαφθὲν φῶς ἐν τῇ ψυχῇ γενόμενον αὐθ' ἑαυτ' ἤδη τρέφει. καίτοι τοσόνδε γ' οἶδ', ὅτι γραφέντ' ἢ λεχθένθ' ὑπ' ἐμοῦ βέλτιστ' ἂν λεχθείη· καὶ μὴν ὅτι γεγραμμένα κακῶς οὐχ ἥκιστ' ἂν ἐμὲ λυποῖ· εἰ δέ μοι ἐφαίνετο γραπτέα θ' ἱκανῶς εἶναι πρὸς τοὺς πολλοὺς καὶ ῥητά, τί τούτου κάλλιον ἐπέπρακτ' ἂν ἡμῖν ἐν τῷ βίῳ, ἢ τοῖς τ' ἀνθρώποισι μέγ' ὄφελος γράψαι καὶ τὴν φύσιν εἰς φῶς πᾶσι προαγαγεῖν; ἀλλ' οὔτ' ἀνθρώποις ἡγοῦμαι τὴν ἐπιχείρησιν [E] περὶ αὐτῶν λεγομένην ἀγαθόν, εἰ μή τισιν ὀλίγοις, ὁπόσοι δυνατοὶ ἀνευρεῖν αὐτοὶ διὰ σμικρᾶς ἐνδείξεως τῶν δὲ δὴ ἄλλων τοὺς μὲν καταφρονήσεως οὐκ ὀρθῶς ἐμπλήσειεν ἂν οὐδαμῇ ἐμμελοῦς, τοὺς δ' ὑψηλῆς καὶ χαύνης ἐλπίδος, ὡς σέμν' ἄττα μεμαθηκότας.

[342] Ἔτι δὲ μακρότερα περὶ αὐτῶν ἐν νῷ μοι γέγονεν εἰπεῖν. τάχα γὰρ ἂν περὶ ὧν λέγω σαφέστερον ἂν εἴη τι λεχθέντων αὐτῶν· ἔστι γάρ τις λόγος ἀληθὴς ἐναντίος τῷ τολμήσαντι γράφειν τῶν τοιούτων καὶ ὁτιοῦν, πολλάκις μὲν ὑπ' ἐμοῦ καὶ πρόσθεν ῥηθείς, ἔοικε δ' οὖν εἶναι καὶ νῦν λεκτέος.

Ἔστι τῶν ὄντων ἑκάστῳ, δι' ὧν τὴν ἐπιστήμην ἀνάγκη παραγίγνεσθαι, τρία· τέταρτον δ' αὐτή· πέμπτον δ' αὐτὸ

---

5 *καὶ μὴν*] *καὶ μήν*, quod in epistula ter legitur (h. l., 343 B, 347 E), in posterioribus demum Platonis scriptis saepius invenitur, Lut. p. 104 nr. 205. — *ἀλλὰ μήν*, quod in prioribus scriptis eadem vel maiore est frequentia (ib. nr. 206), in epistula non reperitur.

8 *ἀνθρώποισι*] Dativi Ionici quinque in epistula leguntur. Sunt autem haec quoque posterioris Platonis dictionis propria, Ritter, Unters. p. 9, Lut. p. 88 nr. 22, Adam p. 16.

342 A — 344 D. Pro rei gravitate non veretur scriptor maiorem digressionem inserere. Putat ea, quae exposuit, melius intellegi posse omnium verborum imbecillitate perspecta.

22 *Ἔστι ... τρία*] Facile observabis Platonis consuetudinem, qui numerando et dividendo rerum contextum atque ordinem

τιθέναι δεῖ ὃ δὴ γνωστόν τε καὶ ἀληθές [B] ἐστιν· ὧν ἓν μὲν ὄνομα, δεύτερον δὲ λόγος, τὸ δὲ τρίτον εἴδωλον, τέταρτον δ' ἐπιστήμη. περὶ ἓν οὖν λαβὲ βουλόμενος μαθεῖν τὸ νῦν λεγόμενον, καὶ πάντων οὕτω πέρι νόησον. κύκλος ἐστί τι λεγόμενον, ᾧ τοῦτ' αὐτ' ἐστὶν ὄνομ' ὃ νῦν ἐφθέγμεθα· λόγος δ' αὐτοῦ τὸ δεύτερον ἐξ ὀνομάτων καὶ ῥημάτων συγκείμενος. τὸ γὰρ ἐκ τῶν ἐσχάτων ἐπὶ τὸ μέσον ἴσον ἀπέχον πάντῃ λόγος ἂν εἴη ἐκείνου, ᾧπερ στρόγγυλον καὶ περιφερὲς ὄνομα καὶ κύκλος. τρί[C]τον δὲ τὸ ζωγραφούμενόν τε καὶ ἐξαλειφόμενον καὶ τορνευόμενον καὶ

---

explicat, cf. Leg. V, 726 E *τὰ δ' αὐτοῦ διττά ἐστι παντάπασι, τὰ μὲν οὖν κρείττω καὶ ἀμείνω δεσπόζοντα, τὰ δ' ἥττω καὶ χείρω δοῦλα*, 733 D *τίνες δὲ καὶ πόσοι εἰσὶ βίοι*, 735 A *ἔστι γὰρ δὴ δύο πολιτείας εἴδη* ..., 743 E *ὄντων γὰρ τριῶν τῶν ἁπάντων, περὶ ἃ πᾶς ἄνθρωπος σπουδάζει.*

p. 187, 22 *δι' ὧν — ἀνάγκη παραγίγνεσθαι*] Necesse est scientiam non venire nisi sequentem tres illas res.

2 *εἴδωλον*] simpliciter intellegendum est „imago", cf. Soph. 264 C: *οὔτ' εἰκὼν οὔτ' εἴδωλον*, alia permulta (cf. Ast, lex. Plat.). Quare errare videtur Karsten, cum dicit (p. 191): „*εἴδωλον* vero est forma ipsis rebus propria, quam mutare homines nequeunt" et „*εἴδωλον* vero est pars eius, quod cognoscendum est". Quod pergit Karsten: „Falso autem dicit *ἑκάστῳ τῶν ὄντων* esse *εἴδωλον* ... Num autem iustitiae, animi, virtutis sunt *εἴδωλα*, species sub oculos cadentes?", ex falsa interpretatione vocabuli *εἴδωλον* fluxit. Circuli imago est circulus delineatus vel tornatus, iustitiae imago est quodlibet iustitiae exemplum perspicuum, sicut ipse dicit Plato Rep. IV, 443 C: *Τὸ δέ γ' ἦν ἄρα ... εἴδωλόν τι τῆς δικαιοσύνης, τὸ τὸν μὲν σκυτοτομικὸν φύσει ὀρθῶς ἔχειν σκυτοτομεῖν καὶ ἄλλο μηδὲν πράττειν, τὸν δὲ τεκτονικὸν τεκταίνεσθαι, καὶ τἆλλα δὴ οὕτως.*

3 *λαβὲ βουλόμενος*] Ex consuetudine dialogi scriptor numero utitur singulari.

4 *κύκλος*] Observandum est scriptorem exemplum sumere ab arte geometrica.

10 *ζωγραφούμενον*] *ζωγραφούμενόν τε καὶ ἐξαλειφό-*

ἀπολλύμενον· ὧν αὐτὸς ὁ κύκλος, ὃν πέρι πάντ' ἐστὶ ταῦτα, οὐδὲν πάσχει τούτων ὡς ἕτερον ὄν. τέταρτον δ' ἐπιστήμη καὶ νοῦς ἀληθής τε δόξα περὶ ταῦτ' ἐστίν· ὡς δ' ἓν τοῦτ' αὖ πᾶν θετέον, οὐκ ἐν φωναῖς οὐδ' ἐν σωμάτων σχήμασιν ἀλλ' ἐν ψυχαῖς ἐνόν, ᾧ δῆλον ἕτερόν τ' ὂν αὐτοῦ τοῦ κύκλου τῆς φύσεως τῶν τ' ἔμπροσθεν λεχθέντων τριῶν· τούτων δ' ἐγγύτατα μὲν [D] ξυγγενείᾳ καὶ ὁμοιότητι τοῦ πέμπτου νοῦς πεπλησίακε, τἆλλα δὲ πλέον ἀπέχει. ταὐτὸν δὲ περί τ' εὐθέος ἅμα καὶ περιφεροῦς

μενον | καὶ τορνευόμενον καὶ ἀπολλύμενον tam bene inter se respondent verba, ut ordinis mutandi (K. p. 182) causam non videam.

3 ἐπιστήμη καὶ νοῦς ἀληθής τε δόξα] Haec tria pro uno collocanda esse statim explicatur. Cum enim nomen et definitio vocibus (ἐν φωναῖς), imago corporum figuris (ἐν σωμάτων σχήμασιν) contineatur, haec in animo sita sunt. Quae de hoc loco dicit Karsten (p. 192) admodum cônfusa sunt. Monet apud Platonem ἐπιστήμην, νοῦν, ἀληθῆ δόξαν distingui („opposita" et „contraria" illa esse dicens minime recte dicit; neque enim quae distinguuntur, statim contraria sunt). At nostro quoque loco distinguuntur; si enim omnino eadem essent haec tria, minime erat explicandum, cur uno loco ponenda essent (ὡς δ' ἓν τοῦτ' αὖ πᾶν θετέον ...). Plane ridendum est, quod Karsten affert de loco Leg. II, 653 A, quo „nostrum forsitan ad haec coniungenda ductum esse" contendit; ibi legimus: φρόνησιν δὲ καὶ ἀληθεῖς δόξας βεβαίους, εὐτυχὴς ὅτῳ καὶ πρὸς τὸ γῆρας παρεγένετο. Ad quae Karsten: „At Plato hic loquitur ex communi more, non, ut in Epistola, definita et propria verborum significatione utitur." At minime verisimile est Platonem in epistula ad Dionis familiares missa non ex communi more dicere sed definita verborum significatione uti!

7 τούτων δ' ἐγγύτατα ... νοῦς πεπλησίακε] Aperte dicitur tria illa supra coniuncta inter se differre.

9 ταὐτὸν δὴ περί τ' εὐθέος] Verbum ταὐτόν premendum non esse patet; velut imagines iusti aliae sunt atque imagines circuli. Scriptor eos, qui legerent, haec comprensuros esse confisus est.

σχήματος καὶ χρόας, περί τ' ἀγαθοῦ καὶ καλοῦ καὶ δικαίου καὶ περὶ σώματος ἅπαντος σκευαστοῦ τε καὶ κατὰ φύσιν γεγονότος, πυρὸς ὕδατός τε καὶ τῶν τοιούτων πάντων καὶ ζώου ξύμπαντος πέρι καὶ ἐν ψυχαῖς ἤθους, καὶ περὶ ποιήματα καὶ παθήματα ξύμπαντα· οὐ γὰρ ἄν τούτων μή τις τὰ [E] *τέτταρα λάβῃ ἁμῶς γέ πως, οὔποτε τελέως ἐπιστήμης τοῦ πέμπτου μέτοχος ἔσται. πρὸς γὰρ τούτοις*

---

5 *ποιήματα καὶ παθήματα*] eodem modo iunguntur Rep. IV, 437 B, Soph. 248 B.

6 *ἁμῶς γέ πως*] aliqua ratione, verbum a Platone, praesertim in Legibus, persaepe usurpatum, Leg. I, 641 E, II, 663 B al., VII, 736 A. 737 A; similiter *ἁμῇ γέ πῃ* Leg. IV, 716 C, XII, 955 E, al.

6 *οὔποτε τελέως κτἑ.*] Rudolfus Adam (l. l., p. 14 sq.) Politici locum (258 E) conferens distinguit *γνωστικὴν* et *πρακτικὴν ἐπιστήμην*; ad hanc *ὄνομα, λόγον, εἴδωλον* pertinere dicit, ad illam *νοῦν, ἐπιστήμην, ἀληθῆ δόξαν*; utramque verbo *τελέως ἐπιστήμη* contineri. Mihi non rectum videtur illam distinctionem in hunc locum transferre. Plato, qua est libertate et amplitudine animi, nunquam easdem repetit partitiones, sed semper denuo rem disponit; praeterea *τελέως* ad *μέτοχος ἔσται* pertinet, non ad *ἐπιστήμης*. „Nisi quis haec quattuor aliqua certe ratione amplexus erit, nunquam particeps erit scientiae quinti", i. e. scientiam solam sine tribus illis, quae eam antecedunt (*ὄνομα, λόγος, εἴδωλον*) nemo complecti potest; eum, qui scientiae particeps esse velit, quattuor percipere necesse est, cf. 342 A *Ἔστι τῶν ὄντων ἑκάστῳ, δι' ὧν τὴν ἐπιστήμην ἀνάγκη παραγίγνεσθαι, τρία, τέταρτον δ' αὐτή.*

7 *πρὸς γὰρ τούτοις ταῦτα κτἑ.*] *πρὸς τούτοις* est „praeterea". *ταῦτα* sunt quattuor illa, de quibus dictum est. *γάρ* mirum nobis videtur, cum priore enuntiato dictum sit sine quattuor illis scientiam quinti comparari non posse. Sed quod quattuor illa in unum coacta sunt, ipsa scientia cum tribus rebus, quae ei antecedunt quasque ipsa sequitur, ex hoc facile intellegitur unumquidque eorum non satis valere ad scientiam efficiendam; quare hoc quoque loco singularum rerum infirmitate demonstrata non ineptum est ea, quae sequuntur, vocabulo *γάρ* annectere.

ταῦτ' οὐχ ἧττον ἐπιχειρεῖ τὸ ποιόν τι περὶ ἕκαστον δηλοῦν ἢ τὸ ὂν ἑκάστου διὰ τὸ τῶν λόγων ἀσθενές· ὧν ἕνεκα [343] νοῦν ἔχων οὐδεὶς τολμήσει ποτ' εἰς αὐτὸ τιθέναι τὰ νενοημένα [ὑπ' αὐτοῦ], καὶ ταῦτ' εἰς ἀμετακίνητον, ὃ δὴ πάσχει τὰ γεγραμμένα τύποις. τοῦτο δὲ πάλιν αὖ τὸ νῦν λεγόμενον δεῖ μαθεῖν. κύκλος ἕκαστος τῶν ἐν ταῖς πράξεσι γραφομένων ἢ καὶ τορνευθέντων μεστὸς τοῦ ἐναντίου ἐστὶ τῷ πέμπτῳ· τοῦ γὰρ εὐθέος ἐφάπτεται πάντῃ· αὐτὸς δέ, φαμέν, ὁ κύκλος οὔτε τι σμικρότερον οὔτε μεῖζον τῆς ἐναντίας ἔχει ἐν αὑτῷ φύσεως. ὄνομά τ' αὐτῶν φαμὲν οὐδὲν οὐδενὶ βέβαιον εἶναι, [B] κωλύειν δ' οὐδὲν τὰ νῦν στρόγγυλα καλούμεν' εὐθέα κεκλῆσθαι, τά τ' εὐθέα δὴ στρόγγυλα, καὶ οὐδὲν ἧττον βεβαίως ἕξειν τοῖς μεταθεμένοις καὶ ἐναντίως καλοῦσι. καὶ μὴν περὶ λόγου γ' ὁ αὐτὸς λόγος, εἴπερ ἐξ ὀνομάτων καὶ ῥημάτων σύγκειται, μηδὲν ἱκανῶς βεβαίως εἶναι βέβαιον· μυρίος δὲ λόγος αὖ περὶ ἑκάστου τῶν τεττάρων, ὡς ἀσαφές, τὸ δὲ μέγιστον,

---

1 τὸ ποιόν τι — ἢ τὸ ὂν] τὸ ποιόν τι et τὸ ὂν h. l. opponuntur. In Platonis scriptis saepe invenitur „τὸ ποῖον;" pro „τί;" Sed hoc non impedit, quin distinguantur inter se haec duo vocabula. In dialogi interrogationibus liberius alterum pro altero ponitur. Simili modo atque nostro loco ποιόν τι tamquam minus et inferius ipsi rei naturae opponitur Rep. II, 369 A: Socrates de iusto quaestionem instituens facilius dicit iustitiam in rebus publicis observari posse; quibus exemplis postea se uti posse in quaestione de ipso iusto habenda (368 E: ἐν τῇ περὶ τὸ δίκαιον ζητήσει — 369 A: εἰ οὖν βούλεσθε, πρῶτον ἐν ταῖς πόλεσι ζητήσωμεν ποιόν τί ἐστιν).

3 εἰς αὐτὸ τιθέναι] αὐτό = τὸ τῶν λόγων ἀσθενές.

4 [ὑπ' αὐτοῦ]] Haec verba in *A Ω* libris in marginem amandata cum Bekkero omisi.

5 τοῦτο δὲ πάλιν κτἑ.] Novum adiungitur argumentum, quo trium illarum rerum infirmitas demonstretur: sequuntur imago (κύκλος ἕκαστος κτἑ.), nomen (ὄνομα), definitio (343 B καὶ μὴν περὶ λόγου . . .).

ὅπερ εἴπομεν ὀλίγον ἔμπροσθεν, ὅτι δυοῖν ὄντοιν, τοῦ τ' ὄντος καὶ τοῦ ποιοῦ τινός, οὐ τὸ ποῖόν τι, τὸ δὲ τί ζητούσης εἰδέναι τῆς ψυχῆς, τὸ μὴ ζητούμενον [C] ἕκαστον τῶν τεττάρων προτεῖνον τῇ ψυχῇ λόγῳ τε καὶ κατ' ἔργα αἰσθήσεσιν εὐέλεγκτον, τό τε λεγόμενον καὶ δεικνύμενον ἀεὶ παρεχόμενον ἕκαστον, ἀπορίας τε καὶ ἀσαφείας ἐμπίπλησι πάσης ὡς ἔπος εἰπεῖν πάντ' ἄνδρα. ἐν οἷσι μὲν οὖν μηδ' εἰθισμένοι τὸ ἀληθὲς ζητεῖν ἐσμὲν ὑπὸ πονηρᾶς τροφῆς, ἐξαρκεῖ δὲ τὸ προταθὲν τῶν εἰδώλων, οὐ κατα-

---

1 *δυοῖν ὄντοιν*] dictio Platoni usitata, cf. locos ad 342 A adscriptos. — Cf. Leg. VI, 757 B.

1 *ὅπερ εἴπομεν ὀλίγον ἔμπροσθεν*] Redit ad argumentum, quod supra 342 E sq. commemoravit (*πρὸς γὰρ τούτοις κτἑ.*).

4 *προτεῖνον*] Sic cum optimis libris (*A Ω*) Bekker scripsit. Hermann cum aliis libris *πρότερον* legit. Karsten (p. 186) *προτεινόμενον* emendavit. — Mihi quidem *προτεῖνον* optimum esse videtur. Sicut supra dictum est: 342 E *ταῦτα* (i. e. *τὰ τέτταρα*) *οὐχ ἧττον ἐπιχειρεῖ τὸ ποιόν τι . . . δηλοῦν ἢ τὸ ὄν*, sic h. l. scribitur: *ἕκαστον τῶν τεττάρων προτείνει τῇ ψυχῇ τὸ μὴ ζητούμενον* (i. e. *τὸ ποῖόν τι*). Cf. infra 343 C *τὸ προταθὲν τῶν εἰδώλων*, Rep. II, 382 A: *ἢ λόγῳ ἢ ἔργῳ φάντασμα προτείνων*.

4 *λόγῳ τε καὶ κατ' ἔργα αἰσθήσεσιν*] *ὄνομα* et *λόγος* verbis continentur, imagines in rebus gerendis occurrunt et sensibus percipiuntur.

5 *τό τε λεγόμενον — παρεχόμενον ἕκαστον*] his verbis explicat illa *τὸ μὴ ζητούμενον — προτεῖνον — λόγῳ τε καὶ κατ' ἔργα αἰσθήσεσιν*.

7 *ἐν οἷσι μὲν οὖν*] his respondent D *ἐν οἷς δ' ἂν . . .* Magna est multitudo earum rerum, quarum imaginibus contenti veram naturam non quaerimus; quo in numero omnes res ad usum cotidianum pertinentes habendae sunt.

9 *τὸ προταθὲν τῶν εἰδώλων*] idem atque *τὸ ποῖόν τι*. Quamquam non in imaginibus solum sed etiam in vocibus et definitionibus periculum est, ne singulae rei species cum ipsa re confundantur, tamen maximum exsistit periculum in imaginibus. Exemplo liceat hoc declarare. Illo, quem supra attuli, loco

γέλαστοι γιγνόμεθ᾽ ὑπ᾽ ἀλλήλων, οἱ ἐρωτώμενοι ὑπὸ τῶν ἐρωτώντων, [D] δυναμένων δὲ τὰ τέτταρα διαρρίπτειν τε καὶ ἐλέγχειν· ἐν οἷς δ᾽ ἂν τὸ πέμπτον ἀποκρίνασθαι καὶ δηλοῦν ἀναγκάζωμεν, ὁ βουλόμενος τῶν δυναμένων ἀνατρέπειν κρατεῖ καὶ ποιεῖ τὸν ἐξηγούμενον ἐν λόγοις ἢ γράμμασιν ἢ ἀποκρίσεσι τοῖς πολλοῖς τῶν ἀκουόντων δοκεῖν μηδὲν γιγνώσκειν ὧν ἂν ἐπιχειρῇ γράφειν ἢ λέγειν, ἀγνοούντων ἐνίοθ᾽ ὡς οὐχ ἡ ψυχὴ τοῦ γράψαντος ἢ λέξαντος ἐλέγχεται ἀλλ᾽ ἡ τῶν τεττάρων φύσις ἑκάστου πεφυκυῖα φαύλως. ἡ δὲ διὰ πάντων [E] αὐτῶν διαγωγὴ ἄνω καὶ κάτω μεταβαίνουσ᾽ ἐφ᾽ ἕκαστον μόγις ἐπιστήμην ἐνέτεκεν

Rep. II, 369 A Plato, ut iustitiae naturam perspiciat, primum iustitiam in re publica observandam esse dicit. Haec est certa quaedam imago iustitiae. Si quis ad ipsam iustitiae naturam progredi vult, hunc etiam singulorum hominum iustitiam spectare et deinde quid ipsa sit iustitia discernere necesse est. Quod nisi faciat, in eo, quod vocatur τὸ ποιόν τι, remaneat, non ad τὸ ὄν perveniat. In hoc igitur exemplo iustitia rei publicae est τὸ προταθὲν τῶν εἰδώλων atque τὸ ποιόν τι, iustitia ipsa τὸ ὄν.

4 ἀναγκάζωμεν] malim legere ἀναγκαζώμεθ᾽.

5 κρατεῖ] absolute positum, „vincit", cf. Phaedr. 272 A: ὁ μὴ πειθόμενος κρατεῖ, Leg. VI, 772 D: ἐὰν ξυμφωνῶσι πάντες, οὕτω κινεῖν, ἄλλως δὲ μηδέποτε μηδαμῶς, ἀλλὰ τὸν κωλύοντ᾽ ἀεὶ κατὰ νόμον κρατεῖν.

9 ἡ τῶν τεττάρων κτἑ.] ἡ φύσις ἑκάστου τῶν τεττάρων.

8 οὐχ ἡ ψυχὴ — ἀλλ᾽ ἡ ... φύσις] Haec verba cur transposuerit Karsten (p. 186 sq. οὐχ ἡ φύσις — ἀλλ᾽ ἡ ψυχή), nescio. Toto loco agitur de quattuor illorum natura mala atque imperfecta. Neque enim sufficiunt ad quintum illud explanandum Sequentibus verbis item contenditur nisi omnibus viribus adhibitis atque omnibus rebus iuvantibus scientiam fieri non posse.

10 ἡ δὲ διὰ πάντων κτἑ.] Observa, quantopere his verbis demonstretur, quot quantisque rebus opus sit ad scientiam pariendam: πάντων, διαγωγή, ἄνω — μεταβαίνουσα, ἐφ᾽ ἕκαστον, μόγις, εὖ πεφυκότος (sc. πράγματος), εὖ πεφυκότι (sc. ἀνθρώπῳ).

εὖ πεφυκότος εὖ πεφυκότι· κακῶς δ' ἂν φυῇ, ὡς ἡ τῶν πολλῶν ἕξις τῆς ψυχῆς εἴς τε τὸ μαθεῖν εἴς τε τὰ λεγόμεν' ἤθη πέφυκε, τὰ δὲ διέφθαρται, [344] οὐδ' ἂν ὁ Λυγκεὺς ἰδεῖν ποιήσειε τοὺς τοιούτους. ἑνὶ δὲ λόγῳ, τὸν μὴ ξυγγενῆ τοῦ πράγματος οὔτ' ἂν εὐμάθεια ⟨μαθεῖν⟩ ποιήσειέ ποτ' οὔτε μνήμη· τὴν ἀρχὴν γὰρ ἐν ἀλλοτρίαις ἕξεσιν οὐκ ἐγγίγνεται· ὥσθ' ὁπόσοι τῶν δικαίων τε καὶ τῶν ἄλλων ὅσα καλὰ μὴ προσφυεῖς εἰσὶ καὶ ξυγγενεῖς, ἄλλοι δ' ἄλλων εὐμαθεῖς ἅμα καὶ μνήμονες, οὐδ' ὅσοι ξυγγενεῖς, δυσμαθεῖς δὲ καὶ ἀμνήμονες, οὐδένες τούτων μήποτε μάθωσιν ἀλήθειαν ἀρετῆς εἰς τὸ δυνατὸν οὐδὲ [B] κακίας. ἅμα γὰρ αὐτ' ἀνάγκη μανθάνειν καὶ τὸ ψεῦδος ἅμα καὶ ἀληθὲς τῆς ὅλης οὐσίας, μετὰ τριβῆς πάσης καὶ χρόνου πολλοῦ, ὅπερ ἐν ἀρχαῖς εἶπον· μόγις δὲ τριβόμενα πρὸς ἄλληλ' αὐτῶν ἕκαστα, ὀνόματα καὶ λόγοι ὄψεις τε καὶ αἰσθήσεις, ἐν εὐμενέσιν ἐλέγχοις ἐλεγχόμενα καὶ ἄνευ φθόνων ἐρωτήσεσι καὶ ἀποκρίσεσι χρωμένων, ἐξέλαμψε φρόνησις περὶ ἕκαστον καὶ νοῦς, συντείνων ὅ τι μάλιστ' εἰς δύναμιν ἀνθρωπίνην· διὸ δὴ πᾶς ἀνὴρ [C] σπουδαῖος τῶν ὄντων σπουδαίων πέρι

---

1 *εὖ πεφυκότι*] his verbis adiunctis scriptor commovetur, ut explicet hominis indolem atque naturam maximi momenti esse ad philosophiam percipiendam.

3 *τὰ δὲ διέφθαρται*] Parenthesis interposita, tamquam si dictum sit: *τὰ μὲν κακῶς ἔφυ.*

3 *οὐδ' ἂν ὁ Λυγκεύς*] cf. Rep. III, 408 B: *οὐδ' εἰ Μίδου πλουσιώτεροι εἶεν.*

4 *ξυγγενῆ τοῦ πράγματος*] cf. Rep. VI, 487 A: *φίλος τε καὶ ξυγγενὴς ἀληθείας,* alia (cf. Ast, lex. s. v.).

5 ⟨*μαθεῖν*⟩] *μαθεῖν* inserui Karstenum secutus (p. 188).

13 *ὅπερ ἐν ἀρχαῖς εἶπον*] Redit ad ea, quae 341 A sq. exposita sunt.

15 *ὄψεις τε καὶ αἰσθήσεις*] idem atque supra *εἴδωλα.*

17 *ἐξέλαμψε*] cf. 340 B *ἐξημμένος ὑπὸ φιλοσοφίας,* 341 D *ἐξαφθὲν φῶς.*

18 *ὅ τι μάλιστ' εἰς δύναμιν ἀνθρωπίνην*] Leg. VI, 768 B: *τὸ δικαστήριον, ὅ φαμεν εἴς γ' ἀνθρωπίνην δύναμιν ὡς οἷόν τ' ἀδιαφθορώτατα παρεσκευάσθαι.*

πολλοῦ δεῖ, μὴ γράψας ποτ' ἐν ἀνθρώποις εἰς φθόνον καὶ ἀπορίαν καταβάλῃ. ἑνὶ δὴ ἐκ τούτων δεῖ γιγνώσκειν λόγῳ, ὅταν ἴδῃ τίς του συγγράμματα γεγραμμέν' εἴτ' ἐν νόμοις νομοθέτου εἴτ' ἐν ἄλλοις τισὶν ἅττ' οὖν, ὡς οὐκ ἦν τούτῳ ταῦτα σπουδαιότατα, εἴπερ ἔστ' αὐτὸς σπουδαῖος, κεῖται δ' ⟨ἐκεῖνά⟩ που ἐν χώρᾳ τῇ καλλίστῃ τῶν τούτου· εἰ δ' ὄντως αὐτῷ ταῦτ' ἐσπουδασμέν' ἐν γράμμασιν ἐτέθη, ἐξ ἄρα δή οἱ [D] *ἔπειτα, θεοὶ μὲν οὔ βροτοὶ δὲ φρένας ὤλεσαν αὐτοί.*

---

1 *μὴ γράψας κτἑ.*] Revertitur ad Dionysii scriptum, unde profectus est.

6 ⟨*ἐκεῖνα*⟩] Non ea, de quibus scribit, sed illa, quae ipsi sunt *σπουδαιότατα*, „in pulcherrima eius terra iacent" i. e. in pectore condita sunt.

ἐκεῖνα vocabulum, quod sensu postulatur, inserui auctore Friderico Blass, qui huius loci rhythmos indagans haec invenit:

εν νομοις νομοθετου	– ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ –
ειτ' εν αλλοις τισιν αττ'	– ⏑ – – ⏑ ⏑ –
ουν, ως ουχ ην τουτῳ ταυτα	– – – – – – – –
σπουδαιοτατ', ειπερ	– – ⏑ ⏑ – ⏑
εστ' αυτος σπουδαιος, κειται	– – – – – – – –
δ' ⟨εκεινα⟩ που εν χω-	⟨⏑ –⟩ ⏑ ⏑ – –
ρᾳ τῃ καλλιστῃ των τουτου·	– – – – – – – –
ει δ' οντως αυτῳ ταυτ' εσπου-	– – – – – – – –
δασμεν' εν	– ⏑ –
γραμμασιν	– ⏑ ⏑
ετεθη, εξ αρα δη οι	⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑
επειτα θεοι	⏑ – ⏑ –
μεν ου, βροτοι	⏑ – ⏑ –
δε φρενας ωλεσαν αυτοι.	⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –

344 C — 345 C. Digressione absoluta iterum de Dionysii libro disserit; quaerit, quibus causis Dionysius ut scriberet commotus sit. Negat illius in scripto inveniri posse suam sententiam, quae maior sit, quam ut spatio tam brevi a tyranno comprehendi potuerit.

Τούτῳ δὴ τῷ μύθῳ τε καὶ πλάνῳ ὁ ξυνεπισπόμενος εὖ εἴσεται, εἴτ' οὖν Διονύσιος ἔγραψέ τι τῶν περὶ φύσεως ἄκρων καὶ πρώτων εἴτε τις ἐλάττων εἴτε μείζων, ὡς οὐδὲν ἀκηκοὼς οὐδὲ μεμαθηκὼς ἦν ὑγιὲς ὧν ἔγραψε κατὰ τὸν ἐμὸν λόγον· ὁμοίως γὰρ ἂν αὔτ' ἐσέβετ' ἐμοί, καὶ οὐκ ἂν αὔτ' ἐτόλμησεν εἰς ἀναρμοστίαν καὶ ἀπρέπειαν ἐκβάλλειν. οὔτε γὰρ ὑπομνημάτων χάριν αὔτ' ἔγραψεν· οὐδὲν γὰρ δεινὸν μή τις αὔτ' ἐπιλάθηται, ἐὰν [E] *ἅπαξ τῇ ψυχῇ περιλάβῃ· πάντων γὰρ ἐν βραχυτάτοις κεῖται· φιλοτιμίας δ' αἰσχρᾶς εἴπερ ἕνεκα, εἴθ' ὡς αὑτοῦ τιθέμενος εἴθ' ὡς παιδείας μέτοχος ὤν, ἧς οὐκ ἄξιος ἦν ἀγαπῶν δόξαν* [345] *τὴν τῆς μετοχῆς γενομένην. εἰ μὲν οὖν ἐκ τῆς μιᾶς συνουσίας Διονυσίῳ τοῦτο γέγονε, τάχ' ἂν εἴη· γέγονε δ' οὖν ὅπως, ἴττω Ζεύς, φησὶν ὁ Θηβαῖος· διεξῆλθον μὲν γὰρ ὡς*

---

1 *πλάνῳ*] digressioni. Vocabulum ***πλάνος*** semel in Platonis scriptis invenitur, Phaed. 79 D, ibique idem est atque error. Sed ***πλάνη***, quod et ipsum plerumque errorem significat, compluribus locis eodem, quo h. l. *πλάνος*, sensu occurrit, cf. Parm. 136 E *τῆς διὰ πάντων διεξόδου τε καὶ πλάνης*, Leg. III, 683 A: *τῇ πλάνῃ τοῦ λόγου*.

4 *ὑγιές*] sanum, i. e. rectum, cf. 336 D *μήτ' οἴεσθαι πιστὸν ἄν τι καὶ ὑγιὲς πρᾶξαί ποτε*. Vocabulum *ὑγιής* eodem modo persaepe a Platone usurpatur. *πιστὸς καὶ ὑγιής* coniuncta inveniuntur Leg. I, 630 B, Phaed. 89 D; aliis locis occurrunt *βέβαιος καὶ ὑγιής, ὑγιὴς καὶ ἀληθής* (cf. ep. VIII, 355 E: *ἀδόλῳ γνώμῃ καὶ ὑγιεῖ*). Plerisque locis ita ut nostris duobus verba negativa adiuncta sunt: *οὐδὲν ὑγιές*, alia (cf. Ast, lex. s. v.).

9 *φιλοτιμίας δ' αἰσχρᾶς εἴπερ ἕνεκα*] siquidem gloriae cupiditate commotus fecit, turpis fuit cupiditas; id quod sequentibus (*εἴθ'* — *εἴθ'*) probatur.

13 *τάχ' ἂν εἴη*] Revera existimat fieri non potuisse, sicut ex eis, quae sequuntur facile intellegimus.

14 *ἴττω Ζεύς*] cf. Phaed. 62 A: *Καὶ ὁ Κέβης ἠρέμα ἐπιγελάσας· ἴττω Ζεύς, ἔφη τῇ αὑτοῦ φωνῇ εἰπών*. Ex horum locorum comparatione quomodo de epistulae falsitate aliquid cognosci possit (Dittenberger, Hermes 1906, p. 214 sq.), me non intellegere libere confiteor. Ex ipso Phaedonis loco

εἰπόν τ' ἐγὼ καὶ ἅπαξ μόνον, ὕστερον δ' οὐ πώποτ' ἔτι. ἐννοεῖν δὴ δεῖ τὸ μετὰ τοῦτο, ὅτῳ μέλει τὸ περὶ αὐτὰ γεγονὸς εὑρεῖν, ὅπῃ ποτὲ γέγονε, τίνι πότ' αἰτίᾳ τὸ δεύτερον καὶ τὸ τρίτον, πλεονάκις τ' οὐ διεξῇμεν· πότερον Διονύσιος ἀκούσας μόνον ἅπαξ οὕτως εἰδέναι τ' οἴεται καὶ [B] ἱκανῶς οἶδεν, εἴτ' αὐτὸς εὑρὼν ἢ καὶ μαθὼν ἔμπροσθεν παρ' ἑτέρων, ἢ φαῦλ' εἶναι τὰ λεχθέντ', ἢ τὸ τρίτον οὐ καθ' αὑτόν, μείζονα δέ, καὶ ὄντως οὐκ ἂν δυνατὸς εἶναι φρονήσεώς τε καὶ ἀρετῆς ζῆν ἐπιμελούμενος. εἰ μὲν γὰρ φαῦλα, πολλοῖς μάρτυσι μαχεῖται τἀναντία λέγουσιν, οἳ περὶ τῶν τοιούτων πάμπολυ Διονυσίου κυριώτεροι ἂν εἶεν κριταί· εἰ δ' εὑρηκέναι ἢ μεμαθηκέναι, ἄξια δ' οὖν εἶναι πρὸς παιδείαν

---

cognoscimus Platonem illa Thebanorum voce, quam Athenis satis notam fuisse ex Arist. Acharn. 911 facile credimus, delectatum esse. Consentaneum est illam non modo semel ab eo in dialogo scriptam, sed saepe in sermone cotidiano usurpatam esse (sicut nos quoque singulis externae dialecti vocibus in sermone cotidiano uti solemus). Quid miramur in epistula eandem occurrere vocem?

3 *ὅπῃ ποτὲ γέγονε*] Supra ipse scripsit, quomodo factum sit, Iovem unum scire, i. e. hoc se ipsum nescire. Nunc adiungit, qui tamen causam perscrutari velit, ei primum considerandum esse, cur semel tantum de hac re cum Dionysio locutus sit. Tres affert causas, quibus fieri potuerit, quae omnes in Dionysio positae sunt (cf. 341 B *οὔτ' ἐγὼ διεξῆλθον οὔτε Διονύσιος ἐδεῖτο*): 1. Aut Dionysius cum semel audisset, omnia se satis scire putavit, 2. aut dicta pro nihilo putanda existimavit, 3. aut sublimiora ea iudicavit, quam ut ipse adipisci posset. Scriptor, id quod magnopere mihi observandum esse videtur, trium harum, quas dixi, rerum aliam aliter tractat. Ac primum quidem ad secundam redit, quia hoc crimen quam celerrime tollendum esse censet. Deinde id, quod primum dixit, (1.) factum non esse affirmat, quia cum Dionysii factis non congrueret. De tertia re nihil omnino dicit, ita ut dubium relinquatur, utrum secunda an tertia recta habenda sit. Nam de secunda quoque satis habuit dicere Dionysii iudicium, si modo ita iudicaret, cum aliorum hominum sententiis pugnare, quibus in hac re magis confidendum esset.

ψυχῆς ἐλευθέρας, πῶς ἂν [C] *μὴ θαυμαστὸς ὢν ἄνθρωπος τὸν ἡγεμόνα τούτων καὶ κύριον οὕτως εὐχερῶς ἠτίμασέ ποτ' ἄν; πῶς δ' ἠτίμασεν, ἐγὼ φράζοιμ' ἄν.*

---

2 *τὸν ἡγεμόνα τούτων καὶ κύριον*] Dionysio se ipse Plato opponit *ἡγεμόνα καὶ κύριον τούτων*, i. e. earum rerum, de quibus cum illo collocutus est. Quibus in verbis magnam scriptoris superbiam cognosci posse Karsten alii confirmant. At Platonem Dionysii ducem fuisse in his rebus quis negat? Et cum compluribus locis apud Platonem legamus iuvenes bonorum ducum quam maxime indigere, apparet philosophum ipsum sibi talem ducem visum esse. — *κύριος* vocabulum quam late apud Platonem pateat, ex Astii lexico facile cognoscas. — Inprimis autem observandum est utrumque vocabulum hoc loco scriptum esse, ubi tamquam iratus se ipse scriptor opponat Dionysio, qui et ducis quam maxime indigeat et philosophia parum eruditus (i. e. minime *τούτων κύριος*) sit.

De digressione philosophica, 341 B — 345 C, pauca adiungere liceat.[1]) Haec epistulae pars a Karsteno et Sauppio acerrime vituperata et nuper a Rittero atque Odavio a reliqua epistula separata est. Utrumque iniuria factum esse censeo. Quae a Karsteno aliis reprehensa sunt, nituntur falsa ista opinione Platonem certis verbis (*νοῦς, ἀληθὴς δόξα, ἐπιστήμη*) tamquam firmis formulis uti. — Conferas velim, quae in singulis libris Plato de rei publicae formis exposuerit; statim invenies eum nunquam easdem dispositiones repetere, sed aliter aliis locis res componere (exempli causa affero Leg. III, 694, IV, 710 D/E. 712 B — 713 A, Polit. 295 C. 299 E. 302 E). Sed mutatis verbis eadem exstat sententia. Idem nostro loco observare potes: numeratio singularum rerum nova est neque usquam in Platonis scriptis invenitur, sententia ipsa Platonis est (cf. Adam, l. l. p. 14). — Ritter atque Odau, qui hanc partem postea a Platonis defensore in epistulam insertam esse credunt, non viderunt, quam arte cum reliquis cohaereat. Quaecunque de illa experiendi ratione scripta sunt (340 B — 341 A), id spectant, ut Platonis

---

[1]) De digressione philosophica bene disserit H. Raeder, Rh. M. 1906, p. 538 sqq.

Οὐ πολὺν χρόνον διαλιπὼν τὸ μετὰ τοῦτ' ἐν τῷ πρόσθεν Δίων' ἐῶν τὰ ἑαυτοῦ κεκτῆσθαι καὶ καρποῦσθαι χρήματα, τότ' οὐκέτ' εἴα τοὺς ἐπιτρόπους αὐτοῦ πέμπειν εἰς Πελοπόννησον, καθάπερ ἐπιλελησμένος τῆς ἐπιστολῆς παντάπασιν· εἶναι γὰρ αὔτ' οὐ Δίωνος ἀλλὰ τοῦ υἱέος, ὄντος μὲν ἀδελφιδοῦ αὐτοῦ ⟨δὲ⟩ [D] κατὰ νόμους ἐπιτροπεύοντος. τὰ μὲν δὴ πεπραγμένα μέχρι τούτου ταῦτ' ἦν ἐν τῷ τότε χρόνῳ, τούτων δ' οὕτω γενομένων ἑωράκειν τ' ἐγὼ ἀκριβῶς τὴν ἐπιθυμίαν τῆς Διονυσίου φιλοσοφίας,

---

cum Dionysio colloquium cur factum sit, declarent. Hoc autem ideo tractatur, quod de eo Dionysius scripsit (341 B *γεγραφέναι περὶ ὧν τότ' ἤκουσε*); de scripto autem Dionysii tota est digressio philosophica, de eo et initium est et finis; media pars consulto inserta est, quo clarior tota res fieret (342 A *τάχα γὰρ ἂν περὶ ὧν λέγω σαφέστερον ἂν εἴη* . . .).

1 *Οὐ πολὺν χρ.*] De tertia peregrinatione.

6 ⟨*δὲ*⟩] *δέ* vocabulum hoc loco inserui, quod in libris *A Ω* (prima manu) omnino non exstat, in ceteris legitur post *νόμους*.

8 *ἑωράκειν τ' ἐγὼ κτἑ.*] Levi immutatione facta acerbe repetit verba, quae supra scripsit, 338 B *ὡς Διονύσιος θαυμαστῶς φιλοσοφίας ἐν ἐπιθυμίᾳ πάλιν εἴη γεγονὼς τὰ νῦν.* Ibi *τὴν Διονυσίου ἐπιθυμίαν φιλοσοφίας* praedicaverant amici, hic *τὴν ἐπιθυμίαν τῆς Διονυσίου φιλοσοφίας* se aperte vidisse dicit. Levi, ut dixi, mutatione facta totum verborum sensum commutavit scriptor. Nam cum illo loco dictum esset Dionysium philosophiae cupidissimum esse, hic Dionysii philosophiam (quae vocabatur) ne vulgaribus quidem cupiditatibus carere contendit.[1]) Fieri hoc potuit, propterea quod *ἐπιθυμία* vocabulum variis modis a Platone usurpatur; id quod exemplis facile potest probari:

ἐπιθυμία est cupiditas, desiderium, et primum generatim usurpatur:

324 A *δόξα καὶ ἐπιθυμία* sententia et voluntas.

„ *διάνοια καὶ ἐπιθυμία.*

---

[1]) Si haec tibi spinae esse videntur, parva mutatione facta legas *τὴν ἐπιθυμίαν τὴν Διονυσίου* (id quod a Raedero quoque proponitur, Rh. M. 1906, p. 469); sed necessariam eam mutationem esse nego.

ἀγανακτεῖν τ' ἐξῆν εἴτε βουλοίμην εἴτε μή. ἦν γὰρ θέρος ἤδη τότε καὶ ἔκπλοι τῶν νεῶν· ἐδόκει δὴ χαλεπαίνειν μὲν οὐ δεῖν ἐμὲ Διονυσίῳ μᾶλλον ἢ ἐμαυτῷ τε καὶ τοῖς βιασαμένοις ἐλθεῖν ἐμὲ τὸ τρίτον εἰς τὸν πορθμὸν τὸν περὶ τὴν Σκύλλαν, [E]

ὄφρ' ἔτι τὴν ὀλοὴν ἀναμετρήσαιμι Χάρυβδιν,

λέγειν δὲ πρὸς Διονύσιον, ὅτι μοι μένειν ἀδύνατον εἴη Δίωνος οὕτω προπεπηλακισμένου. ὁ δὲ παρεμυθεῖτό τε καὶ ἐδεῖτο μένειν, οὐκ οἰόμενός οἱ καλῶς ἔχειν ἐμὲ ἄγγελον αὐτὸν τῶν τοιούτων ἐλθεῖν ὅ τι τάχος· οὐ πείθων δ' αὐτός μοι πομπὴν [346] *παρασκευάσειν ἔφη. ἐγὼ γὰρ ἐν τοῖς*

Cf. Leg. VI, 770 D *ἐκ τινὸς ἐπιτηδεύματος ἢ τινος ἤθους ἢ ποιᾶς κτήσεως ἢ ἐπιθυμίας ἢ δόξης ἢ μαθημάτων ποτὲ τινῶν.*

Deinde genetivo adiuncto:

338 E *εἰς ἐπιθυμίαν ἥκει τοῦ διακοῦσαι ...*
Cf. Leg. IV, 721 B *ἀθανασίας ἐπιθυμία.*

Inprimis in nostra epistula studium philosophiae vocatur *ἐπιθυμία*:

327 D *εἰς ἐπιθυμίαν ἐλθεῖν τοῦ καλλίστου τε καὶ ἀρίστου βίου.*
328 A *τὴν ἐπιθυμίαν τὴν Διονυσίου.*
330 B *εἰς ἐπιθυμίαν ἔλθοι τῆς φιλοσόφου ζωῆς.*
338 B *φιλοσοφίας ἐν ἐπιθυμίᾳ.*

περί praepositio apposita est:

325 A *ἡ περὶ τὸ πράττειν τὰ κοινὰ καὶ πολιτικὰ ἐπιθυμία.*
Cf. Rep. I, 328 D *αἱ περὶ τοὺς λόγους ἐπιθυμίαι.*

Cupiditates saepe infirmas esse et leves dicitur 328 B. — Mala, ut nostro loco, significatione *ἐπιθυμία* scriptum videtur:

331 A *ταῖς δὲ βουλήσεσι καὶ ἐπιθυμίαις αὐτῶν ὑπηρετοῦντα.*
C *πληρώσεις ἐπιθυμιῶν πορίζοντα.*

His locis cupiditates menti et rationi opponuntur sicut saepe.

ἀποστόλοις πλοίοις ἐμβὰς διενοούμην πλεῖν, τεθυμωμένος πάσχειν τ' οἰόμενος δεῖν, εἰ διακωλυοίμην, ὁτιοῦν, ἐπειδὴ περιφανῶς ἠδίκουν μὲν οὐδέν, ἠδικούμην δέ· ὁ δ' οὐδέν με τοῦ καταμένειν προσιέμενον ὁρῶν μηχανὴν τοῦ μεῖναι τὸν τότ' ἔκπλουν μηχανᾶται τοιάνδε τινά. τῇ μετὰ ταῦτ' ἐλθὼν ἡμέρᾳ λέγει πρός με πιθανὸν λόγον· ἐμοὶ καὶ σοὶ Δίων, ἔφη, καὶ τὰ Δίωνος ἐκποδὼν ἀπαλλαχθήτω [B] τοῦ περὶ αὐτὰ πολλάκις διαφέρεσθαι· ποιήσω γὰρ διὰ σέ, ἔφη, Δίωνι τάδε. ἀξιῶ ἐκεῖνον ἀπολαβόντα τὰ ἑαυτοῦ οἰκεῖν μὲν ἐν Πελοποννήσῳ, μὴ ὡς φυγάδα δ', ἀλλ' ὡς αὐτῷ καὶ δεῦρ' ἐξὸν ἀποδημεῖν, ὅταν ἐκείνῳ τε καὶ ἐμοὶ καὶ ὑμῖν τοῖς φίλοις κοινῇ ξυνδοκῇ· ταῦτα δ' εἶναι μὴ ἐπιβουλεύοντος ἐμοί· τούτων δ' ἐγγυητὰς γίγνεσθαι σέ τε καὶ τοὺς σοὺς οἰκείους καὶ τοὺς ἐνθάδε Δίωνος· ὑμῖν δὲ τὸ βέβαιον ἐκεῖνος παρεχέτω. τὰ χρήματα [C] δ' ἃ ἂν λάβῃ, κατὰ Πελοπόννησον μὲν καὶ Ἀθήνας κείσθω παρ' οἷς τισὶν ἂν ὑμῖν δοκῇ, καρπούσθω δὲ Δίων, μὴ κύριος δ' ἄνευ ὑμῶν γιγνέσθω ἀνελέσθαι. ἐγὼ γὰρ ἐκείνῳ μὲν οὐ σφόδρα πιστεύω τούτοις χρώμενον ἂν τοῖς χρήμασι δίκαιον γίγνεσθαι περὶ ἐμέ· οὐ γὰρ ὀλίγ' ἔσται· σοὶ δὲ καὶ τοῖς σοῖς μᾶλλον πεπίστευκα. ὅρα δὴ ταῦτ' εἴ σοι ἀρέσκει, καὶ μέν' ἐπὶ τούτοις τὸν ἐνιαυτὸν τοῦτον, εἰς δ' ὥρας ἄπιθι λαβὼν τὰ χρήματα ταῦτα· καὶ Δίων [D] εὖ οἶδ' ὅτι πολλὴν χάριν

---

4 *μηχανὴν — μηχανᾶται*] **Quod hic scriptor dolo Dionysii factum esse dicit, haud scio an rectius illius mobilitati et animi inconstantiae tribuendum sit.**

14 *τὸ βέβαιον*] pro *τὴν βεβαίωσιν*, confirmationem, fidem, cf. Polit. 309 C *μετὰ βεβαιώσεως*, sicut saepe *πιστόν* dicitur pro *πίστις*.

17 *κύριος — ἀνελέσθαι*] *κύριος* vocabulum a Platone saepissime usurpatum, plerisque locis cum genetivo adiuncto invenitur (*ἐμαυτοῦ κύριος* 324 B, *τούτων κύριος* 345 C); infinitivus, sicut nostro loco, sequitur Theaet. 161 D *μήτε τὴν δόξαν κυριώτερος ἔσται ἐπισκέψασθαι ἕτερος τὴν ἑτέρου*.

23 *εὖ οἶδ' ὅτι*] cf. 339 C *θελήσεις δ' οἶδ' ὅτι τὰ μέτρια*. **Utroque loco illud *οἶδ' ὅτι* in Dionysii verbis invenitur. Fortasse Dionysii sermonem scriptor imitatus est; sed in talibus rebus**

ἕξει σοι διαπραξαμένῳ ταῦθ' ὑπὲρ ἐκείνου. τοῦτον δὴ ἐγὼ τὸν λόγον ἀκούσας ἐδυσχέραινον μέν, ὅμως δὲ βουλευσάμενος ἔφην εἰς τὴν ὑστεραίαν αὐτῷ περὶ τούτων τὰ δόξαντ' ἀπαγγελεῖν. ταῦτα ξυνεθέμεθα τότε. ἐβουλευόμην δὴ τὸ μετὰ ταῦτα κατ' ἐμαυτὸν γενόμενος, μάλα συγκεχυμένος· πρῶτος δ' ἦν μοι τῆς βουλῆς ἡγούμενος ὅδε λόγος· φέρ', εἰ διανοεῖται τούτων μηδὲν ποιεῖν Διονύσιος [E] ὧν φησίν, ἀπελθόντος δ' ἐμοῦ ἐὰν ἐπιστέλλῃ Δίωνι πιθανῶς αὐτός τε καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν αὐτοῦ, διακελευόμενος ἃ νῦν πρὸς ἐμὲ λέγει, ὡς αὐτοῦ μὲν ἐθέλοντος, ἐμοῦ δ' οὐκ ἐθελήσαντος ἃ προὐκαλεῖτό με δρᾶν, ἀλλ' ὀλιγωρήσαντος τῶν ἐκείνου τὸ παράπαν πραγμάτων, πρὸς δὲ καὶ τούτοισιν ἔτι μηδ' ἐθέλῃ μ' ἐκπέμπειν, αὐτὸς τῶν ναυκλήρων μηδενὶ προστάττων, ἐνδείξηται δὲ πᾶσι ῥᾳδίως [347] ὡς ἀβουλῶν ἐμὲ ἐκπλεῖν, ἆρά τις ἐθελήσει μ' ἄγειν ναύτης ὁρμώμενον ἐκ τῆς Διονυσίου οἰκίας; ᾤκουν γὰρ δὴ πρὸς τοῖς ἄλλοισι κακοῖς ἐν τῷ κήπῳ τῷ περὶ τὴν οἰκίαν, ὅθεν οὐδ' ἂν ὁ θυρωρὸς ἤθελέ μ' ἀφεῖναι μὴ πεμφθείσης αὐτῷ τινὸς ἐντολῆς παρὰ Διονυσίου. ἂν δὲ περιμείνω τὸν ἐνιαυτόν, ἔξω μὲν Δίωνι ταῦτ' ἐπιστέλλειν, ἐν οἷς τ' αὖ εἰμὶ καὶ ἃ πράττω καὶ ἐὰν μὲν δὴ ποιῇ τι Διονύσιος ὧν φησίν, οὐ παντάπασιν ἔσται μοι [B] καταγελάστως πεπραγμένα·

---

statuendis cautos nos esse oportet, praesertim cum in Platonis scriptis similis dictionis exempla sint non pauca.

6 ὅδε λόγος] Consideratio oratione recta describitur; quae quidem dicendi ratio, quam in nostra epistula compluribus locis invenimus, in Platonis scriptis persaepe occurrit, cf. Leg. I, 929 B, VI, 770 B. 772 E, VII, 817 A. 820 B. 823 D/E, XII, 963 B.

8 πιθανῶς] cf. 346 A πιθανὸν λόγον. Sicut cum Platone ipso ita locutus erat Dionysius, ut facile verum dicere crederetur, ita metuit Plato, ne Dionem probabilibus verbis ille deciperet.

12 πρὸς δὲ καὶ τούτοισιν] Calumniae enim Dionysii refelli poterant, si Plato Athenas revertisset.

14 ἀβουλῶν] vocabulum occurrit Rep. IV, 437 C: τὸ ἀβουλεῖν καὶ μὴ ἐθέλειν μηδ' ἐπιθυμεῖν.

22 οὐ παντάπασιν ἔσται μοι καταγελάστως πεπραγμένα] cf. 343 C οὐ καταγέλαστοι γιγνόμεθ' ὑπ' ἀλλήλων. Eodem

τάλαντα γὰρ ἴσως ἐστὶν οὐκ ἔλαττον, ἂν ἐκτιμᾷ τις ὀρθῶς, ἑκατὸν ἡ Δίωνος οὐσία· ἂν δ' οὖν γίγνηται τὰ νῦν ὑποφαίνονθ', οἷα εἰκὸς αὐτὰ γίγνεσθαι, ἀπορῶ μὲν ὅ τι χρήσομαι ἐμαυτῷ, ὅμως δ' ἀναγκαῖον ἴσως ἐνιαυτόν γ' ἔτι πονῆσαι καὶ ἔργοις ἐλέγξαι πειρᾶσθαι τὰς Διονυσίου μηχανάς. ταῦτά μοι δόξαντ' εἰς τὴν ὑστεραίαν εἶπον πρὸς Διονύσιον ὅτι δέδοκταί μοι μένειν· ἀξιῶ μήν, ἔφην, μὴ κύριον ἡγεῖσθαί σε Δίωνος [C] ἐμέ, πέμπειν δὲ μετ' ἐμοῦ σέ παρ' αὐτὸν γράμματα τὰ νῦν δεδογμένα δηλοῦντα καὶ ἐρωτᾶν, εἴτ' ἀρκεῖ ταῦτ' αὐτῷ, καὶ εἰ μή, βούλεται δ' ἄλλ' ἄττα καὶ ἀξιοῖ, καὶ ταῦτ' ἐπιστέλλειν ὅ τι τάχιστα, σὲ δὲ νεωτερίζειν μηδέν πω τῶν περὶ ἐκεῖνον. ταῦτ' ἐρρήθη, ταῦτα ξυνωμολογήσαμεν, ὡς νῦν εἴρηται σχεδόν. ἐξέπλευσε δὴ τὰ πλοῖα μετὰ τοῦτο, καὶ οὐκέτι μοι δυνατὸν ἦν πλεῖν, ὅτε δή μοι καὶ Διονύσιος ἐμνήσθη λέγων, ὅτι τὴν ἡμίσειαν τῆς οὐσίας [D] εἶναι δέοι Δίωνος, τὴν δ' ἡμίσειαν τοῦ υἱέος· ἔφη δὴ πωλήσειν αὐτήν, πραθείσης δὲ τὰ μὲν ἡμίσεα ἐμοὶ δώσειν ἄγειν, τὰ δ' ἡμίσεα τῷ παιδὶ καταλείψειν αὐτοῦ· τὸ γὰρ δὴ δικαιότατον οὕτως ἔχειν. πληγεὶς δ' ἐγὼ τῷ

---

modo in Platonis dialogis saepe usurpatum invenitur καταγέλαστος vocabulum, cf. Leg. VII, 800 B: Τίνα δὴ τρόπον αὐτὰ νομοθετῶν τις μὴ παντάπασι καταγέλαστος γίγνοιτ' ἄν; VI, 781 C: πόθεν δή τίς γ' ἔργῳ μὴ καταγελάστως ἐπιχειρήσει γυναῖκας προσβιάζεσθαι, τὴν σίτων καὶ ποτῶν ἀνάλωσιν φανερὰν θεωρεῖσθαι; Gorg. 509 A: οὐδεὶς οἷός τ' ἐστὶν ἄλλως λέγων μὴ οὐ καταγέλαστος εἶναι, 512 D καταγέλαστός σοι ὁ ψόγος γίγνεται, alia permulta. (In Thucydidis libris καταγέλαστος vocabulum omnino non invenitur.)

5 μηχανάς] cf. 346 A, insidias, dolos. Eodem sensu vocabulum scriptum videmus Leg. X, 908 D σοφιστῶν ... μηχαναί, Rep. VIII, 548 A δόλους τε καὶ μηχανάς, aliis locis compluribus (Ast, lex. s. v.).

12 ταῦτ' ἐρρήθη, ταῦτα ξυνωμολογήσαμεν] de anaphora cf. ad 332 D.

13 εἴρηται] cf. 334 C ταῦτ' εἴρηται πάντα ... Vocabuli εἴρηται hic usus Platonis senis proprius esse videtur, cf. Ritter, Untersuch. p. 10, Lut. p. 123 nr. 324.

λεχθέντι πάνυ μὲν ᾤμην γελοῖον εἶναι ἀντιλέγειν ἔτι, ὅμως δ' εἶπον, ὅτι χρείη τὴν παρὰ Δίωνος ἐπιστολὴν περιμένειν ἡμᾶς καὶ ταῦτα πάλιν αὖτ' ἐπιστέλλειν· ὁ δ' ἑξῆς τούτοις πάνυ νεανικῶς ἐπώλει τὴν οὐσίαν αὐτοῦ πᾶσαν, [E] *ὅπῃ τε καὶ ὅπως ἤθελε καὶ οἷς τισί, πρὸς ἐμὲ δ' οὐδὲν ὅλως ἐφθέγγετο περὶ αὐτῶν, καὶ μὴν ὡσαύτως ἐγὼ πρὸς ἐκεῖνον αὖ περὶ τῶν Δίωνος πραγμάτων οὐδὲν ἔτι διελεγόμην· οὐδὲν γὰρ ἔτι πλέον ᾤμην ποιεῖν.*

Μέχρι μὲν δὴ τούτων ταύτῃ μοι βεβοηθημένον ἐγεγόνει φιλοσοφίᾳ καὶ φίλοις· τὸ δὲ μετὰ ταῦτ' ἐζῶμεν ἐγὼ καὶ Διονύσιος, ἐγὼ μὲν [348] *βλέπων ἔξω, καθάπερ ὄρνις*

---

1 *ἀντιλέγειν*] cum Hermanno scripsi; libri exhibent *ὅτι λέγειν*, Bekker in editione scripsit *τι λέγειν*.

347 E — 350 E. Sequitur ultimarum rerum descriptio optima: quam qui diligenter legerit, non facile adducetur, ut haec a falsario scripta esse credat. Nam cum primis verbis discidium Platonis et Dionysii ante oculos positum sit, tum sequentibus summo colore illustratur, quomodo creverit in dies. Et quamquam paucis scriptor rem explicat summas res tantum attingens tamen in his paucis exprimendis tanta est diligentia, ut facile intellegas ipsum vidisse, de quibus scribit. Ex omnibus, quae acciderunt militum seditionem et Dionysii in Theodotum perfidiam ut res summas expromit atque in his narrandis ea, quibus ipse interfuit, colloquia uberius explicat cetera summatim perstringens. Quo efficitur, ut tamquam singulas conspiciamus imagines, quibus rerum progressus illustratur. — Totam hanc partem mira ce[...] ratione Karsten vituperavit, p. 76 sqq.

11 *βλέπων ἔξω, καθάπερ ὄρνις*] Plato, quamvis Graeciam redire cupiat, tamen proficisci non potest; quare ipse comparat cum ave e cavea prospiciente. Karsten imagi[nem] petitam esse dicit e Phaedro p. 249 D, „ubi anima, qu[ae] terris ad coelestia evolare frustra cupit, dicitur *ὄρνιθος δ[ίκην] βλέπειν ἄνω*". Sed quamquam similes sunt imagines, t[amen] alteram ex altera petitam esse probari nullo modo potest: in universum scriptum est animam avium more superna susp[icere] et inferiora contemnere. Hic vero imago desumpta est a[b] cavea inclusa, quae ex cavea prospicit avolare cupiens.

ποθῶν ποθὲν ἀναπτέσθαι, ὁ δὲ διαμηχανώμενος τίνα τρόπον ἀνασοβήσοι με μηδὲν ἀποδοὺς τῶν Δίωνος· ὅμως δ' ἔφαμεν ἑταῖροί γ' εἶναι πρὸς πᾶσαν Σικελίαν. τῶν δὴ μισθοφόρων τοὺς πρεσβυτέρους Διονύσιος ἐπεχείρησεν ὀλιγομισθοτέρους ποιεῖν παρὰ τὰ τοῦ πατρὸς ἔθη, θυμωθέντες δ' οἱ στρατιῶται ξυνελέγησαν ἀθρόοι καὶ οὐκ ἔφασαν ἐπιτρέψειν· ὁ δ' ἐπεχείρει βιάζεσθαι κλείσας τὰς τῆς [B] ἀκροπόλεως πύλας, οἱ δ' ἐφέροντ' εὐθὺς πρὸς τὰ τείχη, παιῶνά τιν' ἀναβοήσαντες βάρβαρον καὶ πολεμικόν· οὗ δὴ περιδεὴς Διονύσιος γενόμενος ἅπαντα συνεχώρησε καὶ ἔτι πλείω τοῖς τότε συλλεχθεῖσι τῶν πελταστῶν. λόγος δή τις ταχὺ διῆλθεν ὡς Ἡρακλείδης αἴτιος εἴη γεγονὼς πάντων τούτων· ὃν ἀκούσας ὁ μὲν Ἡρακλείδης ἐκποδὼν αὐτὸν ἔσχεν ἀφανῆ,

---

1 ποθῶν ποθὲν ἀναπτέσθαι] optime dictum.

2 ἀνασοβήσοι] Ne Dionysius quidem Platonem diutius remanere cupit, quamquam antea ipse eum retinuit. Avaritia ita inflammatus est, ut ceteris omnibus neglectis hoc unum cogitet, quomodo Dionis pecuniam, quam illi se redditurum esse pollicitus sit, tamen retinere possit. — Karsten (p. 77) ἀνασοβεῖν h. l. „retinere" esse dicit! At eandem vocem et „abigere" et „retinere" significare credere non possum. Praeterea minime quadrant ea, quae sequuntur (ὅμως — ἔφαμεν), nisi antea dictum est utrumque, et Platonem et Dionysium, alterius consuetudine liberari voluisse.

3 τῶν δὴ μισθοφόρων κτέ.] De militum mercennariorum seditione.

11 λόγος δή τις ταχὺ διῆλθεν] Seditionis culpa in Heraclidam collata Theodotes illum arcessere se velle dicit, si Dionysius exilio tantum illum punire velit. Quod pollicitus tyrannus fidem non servat Heraclidaeque insidiatur. Plato, qui promissionis testis fuit, de fide praestanda Dionysium commonefacit eiusque irae fortiter resistit.

12 Ἡρακλείδης] Heraclides quis fuerit, non scribitur, quia eis, ad quos missa est epistula, bene notus erat. Idem observare potes in Theodota (paulo infra), Archyta (338 C), Eurybio (348 E). Contra cónferas: 339 A Ἀρχίδημον, τῶν Ἀρχύτῃ ξυγγεγονότων ἕνα, 350 B Λαμίσκον, αὐτῶν ἕνα.

Διονύσιος δ' ἐζήτει λαβεῖν, ἀπορῶν δέ, Θεοδότην μεταπεμψάμενος εἰς [C] τὸν κῆπον — ἔτυχον δ' ἐν τῷ κήπῳ καὶ ἐγὼ τότε περιπατῶν. τὰ μὲν οὖν ἄλλ' οὔτ' οἶδ' οὔτ' ἤκουον διαλεγομένων, ἃ δ' ἐναντίον εἶπε Θεοδότης ἐμοῦ πρὸς Διονύσιον, οἶδά τε καὶ μέμνημαι. Πλάτων γάρ, ἔφη, Διονύσιον ἐγὼ πείθω τουτονί, ἐὰν ἐγὼ γένωμαι δεῦρ' Ἡρακλείδην κομίσαι δυνατὸς ἡμῖν εἰς λόγους περὶ τῶν ἐγκλημάτων αὐτῷ τῶν νῦν γεγονότων, ἂν ἄρα μὴ δόξῃ δεῖν αὐτὸν οἰκεῖν ἐν Σικελίᾳ, τόν θ' υἱὸν λαβόντα καὶ τὴν [D] γυναῖκ' ἀξιῶ εἰς Πελοπόννησον ἀποπλεῖν, οἰκεῖν τε βλάπτοντα μηδὲν Διονύσιον ἐκεῖ, καρπούμενον δὲ τὰ ἑαυτοῦ. μετεπεμψάμην μὲν οὖν καὶ πρότερον αὐτόν, μεταπέμψομαι δὲ καὶ νῦν, ἄν τ' οὖν ἀπὸ τῆς προτέρας μεταπομπῆς ἄν τε καὶ ἀπὸ τῆς νῦν ὑπακούσῃ μοι· Διονύσιον δ' ἀξιῶ καὶ δέομαι, ἄν τις ἐντυγχάνῃ Ἡρακλείδῃ ἐάν τ' ἐν ἀγρῷ ἐάν τ' ἐνθάδε, μηδὲν ἄλλ' αὐτῷ φλαῦρον γίγνεσθαι, μεταστῆναι δ' ἐκ τῆς χώρας, [E] ἕως ἂν ἄλλο τι Διονυσίῳ δόξῃ. ταῦτ', ἔφη, συγχωρεῖς; λέγων πρὸς τὸν Διονύσιον. συγχωρῶ, μηδ' ἂν πρὸς τῇ σῇ, ἔφη, φανῇ οἰκίᾳ, πείσεσθαι φλαῦρον

---

2 ἔτυχον κτἑ.] Parenthesis, qua enuntiatorum compositio turbatur.

4 ἐναντίον ἐμοῦ ... πρὸς Διονύσιον] Iniuria haec verba Karsten (p. 78) reprehendit. Nam quamquam ea, quae prima sequuntur verba, non ad Dionysium sed ad Platonem dicta sunt, tamen totum de quo agitur colloquium fuit inter Theodotam et Dionysium eique Plato tamquam testis interfuit (cf. 348 E λέγων πρὸς τὸν Διονύσιον).

5 Πλάτων γάρ, ἔφη] pro ἔλεγε γάρ· ὦ Πλ. Karsten confert Leg. IV, 715 E: ἄνδρες τοίνυν, φῶμεν πρὸς αὐτούς, quem ad locum Astius adscripsit Leg. VI, 773 A. X, 899 D.

6 Διονύσιον ἐγὼ πείθω τουτονί] Haec verba tamquam absoluta sunt, cum post duo enuntiata interposita (ἐὰν ... ἂν ...) pergat ἀξιῶ (Ἡρακλείδην) λαβόντα ... ἀποπλεῖν. Quae in sermone minime mira sunt.

8 ἂν ἄρα μὴ δόξῃ] sc. Διονυσίῳ. Consulto mihi Theodotes de tyranni voluntate ita loqui videtur, tamquamsi omnium sit voluntas.

μηδὲν παρὰ τὰ νῦν εἰρημένα. τῇ δὴ μετὰ ταύτην τὴν ἡμέραν δείλης Εὐρύβιος καὶ Θεοδότης προσηλθέτην μοι σπουδῇ τεθορυβημένω θαυμαστῶς, καὶ ὁ Θεοδότης λέγει· Πλάτων, ἔφη, παρῆσθα χθὲς οἷς περὶ Ἡρακλείδου Διονύσιος ὡμολόγει πρὸς ἐμὲ καὶ σέ; πῶς δ' οὔκ; ἔφην. νῦν τοίνυν, ἦ δ' ὅς, περιθέουσι πελτασταὶ λαβεῖν Ἡρακλείδην ζητοῦντες, ὁ δ' εἶναί πῃ ταύτῃ κινδυνεύει· ἀλλ' ἡμῖν, ἔφη, συνακολούθησον [349] πρὸς Διονύσιον ἁπάσῃ μηχανῇ. ᾠχόμεθ' οὖν καὶ εἰσήλθομεν παρ' αὐτόν, καὶ τὼ μὲν ἑστάτην σιγῇ δακρύοντ', ἐγὼ δ' εἶπον· οἵδε πεφόβηνται, μή τι σὺ παρὰ τὰ χθὲς ὡμολογημένα ποιήσῃς περὶ Ἡρακλείδην νεώτερον· δοκεῖ γάρ μοι ταύτῃ πῃ γεγονέναι φανερὸς ἀποτετραμμένος. ὁ δ' ἀκούσας ἀνεφλέχθη τε καὶ παντοδαπὰ

---

1 τῇ δὴ μετὰ ταύτην κτέ.] Narrationem optimam minimis de causis Karsten reprehendit. Velut Heraclidam a Theodota arcessi potuisse negat, quia ipse dicat Theodotes: ὁ δ' εἶναί πῃ ταύτῃ κινδυνεύει. At certe sperare poterat Theodotes amicum certiorem se facere posse, quamquam ubi quoque temporis puncto ille versaretur ignorabat. — Haec et alia eiusmodi cum singillatim refutare longum sit, satis habeo dicere virum illum doctum vituperandi studio mea quidem sententia longius provectum esse.

5 τοίνυν] τοίνυν vocabulum in epistula bis legitur (h. l. et 349 E), μέντοι omnino non invenitur. Hac quoque in re epistula ab posterioribus Platonis scriptis stat, cf. Lut. p. 119 nr. 306. 307.

8 ᾠχόμεθ' οὖν] Quae sequuntur, spectaculum nobis praebent egregium. Ceterorum timiditatem, Platonis audaciam, Dionysii iram inflammatam, Theodotae lacrimas et pavorem, Platonis firmitatem et constantiam; tyranni verba increpantia, philosophi responsum metu vacuum — haec omnia si modo diligenter consideraveris, facile internosces, utrum veram habeas imaginem an falsam. — Nolo de hac re longus esse; unum dico: falsario haec omnia fingenda erant, ex memoria exponere non poterant, nisi qui spectatores testesque fuerant.

13 παντοδαπὰ χρώμαθ' ἧκεν οἷ' ἂν θυμούμενος ἀφείη] cf. Lys. 222 B: ὁ δ' Ἱπποθάλης ὑπὸ τῆς ἡδονῆς παντοδαπὰ

χρώμαθ' ἧκεν, οἷ' ἂν θυμούμενος ἀφείη· προσπεσὼν δ' αὐτῷ ὁ Θεοδότης λαβόμενος τῆς χειρὸς [B] ἐδάκρυσέ τε καὶ ἱκέτευε μηδὲν τοιοῦτον ποιεῖν, ὑπολαβὼν δ' ἐγὼ παραμυθούμενος· θάρρει, Θεοδότα, ἔφην· οὐ γὰρ τολμήσει Διονύσιος παρὰ τὰ χθὲς ὡμολογημέν' ἄλλα ποτὲ δρᾶν. καὶ ὃς ἐμβλέψας μοι καὶ μάλα τυραννικῶς· σοί, ἔφη, ἐγὼ οὔτε τι σμικρὸν οὔτε μέγ' ὡμολόγησα. νὴ τοὺς θεούς, ἦν δ' ἐγώ, σύ γε ταῦθ' ἃ σοῦ νῦν οὗτος δεῖται μὴ ποιεῖν· καὶ εἰπὼν ταῦτ' ἀποστρεφόμενος ᾠχόμην ἔξω. τὸ μετὰ ταῦθ' ὁ μὲν ἐκυνήγει τὸν Ἡρακλείδην, [C] Θεοδότης δ' ἀγγέλους πέμπων Ἡρακλείδῃ φεύγειν διεκελεύετο· ὁ δ' ἐκπέμψας Τισίαν καὶ πελταστὰς διώκειν ἐκέλευε· φθάνει δ', ὡς ἐλέγεθ', Ἡρακλείδης εἰς τὴν Καρχηδονίων ἐπικράτειαν ἐκφυγὼν ἡμέρας σμικρῷ τινι μέρει. τὸ δὴ μετὰ τοῦθ' ἡ πάλαι ἐπιβουλὴ Διονυσίῳ τοῦ μὴ ἀποδοῦναι τὰ Δίωνος χρήματ' ἔδοξεν ἔχθρας λόγον ἔχειν ἂν πρός με πιθανόν· καὶ πρῶτον μὲν ἐκ τῆς ἀκροπόλεως ἐκπέμπει με, εὑρὼν πρόφασιν, ὡς τὰς γυναῖκας ἐν τῷ κήπῳ, ἐν ᾧ κατῴκουν ἐγώ, δέοι θῦσαι θυσίαν τινὰ δεχήμερον· ἔξω δή με παρ' Ἀρχιδήμῳ προσέταττε τὸν χρόνον τοῦτον μεῖναι. ὄντος δ' ἐμοῦ ἐκεῖ Θεοδότης μεταπεμψάμενός με πολλὰ περὶ τῶν τότε πραχθέντων ἠγανάκτει καὶ ἐμέμφετο Διονυσίῳ· ὁ δ' ἀκούσας, ὅτι παρὰ Θεοδότην εἴην εἰσεληλυθώς, πρόφασιν αὖ ταύτην ἄλλην τῆς πρὸς ἐμὲ διαφορᾶς ποιούμενος, ἀδελφὴν τῆς πρόσθεν, πέμψας τιν' ἠρώτα μ', εἰ ξυγγενοίμην ὄντως μεταπεμψαμένου με Θεοδότου· κἀγώ· παντάπασιν, ἔφην· ὁ δέ· ἐκέλευε τοίνυν, ἔφη, σοι φράζειν, ὅτι καλῶς οὐδαμῇ ποιεῖς Δίωνα καὶ τοὺς Δίωνος φίλους ἀεὶ περὶ πλείονος αὐτοῦ ποιούμενος. ταῦτ' ἐρρήθη, καὶ οὐκέτι

ἠφίει χρώματα. Hic, sicut saepe, quamquam verba sunt eadem, tamen imitatio statui non potest, propterea quod alio sensu verba posita sunt: ibi ὑπὸ τῆς ἡδονῆς, hic θυμούμενος. Imitationem tum demum cognoscere liceret, si peius scriptor eisdem vocabulis in epistula usus esset. Sed hoc dici nullo modo potest: Dionysii iram repressam variis tamen vultus coloribus animadverti potuisse optime scriptum est.

μετεπέμψατό μ' εἰς τὴν οἴκησιν πάλιν, ὡς ἤδη σαφῶς Θεοδότου μὲν ὄντος μου καὶ Ἡρακλείδου φίλου, αὐτοῦ δ' ἐχθροῦ, καὶ οὐκ εὐνοεῖν ᾤετό μ', ὅτι Δίωνι τὰ χρήματ' ἔρρει παντελῶς. ᾤκουν δὴ τὸ μετὰ τοῦτ' ἔξω τῆς ἀκροπόλεως [350] ἐν τοῖς μισθοφόροις· προσιόντες δέ μοι ἄλλοι τε καὶ οἱ τῶν ὑπηρεσιῶν ὄντες Ἀθήνηθεν ἐμοὶ πολῖται ἀπήγγελλον, ὅτι διαβεβλημένος εἴην ἐν τοῖς πελτασταῖς καί μοί τινες ἀπειλοῖεν, εἴ που λήψονταί με, διαφθερεῖν. μηχανῶμαι δή τινα τοιάνδε σωτηρίαν. πέμπω παρ' Ἀρχύτην καὶ τοὺς ἄλλους φίλους εἰς Τάραντα, φράζων ἐν οἷς ὢν τυγχάνω· οἱ δὲ πρόφασίν τινα πρεσβείας πορισάμενοι παρὰ τῆς πόλεως πέμπουσι [B] τριακόντορόν τε καὶ Λαμίσκον, αὐτῶν ἕνα, ὃς ἐλθὼν ἐδεῖτο Διονυσίου περὶ ἐμοῦ λέγων, ὅτι βουλοίμην ἀπιέναι καὶ μηδαμῶς ἄλλως ποιεῖν· ὁ δὲ ξυνωμολόγησε καὶ ἀπέπεμψεν ἐφόδια δούς, τῶν Δίωνος δὲ χρημάτων οὔτ' ἐγώ τι ἀπῄτουν οὔτε τις ἀπέδωκεν. ἐλθὼν δ' εἰς Πελοπόννησον εἰς Ὀλυμπίαν, Δίωνα καταλαβὼν θεωροῦντ', ἤγγελλον τὰ γεγονότα· ὁ δὲ τὸν Δί' ἐπιμαρτυράμενος εὐθὺς παρήγγελλεν ἐμοὶ καὶ τοῖς ἐμοῖς οἰκείοις καὶ φίλοις [C] παρασκευάζεσθαι τιμωρεῖσθαι Διονύσιον, ἡμᾶς μὲν ξεναπατίας χάριν, οὕτω γὰρ ἔλεγέ τε καὶ ἐνόει, αὐτὸν δ' ἐκβολῆς ἀδίκου καὶ φυγῆς. ἀκούσας δ' ἐγὼ τοὺς μὲν

---

1 *μετεπέμψατό με — ὡς ὄντος μου*] Genetivus absolutus positus est pro participio coniuncto, cf. Xen. Cyr. 6, 1, 37: *μή τι πάθω ὑπὸ σοῦ ὡς ἠδικηκότος ἐμοῦ μεγάλα,* Thuk. V, 56: *ἦλθον ἐπὶ τὴν Ἐπίδαυρον ὡς ἐρήμου οὔσης,* Kühner-Gerth II, 2 § 494 („Der Grund dieser abweichenden Konstruktion liegt gemeiniglich in dem Bestreben, das Satzglied mit größerem Nachdruck hervorzuheben und den übrigen Worten entgegenzustellen").

21 *ξεναπατίας χάριν*] *χάριν* non solum „causa" sed etiam „propter" significare potest, cf. Leg. XII, 952 C: *χάριν γ' οὖν τῆς σφόδρα προθυμίας αἰνείσθω.*

22 *ἐκβολῆς ἀδίκου καὶ φυγῆς*] sc. *χάριν.* Duris verbis utitur Dio, cum quondam Dionysius ei dixisset, non *φυγήν* sed *μετάστασιν* sibi factam esse censeret 338 B.

φίλους παρακαλεῖν αὐτὸν ἐκέλευον, εἰ βούλοιντο· ἐμὲ δ' εἶπον ὅτι σὺ μετὰ τῶν ἄλλων βίᾳ τινὰ τρόπον σύσσιτον καὶ συνέστιον καὶ κοινωνὸν ἱερῶν Διονυσίῳ ἐποίησας, ὃς ἴσως ἡγεῖτο διαβαλλόντων πολλῶν ἐπιβουλεύειν ἐμὲ μετὰ σοῦ ἑαυτῷ καὶ τῇ τυραννίδι, καὶ ὅμως οὐκ ἀπέκτεινεν [D] *ᾐδέσθη δέ· οὔτ' οὖν ἡλικίαν ἔχω συμπολεμεῖν ἔτι σχεδὸν οὐδενί, κοινός θ' ὑμῖν εἰμι, ἄν ποτέ τι πρὸς ἀλλήλους δεηθέντες φιλίας ἀγαθόν τι ποιεῖν βουληθῆτε· κακὰ δ' ἕως ἐπιθυμῆτ', ἄλλους παρακαλεῖτε. ταῦτ' εἶπον μεμισηκὼς τὴν περὶ Σικελίαν πλάνην καὶ ἀτυχίαν· ἀπειθοῦντες δὲ καὶ οὐ πειθόμενοι ταῖς ὑπ' ἐμοῦ διαλέξεσι πάντων τῶν νῦν γεγονότων κακῶν αὐτοὶ αἴτιοι ἐγένονθ' αὑτοῖς,*

---

8 *ἀγαθόν τι ποιεῖν*] sicut nunc Dionis amici.

9 *ταῦτ' εἶπον κτἑ.*] Hoc quoque in causa fuisse dicit, cur Dioni non obsequeretur. Dionysium cum Dione ulcisci non curavit, quia omnino noluit denuo rebus Siculis implicari. *πλάνη καὶ ἀτυχία*, duobus his verbis optime de rebus in Sicilia gestis iudicat. Omnes spes et Dionysii philosophiae conciliandi et rei publicae legibus constituendae eum fefellerant, omnes conatus repressi erant. Identidem frustra in Siciliam profectus semper infecta re domum reverterat. Tum pertaesum est vagae illius atque infelicis vitae; id quod praecisis verbis hic dicitur: *μεμισηκὼς τὴν περὶ Σικελίαν πλάνην καὶ ἀτυχίαν.*

10 *ἀπειθοῦντες δὲ καὶ οὐ πειθόμενοι*] Pleonasmus, cf. 335 B *τυφλὸς ὢν καὶ οὐχ ὁρῶν.*

10 *ἀπειθοῦντες — ἐγένοντο*] Quicunque cum Dione ex Graecia in Siciliam profecti sunt. Ea, quae sequuntur, non accurate narrata sunt, quia sub oculis eorum, ad quos epistula missa est, facta sunt. Quod Adam dicit (l. l. p. 6): „Aber wozu war es nötig, den Bewohnern von Syrakus so ausführlich die Ermordung Dions zu schildern, die sich beinahe vor ihren Augen vollzogen hatte“, contra observandum est nostro loco narrationem mutatam esse, ubi primum ad res Syracusanis notas pervenit. Neque vero alium locum 334 A (quem mihi spectasse videtur Adam) explicatam facinoris illius narrationem esse dixeris. Pluribus verbis illo loco scriptor de nece turpissima disseruit, ut Athenas patriam crimine liberaret. At si diligenter locum legeris,

ὤν, εἰ Διονύσιος ἀπέδωκε τὰ [E] χρήματα Δίωνι ἢ καὶ παντάπασι κατηλλάγη, οὐκ ἄν ποτ' ἐγένετ' οὐδέν, ὅσα γε δὴ τἀνθρώπινα· Δίωνα γὰρ ἐγὼ καὶ τῷ βούλεσθαι καὶ τῷ δύνασθαι κατεῖχον ἂν ῥᾳδίως· νῦν δ' ὁρμήσαντες ἐπ' ἀλλήλους κακῶν πάντ' ἐμπεπλήκασι. καί τοι τήν γ' αὐτὴν [351] Δίων εἶχε βούλησιν, ἥνπερ ἂν ἐγὼ φαίην δεῖν ἐμὲ καὶ ἄλλον, ὅστις μέτριος, περί τε τῆς αὑτοῦ δυνάμεως καὶ φίλων καὶ περὶ πόλεως τῆς αὑτοῦ· διανοοῖτ' ἂν εὐεργετῶν ἐν δυνάμει καὶ τιμαῖσι γενέσθαι τὰ μέγιστ' ἐν ταῖς μεγίσταις. ἔστι δ' οὐκ ἄν τις πλούσιον ἑαυτὸν ποιήσῃ, καὶ ἑταίρους καὶ πόλιν ἐπιβουλεύσας καὶ ξυνωμότας συναγαγών, πένης

---

facile cognosces non ignota ibi narrari, sed nota leviter perstringi; id quod plane perspicuum fiet, si cum narrationibus 348 A sqq. locum comparaveris.

1 *ὤν εἰ Διονύσιος ἀπέδωκε κτἑ.*] Maxima omnium malorum causa in Dionysio posita est. Nam si is fidem servasset, Dionem Plato facile, ne quid moliretur, retinuisset. Sed ne Dio quidem omni culpa liberari potest; neque enim Platoni dissuadenti obsecutus est.

5 *καί τοι τήν γ' αὐτὴν Δίων εἶχε βούλησιν*] Postquam Dionis fortunam et exitum strictim attigit, iterum uberius de sententia Dionis loquitur. Non illa quidem mala aut prava erat, neque in ea posita erat perniciei causa. Apertum est scriptoris quam maxime interesse amicis Syracusanis Dionis optimam illam et rectissimam de re publica regenda sententiam explicare. Veretur, ne illi rebus bene gestis ad avaritiam et intemperantiam perducantur.

7 *μέτριος*] modicus, moderatus, iustus, saepe invenitur pro *ἀγαθός* positum, ut Leg. X, 885 E. Verbum quam usitatissimum in Platonis scriptis (cf. Ast, lex. s. v.).

8 *διανοοῖτ' ἂν κτἑ.*] Quae supra leguntur *βούλησιν, ἥνπερ κτἑ.* his verbis explicantur. Non raro epexegesis cum eis, quae antecedunt, non coniungitur, cf. Kühner-Gerth II, 2 p. 344.

9 *τὰ μέγιστ' ἐν ταῖς μεγίσταις*] Coniungas *τὰ μέγιστ' εὐεργετῶν — ἐν ταῖς μεγίσταις τιμαῖς*. Homonyma una posita sunt, sicut persaepe apud Platonem, cf. ad 334 C (*τρίτον τρίτοις*).

ὢν καὶ ἑαυτοῦ μὴ κρατῶν, ὑπὸ δειλίας τῆς πρὸς τὰς ἡδονὰς ἡττημένος, εἶτα τοὺς τὰς οὐσίας κεκτημένους ἀποκτείνας, ἐχθροὺς καλῶν τούτους, διαφορῇ τὰ τούτων χρήματα καὶ τοῖς συνεργοῖς τε καὶ ἑταίροις παρακελεύηται ὅπως μηδεὶς αὐτῷ ἐγκαλεῖ πένης φάσκων εἶναι· ταὐτὸν δὲ καὶ τὴν πόλιν ἂν οὕτω τις εὐεργετῶν τιμᾶται ὑπ' αὐτῆς, τοῖς πολλοῖς τὰ τῶν ὀλίγων ὑπὸ ψηφισμάτων διανέμων, ἢ μεγάλης προεστὼς πόλεως καὶ πολλῶν ἀρχούσης ἐλαττόνων τῇ ἑαυτοῦ πόλει τὰ τῶν σμικροτέρων χρήματα διανέμῃ μὴ κατὰ δίκην. [C] οὕτω μὲν γὰρ οὔτε Δίων οὔτ' ἄλλος ποτ' οὐδεὶς ἐπὶ δύναμιν ἑκὼν εἶσιν ἀλιτηριώδη ἑαυτῷ τε καὶ γένει εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον, ἐπὶ πολιτείαν δὲ καὶ νόμων κατασκευὴν τῶν δικαιοτάτων τε καὶ ἀρίστων, ὅ τι δι' ὀλιγίστων θανάτων καὶ φυγῶν γιγνομένην· ἃ νῦν δὴ Δίων πράττων, προτιμήσας τὸ πάσχειν ἀνόσια τοῦ δρᾶσαι πρότερον, διευλαβούμενος δὲ μὴ παθεῖν, ὅμως ἔπταισεν ἐπ' ἄκρον ἐλθὼν τοῦ περιγενέσθαι τῶν ἐχθρῶν, θαυμαστὸν παθὼν οὐδέν. [D] ὅσιος γὰρ ἄνθρωπος ἀνοσίων πέρι,

---

4 *παρακελεύηται, ὅπως*] cf. Menex. 248 D: *τῇ δὲ πόλει παρακελευοίμεθ' ἄν, ὅπως ἡμῖν καὶ πατέρων καὶ υἱέων ἐπιμελήσονται.*

5 *ταὐτὸν . . . οὕτω*] Verba statim explicantur eis, quae sequuntur *τοῖς πολλοῖς — διανέμων.*

7 *ἢ μεγάλης — πόλεως*] Cum ad rei publicae administrationem inclinet scriptoris animus, tum magnae urbes inprimis ei cordi sunt; id quod in Atheniensi homine Syracusis diutius commorato nequaquam mirum est.

11 *ἑκών*] qui tamen ita facit, *ἄκων* facit, stultitia (*ἀμαθίᾳ*) permotus.

11 *ἀλιτηριώδη*] Vocabulum ter apud Platonem legitur. Permulta huiusmodi verba Plato in posterioribus scriptis adhibuit, cf. Lut. p. 115 nr. 255, p. 117 nr. 276.

13 *ὅ, τι*] *ὅ, τι* Blassii mutatio, libri *οὔ τι, Ω* b (Bekker) *οὔτοι.*

18 *ἀνοσίων πέρι — τῶν τοιούτων*] Hoc quoque loco *ἀνοσίων* vocabulum transpositum est, ut proprius accedat ad homonymon *ὅσιος*, cf. 351 A *τὰ μέγιστ' ἐν ταῖς μεγίσταις.*

σώφρων τε καὶ ἔμφρων, τὸ μὲν ὅλον οὐκ ἄν ποτε διαψευσθείη τῆς ψυχῆς τῶν τοιούτων πέρι, κυβερνήτου δ' ἀγαθοῦ πάθος ἂν ἴσως οὐ θαυμαστὸν εἰ πάθοι, ὃν χειμὼν μὲν ἐσόμενος οὐκ ἂν πάνυ λάθοι, χειμώνων δ' ἐξαίσιον καὶ ἀπροσδόκητον μέγεθος λάθοι τ' ἂν καὶ λαθὸν κατακλύσειε βίᾳ. ταὐτὸν δὴ καὶ Δίων' ἔσφηλε δι' ὀλιγίστων· κακοὶ μὲν γὰρ ὄντες αὐτὸν σφόδρ' οὐκ ἔλαθον οἱ σφήλαντες, ὅσον [E] *δ' ὕψος ἀμαθίας εἶχον καὶ τῆς ἄλλης μοχθηρίας τε καὶ λαιμαργίας, ἔλαθον, ᾧ δὴ σφαλεὶς κεῖται, Σικελίαν πένθει περιβαλὼν μυρίῳ. τὰ δὴ μετὰ τὰ νῦν ῥηθένθ', ἃ ξυμβουλεύω,* [352] *σχεδὸν εἴρηταί τέ μοι καὶ εἰρήσθω· ὧν δ' ἐπανέλαβον ἕνεκα τὴν εἰς Σικελίαν ἄφιξιν τὴν δευτέραν, ἀναγκαῖον εἶναι ἔδοξέ μοι ῥηθῆναι δεῖν διὰ τὴν ἀτοπίαν καὶ ἀλογίαν τῶν γενομένων· εἰ δ' ἄρα τινὶ τὰ νῦν ῥηθέντ' εὐλογώτερ' ἐφάνη καὶ προφάσεις πρὸς τὰ γενόμεν' ἱκανὰς ἔχειν ἔδοξέ τῳ, μετρίως ἂν ἡμῖν καὶ ἱκανῶς εἴη τὰ νῦν εἰρημένα.*

---

10 *τὰ δὴ μετὰ τὰ νῦν ῥηθένθ' κτἑ.*] De epistulae voluntate atque consilio infra agendum erit.

De oratione et sententiis.

Quoniam totam epistulam perlustravimus, restat, ut singulas res, de quibus inprimis quaerendum esse videtur, repetamus. Ac primum quidem dicendi vel scribendi genus per totam epistulam observatum nunc tamquam uno conspectu respiciamus. Neminem, qui epistulam perlegit, fugere potest orationem persimilem esse ei, quam in Platonis scriptis invenimus, et in hoc ipso praecipuam dictionis proprietatem positam esse omnes concesserunt. Minime vero iis assentiri possumus, qui toti epistularum generi diffisi hanc similitudinem diligentiorem sustinere non posse examinationem dixerint. Neque enim in universum color quidam Platonicus epistulae inductus est, sed perspicue eum refert sermonem, qui in ultimis Platonis scriptis observatur, differentiaeque illae, quas Karstenus alii exquisivisse sibi videntur, aut omnino non inveniuntur aut minimi momenti existimandae sunt.

Primum verborum copia eadem est atque in Platonis operibus posterioribus; eorundem vocabulorum frequentiae observantur (*θαυμαστὸς, σχεδὸν, τὶς, τρόπος, δεῖν, καθάπερ, περί* alia). Neque solum numerus singulorum verborum sed etiam ratio utendi congruit; *μέτριος, ὑγιής,* alia eandem habent vim atque significationem. Enuntiatorum compositionem si spectabimus, statim cuivis apparebit epistulam raptim ac neglegenter scriptam esse, id quod multis locis notavi. Quo magis mirari debemus eandem nobis persaepe occurrere verbositatem, quam Platonis senis propriam esse novimus. Has duas res prope diversas, quarum utramque evidenter animadverti nemo negare potest, ad explorandum auctorem permagni momenti esse existimo. Deinde observandum est scriptorem identidem a pristinis rebus ad futuras, a futuris vel praesentibus ad pristinas transire (326 E *δέος δέ, μὴ καὶ πλειόνων ἔτι,* 331 D *κατὰ δὴ τοῦτον τὸν τρόπον ἐγὼ ὑμῖν τ' ἂν ξυμβουλεύοιμι, ξυνεβούλευον δὲ καὶ Διονυσίῳ*

μετὰ Δίωνος, 335 C, al.), ita ut pariter in praeteritis atque in praesentibus rebus eius cogitationes versari videantur. Simili modo a privatis rebus ad publicas (330 D, 331 C), a singulis ad generales (330 C) transgreditur.

Aliarum rerum, quibus Platonis rationem scribendi cognoscimus, hae praedicentur: Homines in narratione saepe disputantes inducuntur (346 A, 348, 349), duobus locis finguntur (327 E, 328 D). — Numerandi studium occurrit 334 C, 337 D, 342 A. — Euphemia compluribus locis observari potest: Non modo, sicut aequum est, de Dionis fortuna miserabili caute loquitur (336 B, 337 D), sed etiam aliis in rebus mala verba vitare studet (*ἐναντίος* 332 D, 340 D, *καλῶς — οὐ καλῶς* 334 D, *νῦν δ' εὐφημῶμεν* 336 C).

Sed his ad sententias iam transgressi sumus; neque enim ad formam solam talia pertinent, verum etiam scribentis sententiam atque animum ostendunt. Cum omnia, quae in epistula scripta sunt, repetere neque possim neque velim, ea potissimum eligenda sunt, quae per totam epistulam inveniantur atque hanc ob causam minime interposita aut inserta putari possint. Atque hic principem locum obtinere aequum est, quae de re publica scripta sunt. In his firmum sane constansque iudicium cognoscimus; quod etsi praesentis rerum status rationem habere consentaneum est, tamen a scriptoris animo alienum non esse oportet. Quae ineunte epistula Dionis sententia atque voluntas esse dicitur, ea identidem mutatis verbis repetitur et probatur (324 A B, 332 E, 336 A, 336 E sqq., 351 A sq.). Platonis de re publica recte constituenda non eandem semper fuisse sententiam omnibus notum est. Qua erat animi mobilitate ac libertate, non in eadem semper opinione perseveravit, sed rebus gestis se doceri passus est. Ita fit, ut alia aliis in scriptis de rei publicae formis legamus. Falsario, qui ex multis Platonis scriptis „sua compilaret", difficillimam rem fuisse credo ex tanta varietate sententiarum unam illam eligere, quae ad epistulae tempus conveniret, eamque per totam epistulam tractare. Sed quidquid de epistula statuimus, illis temporibus, de quibus agimus, quibus libros de Legibus [1]) scribebat,

[1]) Bonae iustaeque leges quantum valeant ad rei publicae salutem mira crebritate in epistula commemoratur: 325 C, 326 C, D, 332 B, E, 334 C, 336 A, D, 337 A, 351 C.

Platonem ita, ut in epistula iudicatum est, de rebus Siculis et de re publica existimasse inter omnes constat. — Item in epistula identidem expressum legimus scriptoris odium in Siculorum victum luxuriosum (326 B sq., 327 B, 331 B, D, 336 C). Cum his artissime cohaerere videtur, quod ab eis, qui philosophiae studere velint, postulatur, ut moderatos primum se praebeant atque in victu cotidiano temperantia utantur (328 A *λόγος καὶ βίος*, 340 D, 341 A et C). — Tertium hic affero scriptoris de Dionysio tyranno iudicium, p. 338 D sic tyrannus describitur: *οὔτ' ἄλλως ἐστὶν ἀφυὴς πρὸς τὴν τοῦ μανθάνειν δύναμιν φιλότιμός τε θαυμαστῶς*. Eadem Dionysii *φιλοτιμία* 329 D, 330 A, 344 E, 345 E commemoratur. Mira arte et veritate explicatur, quomodo mala conscientia ipsius tyranni factum sit, ut magis magisque inimicus fieret philosophi. Egregie exprimitur, quomodo ira Dionysii iamdudum repressa tandem efflagraverit, cum Plato perfidiae eius obstitisset. Haec omnia, non modo singula facta, sed etiam perpetua illa dubitatio tyranni, qui neque consilia Platonis sequi posset neque contra eum facere quidquam auderet, tam vivis coloribus depicta sunt, ut falsarii opus non facile credamus. Maxime autem miramur, quanta temperantia atque iustitia in tyrannum usus sit scriptor. Unum illud excipio, quod legimus p. 329 D, Dionysium sola gloriae cupiditate permotum esse, ut Platonem Syracusis retineret. Philosophus postquam tot tantasque iniurias tyranni perpessus est, sibi persuadere non potuit illum unquam vero erga se amore impulsum fuisse. Quodsi animadvertimus scriptorem non sine ira et studio fuisse, eo magis admiramur illam eius iustitiam atque moderationem, qua etiam grato animo agnoscat, quae ab inimico bene facta sint. Equidem quemvis Platonis defensorem vel discipulum (ne dicam Karsteni falsarium) aliter de Dionysio scripturum fuisse credo. Quis non tyranni fortuna miserrima tamquam iusta poena exultasset? quae in nostra epistula non attingitur. — Reliquas, quae in epistula passim occurrunt, sententias de divino philosophiae principio (324 B, 326 A, 327 C, al.), de inscitia omnium malorum radice (336 B), de divitiarum cupiditatis periculo (334 D, 335 A), de vulgi opinione spernenda (326 B, 334 E), de veteribus dictis non contemnendis (335 A), has omnes, quoniam singulis locis tractavi, hic praetereo.

De eis, ad quos missa est epistula.

Priusquam de epistulae voluntate atque proposito quaestionem haberem, mihi visum est de eis, ad quos missa est epistula, paucis disserere. Neque enim solvi poterit illa quaestio, nisi prius exploratum erit, utrum epistula ea, quam tractamus, vera, ut ita dicam, epistula sit an libellus, quem scriptor commoditatis causa sermone epistulari usus composuerit. Hoc ut perspiciamus, primum inquirendum est, num fieri potuerit, ut epistula ad eos mitteretur, quibus inscriptam legimus. Quodsi apparuerit per totam epistulam illorum Dionis familiarium rationem habitam esse, etsi negari non poterit hoc etiam a falsario fieri potuisse, tamen verisimillimum erit epistulae formam non commoditatis causa sed ob ipsam rem electam esse. — Ei, qui scriptum re vera epistulam esse negarunt, velut Karsten, Adam (p. 6 „Broschüre in Briefform"), alii, in hanc sententiam adducti sunt cum ipso libelli ambitu tum singulis locis, quibus scriptor propositi oblitus esse videatur (K. p. 40). Sed quamvis miremur epistulam tam longam esse, tamen paginarum multitudine quaestionem solutam esse nemo existimabit; atque si per tot paginas consilium a scriptore teneri cognoverimus hoc non minus isto argumentum iudicabimus. De singulis illis locis infra mihi agendum erit. — Sed iam ad ipsam epistulam accedamus. De eis, ad quos missa est (vel missam se esse fingit) epistula, perpauca dici consentaneum est. Inscripta est Dionis familiaribus atque sodalibus, *τοῖς Δίωνος οἰκείοις τε καὶ ἑταίροις*, qui idem in epistula (Dionis) amici appellantur, 336 C *ὑμῖν τοῖς φίλοις*. Quibus in verbis eos intellegendos esse apertum est, qui Dionis partes secuti, cum vita esset defunctus, eius vestigia ingredi volebant. Hi, si modo epistulae fidem habemus, ad Platonem scripserunt se idem quod senserit Dio sentire, eumque ut secum societatem ineat rogaverunt. Praeterea ex compluribus locis cognoscere possumus illis, si non rei publicae constituendae, at tamen consilii de re publica capiendi occasionem datam esse (326 E *ἐὰν μὴ νῦν ὑμεῖς ...* 330 C *ὑμῖν ... ξυμβουλεύσας ἃ χρὴ ποιεῖν ἐκ τῶν νῦν γεγονότων*, 337 E *τὰ δὲ νῦν ὑμεῖς πειρᾶσθ' εὐτυχέστερον ...*). — Quod Karsten affirmat (p. 41) Dionis amicos „eo tempore non tanta fuisse potentia, ut de

ordinanda civitate deliberandi iis esset locus", temere mihi iudicare videtur. Melius de hac re scripsisse puto Adamum (p. 6), qui epistulam scriptam esse anno 352 vel 351 a. Chr. n. probare conatus est. Sed ne ei quidem sine aliqua dubitatione assentiri possum, quia in tanta rerum perturbatione ac mobilitate, quantam illis temporibus Syracusis fuisse accepimus, certum temporis terminum circumscribere perdifficile est. — Multo maioris momenti sunt ea, quae per totam epistulam abscondita a diligenter legentibus cognoscuntur. Haec ut perlustremus, totam epistulam percurramus. Primum scriptor respondet se cum illis societatem initurum non esse, nisi Dionis sententiam sequerentur. Qua ex condicione bis repetita (et ex illorum epistula et ipsa responsione) cognosci potest eum timere, ne a recta via aberrent. Quae 324 B de Hipparino scribit, ad rem ab illis commemoratam spectare videntur. Deinde 324 sqq. de rebus Atheniensibus agitur; haec ad externos homines scripta esse facile intellegimus. Etenim quamquam summatim exponit de iuventute sua, tamen eis explicat, qui tunc fuerit Athenarum status. Quin etiam Socrates quis fuerit eos docet. Diversa ratione de rebus Siculis scribit. Narrans, quomodo sibi cum Dione consuetudo facta sit (327 A), de Syracusarum statu nihil dicit, nisi quod in vituperando Siculorum victu de luxuria civium perpauca adiungit. Dionysii maioris vitam omnino praetermittens mortem solam commemorat (327 B). Principatus ille, quem Syracusae in Sicilia atque Italia obtinebant, Dionis potentia, Dionysii minoris adulescentia cupiditasque philosophiae, haec omnia quasi in transitu attinguntur, ubi dicit Dionem harum rerum in epistula mentionem fecisse (328 A). Dionem urbe eiectum esse leviter perstringit (329 B/C), ipse cur Syracusis manserit, uberius explicat (329 D sqq., sicut supra quoque copiose narravit, quibus causis commotus iter susceperit).

Quae si consideramus atque cum prioribus coniungimus, hoc fere modo de eis, ad quos missa est epistula, intellegendum est:

1. Siculi sunt, Dionis partes secuti, atque hac una Dionis amicitia cum Platone coniuncti.

2. Cum ipsos non noverit, Plato non perquam confidit eörum constantiae eosque admonendos et confirmandos esse iudicat.

3. De rebus Atheniensibus admodum pauca eis sunt cognita.

4. Res Syracusis gestas ipsi viderunt et bene noverunt.

5. Rerum gestarum causas vero et parvas illas res, velut Platonis et Dionysii colloquia, non pariter compererunt.

Quinque haec, quae dixi, epistulam perlegens passim confirmata invenies. Praecipuos afferre liceat locos:

330 C *διέξειμι τῶν ἐπανερωτώντων ἕνεκα* . . . Cf. 5.

330 D prooemium consilii, cum Platonis consuetudine in Legibus observata optime congruens, etiam legentes spectare videtur: Cum enim scribit illis solis suadendum esse, qui consilium sequi vellent, significat se illis consilium non fuisse daturum, nisi eos obsequi velle sperasset. 2.

331 C *ξυνεβούλευον δὲ καὶ Διονυσίῳ μετὰ Δίωνος.* Consilium tale esse dicit, quale etiam Dionysio una cum Dione dedisset. Cf. 1.

332 B *ἔτι δ' Ἀθηναῖοι.* 3.

333 B *ἐπειδὴ δ' οὖν ἠλευθέρωσέ τε κτἑ.* Res a Dione gestae leviter tanguntur. 4.

334 B acerrime vituperans *τὴν βάναυσον φιλότητα* veramque amicitiam sine philosophia esse non posse confirmans simul eos docet, quibus in fundamentis ipsorum amicitia posita esse debeat, si modo recte Dionis sodales appellari velint. 2.

334 D sq. Dionis mortui fortunam meliorem esse quam Dionysii vivi demonstrandum eis esse censet. 2.

335 D, 336 A Dionis sententia atque voluntas explicantur. 2.

336 C Consilium his verbis continetur: *μιμεῖσθαι . . . συβουλεύω Δίων' ὑμῖν τοῖς φίλοις.* Quod in epistula compluribus locis ea sententia, quae a Platone profecta est quamque a Platone Dio accepit (id quod 327 A non gloriose at tamen aperte dictum est), „Dionis sententia“ vocatur, in hoc quoque legentium ratio est habita, qui Dionis sodales fuerant eiusque sententiam se secuturos esse dixerant. 1.

τὸν μὴ δυνάμενον ὑμῶν Δωριστὶ ζῆν: Non confidit scriptor illos omnes re vera Dionem imitaturos esse. 2.

336 D *φοβεῖσθαι δὲ μηδ' Ἀθήνας.* 3.

338 A *ἦν γὰρ τότε πόλεμος ἐν Σικελίᾳ.* Haec minime pugnant cum 4. Neque enim de bello narratur, sed ad verba *γενομένης δ' εἰρήνης* haec parenthesis adiungitur. Praeterea

illis verbis nota non minus quam ignota adici poterant (Vern. „Es war ja damals ...“ aut „Denn es ...“).

338 B *Δίων ... ἐκέλευέ τε πλεῖν καὶ ἐδεῖτο.* — *Δίων συντεταμένως ἐδεῖτο.* A Dione ipso se impulsum esse, ut proficisceretur, quam maxime confirmat. 1.

338 B *Ἀρχύτης* et 339 A *Ἀρχίδημος* eis, qui legebant noti erant. 1.

339 A *ὑπομένειν εἴ τις κτἑ.* Veretur, ne quis ex illis ipsius facta non probet. 2.

339 E *τὸ μὴ δεῖν προδοῦναι Δίωνα.* 1.

340 B sqq. Quae de experiendo (*πεῖραν λαβεῖν*) hoc loco legimus similiter atque ea, quae 334 B de recta amicitia scripta sunt, etiam illorum causa dicuntur. 2.

341 B sqq. De Dionysii scripto ut de re obscura atque ignobili consulto incertis verbis loquitur (*ὕστερον δὲ καὶ ἀκούω γεγραφέναι αὐτόν*), quamquam illis id satis notum esse putat.

345 B *μάρτυσι μαχεῖται.* Suam sententiam apud eos parum valere arbitratus, ad alios *μάρτυρας* provocat. 1.

345 E *Δίωνος οὕτω προπεπηλακισμένου.* De Dioni illatis iniuriis inprimis Dionysium monuisse se dicit. 1.

346 A sq. Colloquia cum Dionysio habita. 5.

348 A/B Quae de militum seditione sunt dicta, omitti non poterant; quare non pugnant cum 4.

348 B Heraclides, Theodotus, Tisias Siculis noti sunt. 4.

348 C sqq. Ea, quae in horto gesta sunt, Syracusanis nota non fuisse consentaneum est. 5.

349 E *ὅτι καλῶς οὐδαμῇ ποιεῖς ...* Dionis familiaritas a Dionysio Platoni crimini data est. 1.

350 C/D Cur non cum Dione in Siciliam profectus sit, Dionis amicis explicat.

351 Exeunte epistula denuo confirmatur Dionis sententiam, quam se secuturos esse illi promiserant, eandem esse, quam scriptor rectam existimet atque commendet.

His omnibus quoniam optime confirmari apparet ea, quae supra ex prima epistulae parte collegimus de eis, ad quos missa est epistula, restat, ut de singulis locis disseram, qui cum his pugnare videantur.

Compluribus locis non Dionis amicos allocutus esse videtur scriptor: In dialogi sermonem incidit 342 B περὶ ἓν οὖν λαβὲ βουλόμενος μαθεῖν τὸ νῦν λεγόμενον καὶ ... νόησον. Id quod eo minus mirari possumus, quia ipse scriptor hanc epistulae partem μῦθον καὶ πλάνον esse dicit (344 D). Tribus locis scribit ea, quae narret, non eis solis audienda esse: 324 B οὐκ ἀπάξιον ἀκοῦσαι νέῳ καὶ μὴ νέῳ (statim sequitur: πειράσομαι ... πρὸς ὑμᾶς διεξελθεῖν), 337 E ᾧ μέλει ἀκούειν ἔξεστι, 345 A ἐννοεῖν δὴ δεῖ τὸ μετὰ τοῦθ', ὅτῳ μέλει τὸ περὶ αὐτὰ γεγονὸς εὑρεῖν. Sed ex his colligere Platonem epistulam editioni destinasse temerarium est. Ne nos quidem si in epistula scriperimus „hoc audire cuivis per me licet", quisquam sanus ex his coniciat nos eam epistulam edituros esse. — Semel Dionis amicos dicit τοὺς ἐμὲ παρακαλοῦντας: 333 C οἷον γὰρ γέγονεν ἀκοῦσαι χρὴ τοὺς ἐμὲ παρ., i. e. vos, ut qui me ad se advocaverint. Reliqui sunt duo hi loci: 334 C: Ταῦτ' εἴρηται πάντα τῆς ξυμβουλῆς ἕνεκα τῶν Διωνείων φίλων καὶ ξυγγενῶν (sequitur: ξυμβουλεύω ... ὑμῖν), 338 A: πρὶν συμβουλεύειν τοῖς οἰκείοις καὶ ἑταίροις τοῖς περὶ Δίωνα. Locorum similitudo patet: utroque „consilium Dionis amicis datum" ex rerum contextu eligitur. „Dionis amicis" (non „vobis") consilium a se dari monens significare videtur scriptor neque illis se hoc consilium daturum fuisse, nisi Dionis amicos se esse confirmassent, neque ulli ali Dionis amico aliter se suadere posse. — Denique tractandus mihi est locus 333 C: Postquam Dionis exitum attigit, haec scribit: οἷον γὰρ γέγονεν ἀκοῦσαι χρὴ τοὺς ἐμὲ παρακαλοῦντας (cf. supra dicta) πρὸς τὰ νῦν πράγματα. Ei, qui parum diligenter rem observat, supervacuam his verbis narrationem instituere videtur; etenim de Dionis morte Syracusani melius instructi erant Platone, cf. etiam Adami verba ad locum 350 D (p. 210) a me adscripta. Sed velim perlegas, quae in epistula sequuntur: ἦλθον Ἀθηναῖος ἀνὴρ ἐγὼ κτἑ. Est mirus ille locus, quo Plato se ipse opponit perfidis illis proditoribus Atheniensibus, ut patriam crimine liberet. De Dionis morte nihil copiose explicatur; uberius exponitur nefarios illos homines non philosophia Dionis amicos factos esse, de ipsa nece tam paucis contentus est, ut nos plane intellegere verborum sensum non possimus: οὐ μόνον τὸν ἑταῖρον καὶ

ξένον προὔδοσαν, ἀλλ' οἷον τοῦ φόνου αὐτόχειρες ἐγένονθ' ὅπλ' ἔχοντες ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοὶ τοῖς φονεῦσι παρεστῶτες ἐπίκουροι. — Quare hoc ipso loco optime confirmari mihi videtur, quod per totam epistulam observavimus, scriptorem, sive finxit epistulam, sive re vera misit, illorum, quibus inscripsit, semper memorem fuisse omniaque ita composuisse, ut ab eis legerentur.

De epistulae voluntate atque proposito.

Ex epistulae perlustratione quoniam verisimillimum nobis visum est eam non fictam sed re vera Dionis amicis destinatam esse, explorandum est, num certum aliquod in ea cognosci possit propositum, quod scriptor tenuerit. Quod plerique viri docti negarunt, cum dicerent libellum quamquam epistulae formam imitaretur, tamen Platonis defendendi causa scriptum atque editum esse. Quibus optimo iure obstitit his verbis Maximilianus Odau: „... primarium consilium non perspexisse videntur. Praeoccupata enim opinione epistulam subditivam esse rati omnia ad Platonem defendendum referunt ..." Quod vero ipse deinde de epistulae voluntate scripsit, non eadem felicitate exposuit; immo in eodem atque reliqui errore versari mihi videtur, cum ex singulis locis „primarium consilium" colligere velit. Indicat (p. 12) „Platonem Syracusanis omnia, quae in Sicilia sibi evenissent, ob eam causam enarravisse, ut refutaret eos, qui dicerent auctorem omnium malorum atque calamitatum esse Platonem". Nemo negabit compluribus locis hoc consilium conspici posse; sed totam epistulam talis refutationis causa conscriptam esse credi non potest propterea, quod Dionis sodales, qui Platonem rogaverant, ut societatem secum iniret, ipso rogando demonstraverant se illi confidere neque falsis rumoribus fidem habere. — Ex his cognoscere possumus, quam caute haec quaestio tractanda sit. Ac primum quidem locos considerate deligere oportet, cum ex aliis aliud epistulae propositum colligi posse intellexerimus. Neque vero deest epistulae propositio, quam primam spectari aequum est. In exordio haec scripta videmus: 324 A B (*Δίων*) *ἣν ἔσχε τότε δόξαν, ταύτην καὶ διετέλεσεν ἔχων, Συρακοσίους οἴεσθαι δεῖν ἐλευθέρους εἶναι κατὰ νόμους τοὺς ἀρίστους οἰκοῦντας ... τίς δ' ἦν*

ὁ τρόπος τῆς γενέσεως αὐτῆς, οὐκ ἀπάξιον ἀκοῦσαι νέῳ καὶ μὴ νέῳ, πειράσομαι δ' ἐξ ἀρχῆς αὐτὴν ἐγὼ πρὸς ὑμᾶς διεξελθεῖν· ἔχει γὰρ καιρὸν τὰ νῦν. His verbis cum, quid voluerit scriptor, manifeste dictum sit, quaestio exoritur, utrum promisso steterit necne. Qui sine ira et studio totam epistulam conspexerit, non negabit scriptorem propositum tenuisse. Per omnes paginas illa „Dionis sententia invenitur, ad eam omnia referuntur, ea identidem explicatur et repetitur. Quin etiam sine illa propositione tota narratio intellegi non potest: Neque enim, si diligenter pernoscimus, rerum gestarum narratio est, cum ipsae res gestae, atque etiam gravissimae velut Dionis eiectio, leviter perstringantur. Quae uberius tractantur, causae sunt, rationes, sententiae, considerationes, deliberationes; atque ex omnibus his rebus maxima est, quae semper revertitur „sententia Dionis". Quaenam est haec „Dionis sententia"? Dioni iniecta est a Platone, Platoni innata est Athenis rei publicae statum consideranti, ab utroque apud Dionysium est praedicata. Dione expulso Plato semper speravit se effecturum esse, ut ille revocaretur, et una cum eo se Dionysium ad illam sententiam perducturum esse. Quae spes, qua in omnibus deliberationibus regebatur, postquam eum fefellit, Dio vi et armis Syracusas liberavit, et sine dubio in re publica constituenda eadem usus esset sententia, nisi a nefariis hominibus prius interfectus esset. Nunc Dionis amicis in eadem sententia permanendum est. — Hic est „ὁ τρόπος τῆς γενέσεως αὐτῆς" (τῆς δόξης): Quomodo ad hanc sententiam pervenerint et quomodo in omnibus rebus gerendis ea ducti sint cum Dio tum Plato, explicatur. An liberius tibi intellegere videor vocem „γενέσεως"? Num ipse contentus esses, si nihil nisi originem, i. e. 324 B — 326 B, scriptor narrasset? Omnibus rebus adversis hanc sententiam semper confirmatam esse, nonne hoc item ad γένεσιν pertinere censeamus? — At cum a Platone illa sententia profecta sit ac narrationis partem longe maximam Platonis itinera in Siciliam facta obtineant, Platonis magis quam Dionis sententia esse videtur. — Est sane, nemo negat. Cur vero Dionis dicta sit a scriptore, supra explanavimus: Ad Dionis amicos scribebat, apud quos multum valebat Dionis auctoritas, et magni eius intererat demonstrare hanc, quam explicaret, sententiam eandem esse, quam illi se probare confirmaverant. Cum hac una ratione

declarari possit discrepantia, quae inter propositum et epistulam esse videtur, ex hoc facile intellexeris, quam apte coniuncta sit haec quaestio cum illa, quam supra tractavi, de „Dionis amicis“. Idem de auctore dici potest. Falsarius de Platonis itineribus narraturus non promisisset se de Dionis sententia verba facturum esse; falsarius de rebus Siculis verba facturus non ad Dionis amicos se scribere finxisset, quibus res gestas notas fuisse sciret; falsario denique de Platonis itineribus Siculis acturo non sententiae sed res gestae narrandae erant. Quare minime miramur a Karsteno falsarium summa stultitia ornari debuisse, ut talem epistulam posset conscribere.

Sed altera est epistulae pars, consilium (*ξυμβουλή*) quod vocatur, cuius in illa propositione mentio non fit. Suadet Dionis amicis, ut illum imitentur, neve aut adversis aut secundis rebus de illius sententia deiciantur. Quod consilium rerum ordine servato narrationem praeteritarum rerum sequi debebat; sed propter rei gravitatem scriptor huic parti medium epistulae locum concessit,[1]) ita ut duabus partibus narrationis interposita sit. Eadem de causa non solum prooemio ornavit sed etiam exemplis auxit consilium. Quin etiam prae eo reliquas res dicit minoris momenti (*πάρεργα* 330 C) esse. Quod quamquam leviter legentibus cum proposito illo pugnare videtur, tamen si diligenter consideramus, nequaquam pugnat. Neque enim diversae res sunt consilium atque narratio: Ad hanc illud tamquam cumulus accedit. De rebus praeteritis nemo scribere poterat, quin adiungeret, quid postea faciendum esset. Atque tam apte inter se cohaerent duae illae partes, ut et in narratione passim legantur, quae in consilio comprehensa sunt, et in exemplis consilio additis complures res in narratione commemoratae repetantur. Quibus repetitionibus Odau permotus est, ut in una epistula utramque partem scribi potuisse negaret. Sed de hac re infra dicturus sum.

Quoniam vidimus propositum illud, quod in exordio legimus, et narratione et consilio optime servatum esse, reliquum est, ut quaeramus, num ipsum propositum diligenter a scriptore delectum sit. Hoc ut intellegamus, ex ipsius epistulae verbis

---

[1]) Sed ipse in fine epistulae narratione confecta ad consilium nos reducit his verbis, 351 E: *τὰ δὴ μετὰ τὰ νῦν ῥηθένθ᾽ ἃ ξυμβουλεύω, σχεδὸν εἴρηταί τέ μοι καὶ εἰρήσθω.*

cognoscamus, qua de causa scripta sit et qualis fuerit eorum, ad quos missa est, condicio:

Sic incipit epistula: *Ἐπεστείλατέ μοι νομίζειν δεῖν τὴν διάνοιαν ὑμῶν εἶναι τὴν αὐτὴν ἥν εἶχε καὶ Δίων, καὶ δὴ καὶ κοινωνεῖν διεκελεύεσθέ μοι, καθ' ὅσον οἷός τ' εἰμὶ ἔργῳ καὶ λόγῳ.* Ex illorum epistula, ad quam responsurus est scriptor, duae res repetuntur: Dixerunt se Dionis sententiam sequi, petierunt Platonis societatem vel communionem (*κοινωνίαν*). Respondet, si re vera eadem qua Dio fuerit sint sententia, se *κοινωνίαν* petitam non denegare. Haec mirum in modum a viris doctis intellecta sunt. Apud Karstenum legimus p. 38 sq.: „Dionis amici, mortuo duce et rectore, civitate intestinis discordiis lacerata, imminentibus hostibus, in re trepida per literas adeunt Platonem consilium et auxilium rogantes", et paulo infra p. 39 „in re angusta", et p. 36 „quid angustis in rebus agerent". Odau identidem confirmat Dionis amicos „in summo rerum discrimine" tum fuisse (l. l. p. 6, 40). Quorum neque alterius „rem trepidam" vel „angustam" neque alterius „summum rerum discrimen" in epistula reperire potui. (Atque stultissimi fuissent, qui in summo rerum discrimine Athenas misissent rogatum, quid sibi faciendum esset!) Verum si modo de condicione illorum ex epistula aliquid conicere licet, malim cum Adamo (p. 6) putare eos re bene gesta rem publicam tum constituturos fuisse, propterea quod compluribus locis et de re publica bene constituenda docentur et, ne victoria sublati a recta via aberrent, admonentur. Sed vereor, ne haec quoque ex epistula colligere temerarium sit. Ex verbis 336 D (*εἰ δ' οὖν ταῦτα μὲν ὕστερα γένοιτ' ἄν, κατεπείγουσι δ' ὑμᾶς αἱ τῶν στάσεων πολλαὶ ... διαφοραί*) cognosci posse videtur, scriptorem de illorum condicione certi nihil exploratum habere; id quod veri simillimum est in tanta rerum mobilitate. — *κοινωνεῖν διεκελεύεσθέ μοι*, hoc non est „consulere". Dioni cum Platone *κοινωνία* intercessit, quae illius morte sublata esse videtur; sed amici qui Dionis partes susceperant, etiam illam coniunctionem redintegrare volunt. Plato eorum voluntati obsecutus novam societatem tamquam constituit copiose demonstrans, quo fundamento nitatur. Atque ut hoc pluribus verbis persequeretur, et ipso proposito commovebatur, et rei natura postulabat. Namque ea, quae ipsi Syracusis

acciderant, tam insolita fuerant, ut omni ratione carere viderentur; quare qui illarum rerum progressum recte intellegere volebat, eum omnes causas, considerationes, consilia cognoscere opus erat. Amici autem, si re vera Dionis causam suscepturi erant, de principiis eius causae, i. e. de rebus antea a Platone et Dione gestis, erudiendi erant, ut causam susceptam et a falsis criminationibus tueri et eadem mente, qua ab illis instituta esset, persequi possent. Eadem de causa apud nos quoque quicunque societati alicui se adiungit, rerum gestarum memoriam vel historiam comperire studet. Neque solum erudiendi sed etiam adhortandi causa epistula scripta est. Pristinorum factorum memoria scriptor iuvenum perseverantiam et constantiam firmari, studium et audaciam augeri posse confidit; ne hoc quidem a nostra consuetudine alienum est. — Ne autem pristinas res tantum tractare videatur, consilium quod vocatur a narratione separatum in media epistula collocavit; quare quamquam epistulam raptim scriptam difficile est in singulas partes dividere, tamen hanc dispositionem rerum a scriptore consulto factam esse facile intellegimus. Ita propositum scriptor optime et elegisse et executus esse mihi videtur.

Iam intellexeris nequaquam me assentiri posse sententiae Odavii, qui „consilio" secluso octavam cum septima epistula coniungendam esse censet. Tamen de hac re paucis agendum mihi esse videtur. Odau primum consilium 330 C — 338 A et digressionem philosophicam 341 A — 345 C tamquam partes postea insertas delet, deinde consilio desiderato alterum (ep. VIII.) adiungit; quae quidem ratio ipsa cum minime mihi probari possit, tum tantum paginarum numerum (sunt enim $8 + 5 = 13$ paginae Teubnerianae, cum tota epistula 30 paginas amplectatur) delere dubitaverim. Sed haec iam praetereuntes ad ipsas causas Odavii transeamus. Consilium quod vocatur dispositione carere dicit. At in hac parte, quae cum brevissime dici posset consulto a scriptore exemplis amplificata est, ne inter maiores narrationis partes excideret, dispositionem minime desideramus, dummodo cogitationum progressum observare possimus. Quos deinde locos affert, ut male insertum consilium probet, minoris momenti mihi esse videntur. Neque enim mirum est scriptorem in epistula celeriter scripta etiam post consilium interpositum nonnulla de

secundo itinere antea neglecta commemorare, quae ad intellegendam insequentem partem necessaria essent. Ob hoc ipsum aliter res disponens non separatim singulas peregrinationes tractat, sed ita narrationem instituit, ut singulorum itinerum in Siciliam factorum causae et rationes facile pernoscantur. Tertium monet in consilio multas res in narratione commemoratas repeti. De his repetitionibus supra verba feci; cum omnino brevitati non studeat scriptor, miranda non sunt. Quod denique septimam epistulam (cum octava coniunctam) ad omnes Syracusanos missam esse existimat, contra demonstrasse mihi videor in septima epistula ubique Dionis amicorum rationem esse habitam. — Cum septima epistula coniungens octavam huius salutationem delet Odau. Sed male accidit, quod duo loci tollendi tamquam ad ancoras deligati sunt: consilium delens una delere coactus est locum 351 E *τὰ δὴ μετὰ τὰ νῦν ῥηθέντα κτἑ.*, in quo consilii dati mentio fit; octavae autem epistulae exordium salutatione sublata intellegi non potest; nam quae ibi scripta videmus „*ἃ δ' ἂν διανοηθέντες μάλιστ' εὖ πράττοιτ', ὄντως πειράσομαι ταῦθ' ὑμῖν κατὰ δύναμιν διεξελθεῖν*, ea ad salutationis verba *εὖ πράττειν* referenda esse neque ab his avelli posse perspicuum est. — At dixerit quis has omnes singulas res atque parvas esse. Libenter concederem, si tota epistula Odavii commutatione melior facta esset. Sed contra peior est facta. Quae perspicuo proposito ornata et optimo ordine disposita erat, mutatis consiliis turbata est: Longam praeteritorum narrationem sequuntur singula consilia, quae quia minime cum illa cohaerent in propositione nequaquam praetereunda erant. Deinde ex verbis exordii facile cognoscitur hanc primam fuisse epistulam, qua *κοινωνία* ab illis petita tamquam constitueretur; in hac minime conveniebat de singulis rebus consilia dare,[1]) quae ab illis petita esse in epistula certe non legitur. Si ex verbis *κοινωνεῖν ἔργῳ καὶ λόγῳ* talia intellegi velis, admodum premenda sint ista verba. Multo magis est veri simile talia consilia ad singulas res pertinentia

[1]) Plato in prooemio consilii dicit 330 D *τὸν συμβουλεύοντα ... χρὴ ... πρῶτον μὲν αὐτὸν μεταβάλλειν τὸν βίον καὶ ἐθέλοντι μὲν πείθεσθαι ... τἆλλ' ἤδη παραινεῖν.* Quod praeceptum ipse secutus esse videtur: Priore epistula (VII.) in universum eis suadet, ut Dionem imitentur, in altera (VIII.) deinde de singulis rebus consilia dat.

neque a Dionis amicis, qui amicitiam conciliare volebant, statim petita, neque a Platone tam celeriter data esse. Denique qui talia suasurus erat, nunquam narrationem tam longam praemisisset. — His de causis Odavii coniectura reicienda mihi videtur esse.

De epistulae auctore.

Venimus nunc ad totius quaestionis summam atque sententiam. Nam quoniam totam epistulam perlustravimus et de singulis rebus exposuimus, restat, ut de ipso epistulae auctore inquiramus. Quamquam in prioribus partibus facere non potui, quin occasione data hanc rem attingerem, tamen non otiosum fuerit hoc loco omnia illa comprehendere et reliqua adiungere, ut tamquam uno conspectu tota res videri possit. Liceat mihi pro rei gravitate pauca praefari. Cum rebus omnes nitantur quaestiones, nostra quaestio esse debet de epistula illa, quam traditam accepimus; neque solum perscrutandum est, utrum Platonis sit necne, sed tum demum absoluta esse videbitur, cum a quonam homine quo consilio conscripta sit, declaraverimus. Tria autem esse video, de quibus nobis cogitandum sit: Aut ab ipso Platone scripta est epistula, aut a falsario ficta, qui consulto Platonis orationem imitatus illi eam supposuit, aut exercitatio rhetorica est a nescio quo homine nullo certo consilio conscripta, quae grammaticorum errore in Platonis librorum numerum delapsa est. Sed hoc tertium statim reiciendum est, cum tantum Platonici coloris in epistula inveniatur, ut apertum sit eum, qui scripserit, aut ipsum Platonem fuisse aut consulto Platonem imitatum esse. Restant igitur duae sententiae, alterorum, qui genuinam, alterorum qui falsam epistulam indicant.

Quibus haud scio an tertia adiungenda sit eorum existimatio, qui digressione philosophica separata reliquam epistulam a Platone scriptam esse credant; quam nostris temporibus secuti sunt Constantinus Ritter (Gesetze, p. 367 sqq.) et Maximilianus Odau (l. l. p. 33 sqq.). Cum illam epistulae partem supra tractaverim, hoc loco satis habeo eos locos, qui ad auctorem pertinent, repetere. Sunt autem 341 D . . . ὑπ' ἐμοῦ βέλτιστ' ἂν λεχθείη, 354 C . . . τὸν ἡγεμόνα τούτων καὶ κύριον. Haec verba, „cum

Plato vel eius philosophia maximis laudibus efferatur, vix ab eo scripta esse" viri docti censent. Sed totum illum locum summo studio scriptum esse, qui diligenter legit, facile animadvertit. Scriptor Dionysii libellum vehementer reprehendit veritus, ne tota philosophia ex illo detrimentum capiat; quare minime miramur, quod duris verbis utitur, praesertim cum Dionysio se ipse opponat. Neque enim in reliqua epistula humili est animo; compluribus locis (330 C *λέγω δὴ τάδ' ἐγώ*, 334 C: *ὅ γ' ἐμὸς λόγος*, al.) suam sententiam apertis verbis praedicat et ad Dionis sodales, qui eius societatem petiverunt, ut consiliator loquitur. Karsten vero, qui ex his locis „superbiam" (p. 25 sq.) scribentis cognosci posse dicit, praeterisse videtur eiusdem pudorem, qui eo maxime intellegitur, quod „Dionis sententiam" per totam epistulam tractatam a se profectam esse minime gloriatur. Eodem iure, qui Leges legit, Platonem superbiae accusare potest; ibi enim per duodecim libros Clinias Cres et Megillus Lacedaemonius consilia hospitis Atheniensis (i. e. Platonis) laudant atque comprobant. Sed haec hactenus.

Orationem epistulae contemplantes in hoc summam difficultatem positam esse invenimus, quod simul raptim eam scriptam esse apertum est, simul Platonicis utitur et vocabulis et dictione. Platonem etiam raptim scribentem eadem tamen fuisse verbositate consentaneum est. At falsarius, qui illius orationem consilio imitabatur, raptim scribere non poterat. — Neglegentiam affectavit (K. p. 51). — Nonne minime est veri simile imitatorem vel discipulum talia magistro imputasse? Ubique Platonis sententiae in epistula inveniuntur. Si Platonis epistula est, nihil miramur; si minus, stupescimus. Ut pauca compilare potuerit, tam multa minime potuit. Ex falsario fit artifex.

De Dionis amicorum, ad quos missa est epistula, condicione nihil narratum est. Id quod et ipsum in Platone minime, in falsario quam maxime mirum est. Karsten Dionis familiares talem epistulam accipere potuisse negat, Odau consiliis mutatis epistulam studet corrigere; uterque epistulae traditae in rebus Siculis locum non esse existimat. Falsarius si scripsit, cur non tempus delegit satis notum? aut si hoc potissimum eligere voluit, cur non paucis rerum statum descripsit, ut ei qui legerent pernoscerent? Certe facile erat breviter illum significare; quod si

omittebat, metuendum erat, ne legentes, res Siculas respicientes, tempus epistulae aptum non invenirent (sicut Karsten).

Idem de proposito dici potest. Tale propositum nemo finxisset, aut si quis finxisset, certe argumenta adiunxisset, cur non de singulis rebus consilia daret. Et Karsten, qui scriptorem propositum tenuisse negat, et Odau, qui epistulae propositum commutat, ipsi optime probant, quam mirum sit ipsum illud, quod exstat, epistulae consilium. Neque vero scriptoris ignorantia factum est, ut res tam leviter attingeret: ex ipsis eius significationibus perspicuum est eum de rebus factis optime instructum fuisse. Consulto non plura narravit, quia eis, ad quos scribebat, nota erant.

Denique animum auctoris cognoscamus. Quae de eius superbia falso monuerunt viri docti, supra refutata sunt. Facile apparet epistulam a sene multarum rerum usu praedito scriptam esse. Multa acerba expertus in narratione ipse rerum memoria magnopere commovetur. Mira quadam temperantia cum aliis in rebus tum adversus Dionysium utitur; cuius etsi perfidiam acriter vituperat, tamen beneficiorum (quamvis pauca sint) non obliviscitur. Summo studio inflammatur in philosophia defendenda, in patria tuenda, in Socratis morte narranda. Platonis pietatem ubique invenimus. Neque hi sunt singuli loci bene assimulati, sed per totam epistulam Platonis animus, mens, ingenium cognoscitur; quin etiam ex vitiis, anacoluthis, digressionibus clarissime elucet. Num haec omnia falsarii arti tribuamus?

Cobetus olim scripsit (Var. Lect. p. 235): „Platonis ipsius esse hanc epistulam et argumentum et stilus clamant." Karsteni commentatio critica isti clamori obstrepuit, ita ut per aliquot annos a paucis audiri posset. — Nos ut ipsius epistulae verbis auscultaremus, operam dedimus neque aliam a nobis atque tunc a Cobeto vocem auditam esse libere confitemur.

Omnium fere, qui altera parte primi p. Chr. n. saeculi carmina condebant, id proprium est, quod non tam poetas quam rhetores in versibus faciendis se praebent. Nam quod eis raro ingenium nova argumenta excogitandi erat, non modo artem poeticam et narrationes et imagines e Catullo, Vergilio, Horatio, Ovidio sumebant, sed etiam ut illam penuriam dissimularent, ad artem rhetoricam confugiebant. Quo vitio Martialis, ille poeta vere ingeniosus, solus liber est; ceteri autem omnes carmina magis minusve artibus rhetoricis exornabant et raro materiam vere poeticam ac venustam simpliciter sincereque tractabant. Qua de causa factum est, ut longas descriptiones expertes gratiae, plenas doctrinae, et longas orationes poematis insererent ac libenter diras res narrarent, quibus eorum qui legerent animi percuterentur. Huc pertinent etiam verborum tumor et superlatio veritatis et figurae saepius in usum vocatae.

Ingeniosi autem erant illi poetae in verbis novandis, quod quidem omnium illius aetatis scriptorum proprium erat.[1]) Nam quamquam imprimis illa verborum copia utebantur, quam poetae aetatis Ciceronis et Augusti procreaverant, tamen etiam ceteros poetas inde ab initio litterarum Latinarum usque ad sua tempora perlegebant et quodcumque eis vocabulum placebat, etiamsi tum in usu esse desierat, mutuabantur. Totos autem versus vel dimidias partes exscribebant non modo perraro, sed etiam operam dabant, ut locutiones e prioribus carminibus sumptas variarent. Et illas ita mutabant, ut exempli gratia rationem adiectivorum cum substantivis coniungendorum mutarent, alia vocabula adderent, alia omitterent. Quo studio novandi saepe factum est, ut aut in tumorem aut in breviloquentiam converterentur et adeo non elegantius dicerent, ut sententias obscurarent. Eodemque studio

[1]) Cf. Sen. epist. 114, 10.

priores poetas superandi adducebantur, ut non modo vocabula antea a scriptoribus orationis solutae solis usurpata in usum suum vocarent, sed etiam nonnumquam e sermone vulgari voces sumerent et ipsi permultas novas fingerent et saepe loco usitatae significationis verborum novam ponerent. Sed hac in re singulos poetas propter diversa carminum genera inter se differre consentaneum est.

Quamquam vocabula a singulis illius aetatis poetis novata saepius collecta sunt, tamen copiosius de Martiale solo verborum novatore disputatum est ab Aemilio Stephani[1]). Itaque cum ne illa quidem, quae Grosse[2]), Paucker[3]), Stephani[4]) de Statii inventione novarum vocum disseruerant, sufficerent non modo permultis vocabulis omissis, sed etiam nonnullis falso Statio inventori ascriptis, denuo accurate de hoc argumento scribere constitui has secutus rationes.

Congessi non solum ea vocabula, quae apud Statium primum leguntur, sed etiam ea, quibus poeta novam significationem subiecit, praesertim cum hac in re praeter ceteros nova moliri ausus sit. Sed quominus omnia huius generis vocabula congererem, et mole et ratione disserendi impeditus sum. Itaque delectum facere coactus eas voces solas collegi, quibus plane nova vis et priori dispar subiecta est, non eas, quarum significatio leviter declinata est. Quam ob rem cum omnes novae verborum structurae, quae quidem ad syntaxim et formam grammaticam pertineant, tum omnia verba omissa sunt, quae translata vel mutata vel significanter dicta sunt. Ut hanc rem paucis exemplis illustrem: neglecta sunt vocabula qualia sunt: *obliquat preces* Th. III 382; *asperare* (vide thes. linq. Lat.); *sudatus labor* Th. V 190. cf. IV 721; *umbo* = *cubitus* Th. II 671; Ach. II 141; = *promunturium*, *culmen* Th. VI 257 (235). VII 15; Ach. I 408;

---

[1]) Aem. Stephani, De Martiale verborum novatore, diss. Uratisl. 1889.

[2]) Aem. Grosse, Observatorum in Statii Silvis specimen, diss. Berol. 1861 p. 23 sqq.; idem Über eine Trierer Hdschr. der Achilleis des Stat., Progr. Königsb. 1866 p. 11 sq.

[3]) C. Paucker, „Epimetrum“ quod legitur in „Anhang zu Beiträge z. lat. Lexikogr. u. Wortbildungsgesch. I—III“, Dorpat 1875 p. 41, quem librum ut compararem, mihi non contigit.

[4]) In illa dissertatione, quam modo laudavi.

S. III 1, 110; = *summus fluctus* Th. IX 463; = *saxum* Th. VI 352 (330); S. IV 3, 47; *librare* = *perpendere* Th. VIII 288. IX 166. XI 260; *lunatus* = *peltatus* Th. V 145; *bellum* = *occisi* saepius; *bustum* = *cadaver crematum* Th. III 144. XII 248; *visus* = *oculi* saepe; *victoria* = *victores* Th. XII 8; *fragor* ... *canet* Th. VII 337; *undanti perfundit vulnere somnum* Th. II 124. cf. V 119; *dissaepire* = *plane separare, perfringere* Th. X 880; sescenta alia. Vocabula eius modi, quod magis ad poeticum dicendi colorem quam ad novas verborum significationes pertinent, ei congerenda reliqui, qui de Statianis figuris et de Statii arte poetica disseret.[1]) Sed nonnulla, ut *funalis, egloga*, al., quamquam mutata sunt, propterea afferre utile esse putavi, quod non Statius ipse ea mutavit, sed a sermone cotidiano petivit.

Praeterea tertium vocabulorum genus silentio praetereundum non erat. Nam etiam Statius, quamquam ea verborum copia usus est, quam ei priores poetae, imprimis Vergilius et Ovidius, suppeditaverunt, tamen saepe vocabula antea a scriptoribus orationis solutae solis usurpata in usum suum vocavit.[2])

Libellum supra inscripsi *De Statio verborum novatore.* Sed cave credas omnia vocabula quae infra allata sunt a Statio ipso novata esse, immo vero magna pars non eius ingenio debetur. Ea quae *ἅπαξ λεγόμενα* dicuntur a Statio ipso novata esse putare licet, etsi periculum est, ne nonnulla non recte ei attribuantur. Quis enim est qui ignoret, quanta litterarum Latinarum pars temporum iniquitate interierit, et quot vocabula apud Statium legantur, quae ante eum semel vel certe perraro occurrant? Sed licet nonnulla iam antea usurpata sint, tamen hoc patet, illa non post Statium orta esse; quod ipsum exquirere operae pretium est. Alia, imprimis vocabula artis et instrumentorum a Papinio ficta non esse, nemo non intellegit. De permultis autem utrum Statius finxerit necne, certum iudicium fieri non potest. Sed haec teneri volo. Primum eorum vocabulorum, quibus etiam Silius vel Martialis usi sunt, quis auctor sit, propterea exquirere diffi-

---

[1]) De verbis translatis iam scripsit Langford Wilson, The metaphor in the epic poems of P. Pap. Statius, diss. Baltimore 1898.

[2]) Vocabula huius modi nominabo *verba generis c*, cum vocabula nova vi instructa *verba generis b* et vocabula novata *verba generis a* nominem.

cillimum est, quod quae ratio inter Statium et Silium intercedat, dubium est, et quod neque Statius neque Martialis propter inimicitias vocabula ab altero ficta de industria recepisse videtur.[1]) Deinde si idem vocabulum etiam apud solutae orationis scriptores sive poetae aequales sive parvo temporis spatio distantes occurrit, id Statio non deberi censendum est. Tum ea verba, quae multo post demum apud scriptores, qui Statii imitatores non sunt, rursus leguntur, Papinium novasse indicare licet, quoniam idem verbum postea denuo fingi potuit. Sed ne id quidem certum est, cum multa verba apud inferiores demum scriptores occurrant, quae sermone cotidiano iam diu trita erant. Ut exemplo utar, utrum *temerator, inrubescere*, al. Statio inventori ascribenda sint necne, nescio. Qua de causa in singula verba utrum Statius novavisset necne, non inquisivi. Ut autem is qui legeret suo iudicio uti posset, omnes locos, qui per lexica[2]) dispersi sunt, in unum locum congessi. Sed quod parva fides lexicis habenda est, mea opera exempla allata non mediocri numero auxi omnes scriptores poetasque aetate et priores Statio et inferiores, quorum quidem editionibus verborum indices additi essent, perscrutatus. Vocabulorum autem generis c poeticos modo locos enumerare satis habui. Quae res non modo effecit, ut fatum uniuscuiusque vocabuli appareret, sed etiam ad Statii imitatores cognoscendos aliquid attulit.

Vocibus a Statio novatis, si res ferebat, ea vocabula addidi, quibus vetustiores poetae vel scriptores in eodem argumento usi sunt. Nonnumquam etiam ea adiunxi, quae posteriores ad eandem rem significandam novaverunt. Deinde poetarum locis versuum genus ascribere inutile non esse putavi.[3]) Notam h. autem omisi, si heroi modo versus ab eodem conditi sunt.

---

[1]) Valerium Flaccum Statio exemplo fuisse inter viros doctos constat.

[2]) Praesto mihi erant haec: Quicherati thesaur. poet.[1] (secundam vel tertiam editionem summa opera data parare non potui); Saalfeldi tensaur. italogr.; Georges[7]; eiusdem Lex. d. lat. Wortformen; Forcellini-De Vit; thes. linq. Lat. t. I—II.

[3]) Usus sum his notis:

h. = hexameter dactylicus.
p. = pentameter dactylicus.
φ. = Phalaecius versus hendecasyllabus.

Sed priusquam ad rem ipsam accedam, ea vocabula mihi enumeranda sunt, quae lexicis auctoribus in libris Statio vetustioribus non occurrunt et tamen occurrunt:

declinis[1]) Th. V 297; S. II 3, 45: Germ.[2]) 31. 61. Calp. ecl. I 1. V 60 ex coni. Heinsii.

nebris Th. II 664; S. I 2, 226; Ach. I 609. 716: Sen. Oed. 438 dim. anap.

novercalis Th. VII 177; S. V 2, 119: Sen. Ag. 118 sen.; Herc. f. 1236 sen.

remeabilis Th. IV 537. VI 945 (920): Germ. 674.

Sequuntur ea vocabula, quorum inusitata vis iam antea invenitur:

cingere = circumdare, circumponere Th. II 276: similiter dictum est Prop. III 6, 30 p.

gressus meton. = pes Th. X 877; S. II 3, 11. V 3, 99: Petron. 30, 7.

hiulcus act. = hiulcum reddens[3]) Th. I 26: Sen. Phaedr. 1043 sen.

infaustus pass. Th. III 178. IV 742. VI 135 (128): Lucan. VI 789. VIII 717.

---

chol. = choliambus.
sen. = senarius iambicus vel trimeter iambicus acatalectus.
dim. = dimeter iambicus.
sept. = septenarius trochaicus vel tetrameter troch. catalecticus.
c. = catalecticus.
l. = lemma.
lyr. = versus lyrici.
pr. = oratio soluta.
ep. = carmina epica.
S. = silvae.
Th. = Thebais.
Ach. = Achilleis.

[1]) Lucan. IV 427 lectionem cod. U *declivibus undis* ceterorum codd. *declinibus* Hosius praefert.

[2]) Usus sum iis editionibus et notis, quae in indice thes. linq. Lat. commendatae sunt.

[3]) At cf. C. Thulin in Arch. f. lat. Lex. u. Gramm. XIV 388.

inlabi alqd. Th. VII 6: Cic. leg. II 39[1]).

murmurare alqd. S. II 1, 150: Pers. II 9 (non *immurmurare*).

oestrus meton. = furor Th. I 32; S. II 7, 3 φ.: Sen. Oed. 442 dim. anap.

pendere = suspendere S. I 2, 45: Vitr. IX 9, 2.

popularitas = studium favoris populi S. II 7, 69 φ.: Plin. nat. XXXIII 34.

praecerpere, *prae-* spectat ad locum Th. IX 193; S. III 4, 86: Catull. 64, 353.

praevertere = vertere, dirigere[2]) Th. VIII 598[3]). XI 209: Manil. III 324.

sortitus = sors Th. VI 389 (367). IX 54. XII 557: Val. Fl. III 379.

spiramen = flatus, spiritus Th. II 70. IV 96. VIII 222. XII 268: Lucan. VI 90[4]).

In versibus occurrunt iam ante Statium haec verba:

clivius S. IV 3, 59 φ. ex coni. Is. Vossii: Ov. epist. II 118 p. ex coni. Imhofii.

cunctatio Th. VIII 613: Acc. trag. 154 sept.

habitator Th. III 604. IV 150. IX 846; S. III 5, 103: Lucan. I 27. VI 341.

impendium S. III 3, 88: Gratt. 33. 176. 308.

interiacere Th. III 337; Ach. I 710: Germ. 367.

interiungere Th. VI 308 (286): Gratt. 77 (tmesi divisum).

libamentum Th. XII 88; S. III 1, 164: Varro Men. 567 φ.

sturnus S. II 4, 19: Priap. 61, 10 φ.

ultio Th. VII 607; S. V 2, 94: Sen. Med. 25 sen. 896 sen.

---

1) *Pernicies inlapsa civium animos* exhibent codd. et Vahlen, ceteri editores ante *animos* inserunt *in*; at cf. Madvig. emend. p. 74; praeterea *inlabi alqd.* scriptum inveni Avien. Arat. 740 h.; orb. terr. 173 h. Claud. rapt. Pros. III 3 h. Paul. Nol. carm. 29, 3 h.

2) Affero hoc verbum, quod lexica deponens modo hac vi instructum esse dicunt.

3) Sic Imhofium secutus hunc locum interpretor suppletis verbis *ad eum.* Minime mihi placet interpretatio eius scholiastae, quem Barth. in lucem protulit.

4) Hoc loco *spiraculum* intellegi Forcellini non recte dicit.

Caput I.

Vocabula Graeca.

A. Appellativa.

Appellativa Graeca Statius perpauca litterarum Romanorum civitate donavit. Nam quamquam illa in sermone cotidiano usitatissima erant, tamen elatius dicendi genus ea spernebat exceptis eis, quae aut iam trita erant aut a poetis nobilibus quasi consecrata. Qua de causa factum est, ut Papinius in 10825 [1]) versibus epicorum carminum nulla nisi tria, e quibus unum (*gymnas*) etiam in silvis invenitur, et unum (*thyrsa*) exitum modo novum habet, novaret, quod est 1 : 3608, sed in silvarum 3892 versibus praeter illud *gymnas* quinque alia in litteras Latinas introduceret et uni novam significationem subiceret, quod est 1 : 556. Occurrunt autem ex illis septem tria in versibus lyricis [2]), qui sunt 571, cum in hexametro 3321 versus conditi sint. In lyricis igitur versibus quadruplo maior numerus novorum Graecorum vocabulorum legitur quam in herois, si versuum numeri comparantur. Minime autem mirum est, quod in oratione soluta silvarum octo vocabula Graeca Statius novavit et uni novam vim subiecit.

---

[1]) Hic numerus efficitur, si Kohlmanno auctore poeta ipse 9697 versus Thebaidos fecisse putatur. Mueller 22 alios versus, quos Kohlmann agnoscit, Statii non esse censet. Quamquam non ignoro, et Muellerum et Kohlmannum complures versus non recte damnavisse (cf. Klotz, Probleme der Textgesch. des Statius, Hermes XL 341 sqq.), tamen ii tantum numerum parum mutant. Achilleis continet 1124 et frgm. de bello Germ. 4 versus.

[2]) Versibus lyricis utitur Statius his: Phalaecium hendecasyllabum habent 455 versus, systema Alcaicum 60, systema Sapphicum 56.

Eis vocibus, quae iam apud priores scriptores inveniuntur, in epicis carminibus non nisi duabus, quarum altera eis etiam cum silvis communis est, in silvis undecim atque earum 6 in h., 5 in lyr. primus inter poetas usus est.

Liquet igitur poetam in silvis a sermone cotidiano proprius abesse quam in carminibus herois. Quae res nullo modo mira nobis videbitur, ubi primum sermonem Martialis vocabulis de Graeco fonte desumptis abundantem comparaverimus. Martialis enim, cuius epigrammatis Statii silvae quodam modo similes sunt, praesertim cum uterque nonnumquam eandem rem celebraverit[1]), in 9587 versibus novavit 55, id est 1 : 174, extra versus 4, 76 primus in versu usurpavit.[2])

Illorum autem Graecorum vocabulorum, quae apud Statium primum occurrunt, plurima iam antea hominibus doctis in sermone cotidiano usui fuisse mihi persuasum est. Itaque O. Weiseo non assentior, qui in illo libro, qui inscribitur: Die griech. Wörter im Lat., Leipzig 1882, has voces *epitrapezios*, *eucharisticon*, *trieteris* ut a elocutione vel vulgi vel hominum doctorum alienas signat. Nam qua de causa vocabulum *eucharistici* a *propemptici* separet, nescio, neque quin adi. *epitrapezios* artificibus atque artium iudicibus notum fuerit, dubito. De voce autem *trieteridis* disserere supervacaneum est. Certe voces *gymas*, *pale*, *thyrsa*, *orum* Statium primum e Romanis usurpavisse putare licet.

Iam transeamus ad vocabula ipsa, quae secundum rerum genera disponere utilius erit quam secundum vocum exitus.

1. Ars poetica.

Vocabula huc spectantia, quae tantummodo in oratione soluta silvarum occurrunt, Statius e scholis rhetoricis[3]) petivit et ea a patre ipso didicisse videtur. Omnia fere genera orationis demonstrativae, quae quidem res occasione oblatas celebrent, a Papinio Graecis nominibus appellantur, nam etiam *genethliacon*

---

[1]) Cf. Vollmeri silv. edit. p. 20 adn. 3.

[2]) Cf. Stephani l. l. p. 7.

[3]) De Statio rhetorum discipulo cf. Vollmer l. l. p. 27 et 31 et imprimis H. Lohrischii dissertatio quae inscribitur: De Papinii Statii silvarum poetae studiis rhetoricis, Halis Sax. 1905.

S. II praef. et S. II 7 l. legitur; pro voce παραμυθητικόν sola utitur latino vocabulo *consolationis* S. II 6 l. III 3 l.

epicedion[1]) (ἐπικήδειον) S. II praef.; S. V 1 l. V 3 l. V 5 l. Auson. 318 (et in lemmate et verbis iniunctum). Serv. ecl. V 14: significat autem cantaturum se epicedion et epitaphion; nam epicedion est, quod dicitur cadavere nondum sepulto ...; epitaphion autem post completam sepulturam dicitur; cf. Gloss. V 259, 22. (nēnĭa Plaut., al.; carmen funebre Quint. VIII 2, 8; carmen ferale Verg. Aen. IV 462; carmen exequiale Ov. met. XIV 430; lamentabile carmen Stat. S. V 3, 1.)

epithalamion S. I praef. I 2 l. Quint. inst. IX 3, 16: Catullus in epithalamio. Treb. Gall. 11, 7 (bis). Auson. 356 l. Hier. epist. 53, 8: Christum sanctarumque nuptiarum dulce canit epithalamium. Aug. in psalm. 44, 3 (Migne XXXVI p. 494): solent dici ab scholasticis carmina quaedam uxores ducentibus et nubentibus, quae vocantur epithalamia. Paul. Nol. carm. 25 l. cod. q et s. Claud. IX l. X l.; carm. min. 25 l.; carm. min. app. 5 l. Sidon. carm. 11 l. 14 l. 15 l. Drac. Romul. VI l. et subscr. VII l. et subscr. Lux. anth. 18 l. Ennod. carm. I 4 l. Prisc. gramm. II 170, 10: Licinius[2]) in epithalamio. Cassiod. in psalm. 44 div.: epithalamium vero interpretatur laus thalami, quae Sponso coelesti consuetudine humanitatis offertur. Virg. gramm. epist. praef. p. 105, 21: epithalamion canebant. p. 106, 9: ovantesque epithalamion cytharae ac si modulatu congruenter apteque decantant, nuptiales scilicet seratissimorum cantus conviviorum ponentes. Isid. orig. I 39, 18: epithalamia sunt carmina nubentium, quae decantantur a scholasticis in honorem sponsi et sponsae etc.; infra: Vocatur autem epithalamium eo, quod in thalamis decantetur. Anth. 22 l. Gloss. saepe. (aliud carmen significat hymenaeus Plaut., al.; Stat. S. II 7, 87 φ.: vestros

---

[1]) Illud carmen, quod a plerisque *Epicedion Drusi* nominatur, in codd. *Consolatio ad Liviam* dicitur.

[2]) Ex hoc loco colligere non audeo, C. Licinium Calvum ipsum carmini suo nomen *epithalamion* dedisse, cum ne Catullus quidem carmen 62 *epithalamion*, ne Horatius quidem carmina *odas*, ne Vergilius quidem bucolica *eglogas* dixerint; sed eum dare potuisse concedo. Idem sentiendum est de *propemptico Pollionis*.

hymenaeon ante postes festis cantibus ... personabo; cf. S. I 2, 238; nuptialia carmina Cat. 61, 12 glyc.; socialia carm. Ov. her. XII 139.)

eucharisticon S. IV 2 l.[1]) Paul. Pell. carmen inscribitur *Eucharisticos deo* ...; praef. 2: ut ... eucharisticon ipsi opusculum sub ephemeridis meae relatione contexerem. Hor. carm. I 36 l. compl. codd.: eucharistice. Schol. Hor. carm. I 10 l. cod ν (apud Ps. Acro. ed. Keller II p. 380): eucharistice id est glorificative.[2]) (eucharistou Sidon. carm. 16 l.)

ode S. IV 5 l. et IV 7 l.: ode lyrica. Porph. et Mar. Victorin. gramm. VI et Diom. gramm. I et Schol. Hor. Horatii carmina *odas* nominant. Lact. inst. IV 12, 3: in ode. Mar. Victorin. gramm. VI 183, 22: ode est dulcedine soni verbum lexisve pronuntiata. Sedul. carm. pasch. I 23 h.: Daviticis adsuetus cantibus odas cordarum resonare decem. Sidon. epist. IX 15, 1: sive oden hanc ipsam mavis vocare sive eglogam. Anecd. Helvet. p. 173, 34. p. 236, 9: ode cantus dicitur. Anth. 762, 13 h.: merulus modulans tam pulchris zinzitat odis.[3]) Gloss.: ode dicitur cantatio.[4]) (odaria, orum Petr. 53, 11; carmen.)

propempticon S. III 2 l. Char. gramm. I 124, 5: Cinna in propemptico Polionis. I 134, 12: Julius Hyginus in Cinnae propemptico. Sidon. carm. 24 l.

sōtēria, orum S. I 4 l.: soteria Rutili Gallici. — Mart. XII 56, 3 h.: soteria poscis amicos (= dona revalescenti data).[5])

Novam rem significat

egloga[6]) (ecl.- Vollm. ἐκλογή) S. III praef. IV praef. Plin. epist. IV 14, 9: sive epigrammata sive idyllia sive eglogas sive,

---

[1]) Ps. Tert. haer. 2 legitur *ad benedicenda eucharistia sua.* Ennodius ipse opusc. 5 p. 393 *eucharisticum* non inscripsit.

[2]) De vocabulis Graecanicis quae traduntur in inscriptionibus carminum Horatianorum scripsit Ed. Zarncke, diss. phil. Argent. III (1880) p. 213 sqq.; cf. praeterea eundem Jahrb. f. class. Phil. 1881 p. 785 sqq. Christ, Sitz.-Ber. d. Akad. München 1893 p. 100 sqq.

[3]) Anth. 658, 25 h. non est, quod *escas* in *odas* mutetur.

[4]) *Ode* cogn. C. J. L. XIV 3762.

[5]) Cogn. *Soteria*, ae C. J. L. III 2268. V 38. 131. IX 91. 319. XII 797. 4197. 5070.

[6]) Cf. Pauly-Wissowa V 1930 sq. *Egloga*, non *ecloga*, et apud Statium et in ceteris libris scribendum est; nam non modo codices

ut multi, poemata seu quod aliud vocare malueris, licet voces. Suet. vita Verg. p. 65, 10; vita Hor. p. 46, 12 nominatur Hor. epist. II 1 *egloga*. Item Porph. non modo carmina et epodos Horatii, sed etiam interdum (in serm. II 2, 1; epist. I 6. I, 7) sermones *eglogas* dicit. Schol. Hor. vita Hor. et in serm. II 1, 1. Fortun. gramm. VI 303, 23. Auson. 324. 335; p. 86 Peip.: ‹Eglogarum liber›; saepius carmina Ausonii in inscriptionibus et subscriptionibus codicum (p. 87. 91, 26. 92, 25. 109. 97 IX Peip. adn.) *eglogae* dicuntur. Symm. epist. III 11. Serv. et Fulg. Virg. cont. bucolica Vergilii *eglogas* vocant. Sidon. epist. IX 13, 2 vers. 12 ascl. min. IX 15: sive oden hanc ipsam mavis vocare sive eglogam. C. J. L. VIII 18864, 22. Gloss. saepe. (eglogae = loci electi Varr. frgm. Char. gramm. I 120, 28, alii.)[1])

2. Esculenta; unguenta.

Omnia vocabula, quae huc afferenda sunt, uno excepto leguntur in versibus Phalaeciis, qui omnino novis vocibus res significantibus abundant.

cărÿōtĭdes (καρυῶτις) S. I 6, 20 φ. Mart. XI 31, 10 φ.: caryotidas. (cărÿōta Varro, al.)

cottăna, orum S. IV 9, 28 φ.: prunorum globus atque cottanorum. (Plin. XIII 51.) Mart. IV 88, 6 p. VII 53, 7 h. XIII 28, 2 p. Juv. III 83: cottŏna.

oxÿpŏrus, a, um S. IV 9, 36 φ.: sal oxyporum. (Colum. XII 59, 5; Plin.)

aphrŏnītrum S. IV 9, 37 φ.: panes viridantis aphronitri. (Scrib. Larg. 82; alii.) Mart. XIV, 58, 2 p. (nitri spuma rubentis Ov. med. fac. 73.)

---

plerumque illam formam exhibent, sed etiam in titulis ea legitur. De littera *c* ante l in *g* mutata cf. H. Schuchardt, Der Vokal. des Vulgärlat., Leipz. 1866 I p. 124 et Saalfeld, Die Lautgesetze d. griech. Lehnwörter im Lat., Leipz. 1884 p. 27 sq.

[1]) Cogn. mul. *Egloge* Suet. Nero 50. C. J. L. IV 2148. V 3170. 6368. 6821. 7765. 8242. VI 17089. 17091. 25187. VIII 7483. IX 1924. 3156. 3494. 3583. XI 5296. *Eglogus* C. J. L. V 2521.

ŏpŏbalsăma, orum S. III 2, 141. (Cels., al.) Mart. XI 8, 1 h.[1]) Juv. II 41. Sidon. epist. IX 13, 5 vers. 53 anacr. (balsama Verg. georg. II 119, alii.)

3. Aedificia; artificia.

hўpŏcauston S. I 5, 59: tenuem volvunt hypocausta vaporem. Plin. epist. II 17, 11. II 17, 23. V 6, 25: hypocauston. Ulp. dig. XVII 1, 16: sphaeristerium et hypocausta. C. J. L. II 5181, 22: -is. Not. Tir. 96, 99: hippocaustum. — adi. hypocaustus Ulp. dig. XXXII 55, 3: diaetarum hypocaustarum. (Cic. ad Q. fr. III 1, 2, alii: vaporarium; hypocausterion Cet. Fav. 16 p. 300, 18.)

trĭchōrus, a, um S. I 3, 58: quid nunc iungentia mirer aut quid partitis distantia tecta trichoris? Spart. Pesc. 12, 4: in qua [sc. domo Pescenniana] simulacrum eius in trichoro constituit [consistit coni. Peter]. Paul. Nol. epist. 32, 10: reliquiis ... intra absidem trichora sub altaria sacratis. C. J. L. IX 5566: sibi sarcofagum et panteum cum tricoro disposuit et perfecit. Gloss. V 526, 40: trichorum sive trichorium locus prandii. V 517, 32: trichorus ubi puellae rota⟨s⟩ faciunt. V 517, 33: tricorus vel trichorus locus prandii qui et sima dicitur. Gloss. Werth. Gallée 345: tricorium ubi tres ordines stant obsequentium. Gloss. Plac. V 102, 13: tricora tres cameras sive tres absidas.

ăsărōtos S. I 3, 56: varias ubi picta per artes gaudet humus superatque novis asarota figuris. (Plin. nat. XXXVI 184: quem vocant asaroton[2]) oecon; Sidon. carm. 23, 58 φ.: asarotici lapilli.)

diaeta S. II 2, 83: una tamen cunctis, procul eminet una diaetis. (Cic., Petron., al.)

epitrapezios S. IV praef.: Herculem Epitrapezion. IV 6 l.

---

[1]) Qua de causa Stephani hoc verbum omiserit, nescio. Equidem id apud poetam Statio vel Martiale vetustiorem non inveni. Praeterea in Stephanii dissertatione desidero has voces: *Batrachomachia*, *cestos*, *crystalla*, *Celaenaeus*, *halica*, *Flavius*, *Mulvius*.

[2]) Nescio an rectius ἀσάρωτον οἶκον scribatur. In Graecis libris ἀσάρωτος non legitur.

cŏlossus S. I 1, 1: colosso. I 3, 51 et IV 6, 46: -os [= acc. plur.]. (Sen. epist., alii.) Mart. epigr. 2, 1 h.: -us; I 70, 7 h. et VIII 60, 1 h.: -i. II 77, 3 h. et VIII 44, 7 chol.: -on. Juv. VIII, 230 et Auson. 336, 70 h.: -o. Carm. epigr. 1552 A, 82 h.: -os [= nom.].

4. Supellex.

synthesis = vasa S. IV 9, 44 φ.: unam dare synthesin ... alborum calicum atque caccaborum. Mart. IV 46, 14 φ.: crasso figuli polita caelo septenaria synthesis Sagunti. — = vestimentum (Act. Arv. a. 91 II 8.[1]) Mart. IV 66, 4 p. V 79, 2 p. 79, 6 p. X 29, 4 p. XIV 141 l.: synthesis. II 46, 4 p. et XIV 1, 1 h.: -ibus. — = medicamentorum compositio vel mixtura Ser. Samm. 574. 1064.

enlychnion (ἐλλύχνιον) S. IV 9, 29 φ.: enlychnia sicca. (Vitr. VIII 1, 5; alii.)

stătēra (στατήρ) S. IV 9, 46 φ.: certa velut aequus in statera. IV 3, 35 φ.: sub alta repit languida quadrupes statera [transl. = iugum[2])]. (Cic., al.) Mart. X 55, 7 φ. [item atque apud Stat. in clausula.] Ven. Fort. carm. II 6, 23 dim. (trŭtĭna Hor., al.)

5. Novas formas

habent duo vocabula, quorum alterum sermone tritum fuisse videtur; alterum Statius metri causa usurpavit.

crystalla orum[3]) S. I 2, 126. III 4, 58. Mart. VIII 77, 5 h. IX 22, 7 h. 73, 5 h. X 13, 5 h. 66, 5 h. XII 74, 1 h. Apul. met. II 19: crustallum. Vulg. apoc. 21, 11: crystallum. Claud.

---

[1]) Statius igitur, quod carmen anno demum 94 fecit, hoc vocabulum non civitate Romana donavit; sed et nova vi ornatum et in poeticorum verborum copiam introductum est. Exemplis a Stephanio l. l. p. 19 allatis addendum est Herm. vulg. sim. 6, 1. — Cogn. *Synthesis* C. J. L. XIV 2150.

[2]) Cf. Gloss.: statera iugum; ζυγόν statera. Simili modo sunt translata: *crux* = temo S. IV 3, 28 φ.; *luna* = fibula calcei S. V 2, 28; *plumae* = squamae Th. XI 543. IV 268; *murex* = aculeus frenorum Ach. I 221.

[3]) τὸ κρύσταλλον nusquam legi videtur.

carm. min. 31, 7 h. 38, 1 h. Aug. in psalm. 147, 2: crystallum (ter). Orient. comm. I 552 p. Merob. carm. 2, 7 h. Paul. Petric. Mart. III 99; visit. nepot. 11. Alc. Avit. carm. 1, 253. Ennod. carm. I 8, 19 h.: -um. Cassiod. in psalm. 147, 6: crystallum (bis). Greg. M. in Ezech. I 7, 18: -um. Ven. Fort. carm. VI 1, 110 h.; carm. spur. 1, 235 h.: -um. Dub. Nom. gramm. V 576, 6: cristallum generis neutri. Not. Tir. 99, 99 et Gloss.: -um. Cosmogr. Aeth. Istr. III 38. V 65: cristallum (sed V 67 cristallus).[1])

thyrsa, orum Ach. I 950. Gloss. V 158, 4. 5. (thyrsus Hor., al., Stat. saepe.)

6. Varia.

artĕmo[2]) S. III 2, 30: exploret primos gravis artemo lembos[3]). (Sen. contr. VII 1, 1, alii.)

Batrachomachia S. I praef.: et Culicem legimus et Batrachomachiam etiam agnoscimus. Mart. XIV 183 l.

cestos[4]) Th. II 283: quae pessima ceston vis probet. V 63: solvisse iugalem ceston. (Varro rust. I 8, 6: cestum = acc.; alii.) Mart. VI 13, 8 p. XIV 206, 2 φ. XIV 207, 1 h. Claud. X 124 h.: ceston. (zōna Plaut., Cat., al.)

gomfus S. IV 3, 48 φ.: umbonibus hinc et hinc coactis et crebris iter alligare gomfis. Tert. apol. 12: ante plumbum et glutinum et gomphos sine capite sunt dei vestri. — Chalc. transl. p. 43 A: ea quae acceperant conglutinabant non isdem quibus ipsi nexibus, sed aliis ob inconprehensibilem brevitatem invisibilibus gomphis; comm. 203: invisibiles ... coniunctiones gomphos appellat; comm. 203: quorum omnium quendam nodum catenationemque dicit esse in minutis solidisque corpusculis, quae gomphos cognominat.

---

[1]) Sol. 15, 29 legitur *crystallus* (masc. gen.), non *crystallum*. Isid. orig. XVI 13, 1 *crystallum* exhibet cod. Z, *crystallus* ceteri codd.

[2]) Lucil. 985 L. = 586 Marx *Arabus Artemo* cognomen viri putandum est.

[3]) Sic, non *primas* ... *barcas*, Vollmerum secutus scribo, quod illud a codicis lectione facilius repeti mihi videtur. Eadem de causa vox *barcae* hoc in libello omissa est.

[4]) Separanda est haec vox a voce *caestus*, quamquam Paul. Fest. p. 45 illas confundit. Walde, Lat. etym. Wörterb. ducit *caestum* a voce **caed-stus*; cf. etiam Serv. Aen. V 69.

gymnas Th. IV 106: Herculea turpatus gymnade vultus amnis; Ach. I 358: exercere protervas gymnadas; S. II 2, 8: ad Ambracias conversa gymnade frondes. III 1, 44: hic tibi festa gymnas. IV 2, 48: Therapnaea ... gymnade. Prud. perist. X 190 sen.: quem vester deus effeminavit gymnadis licentia; c. Symm. II 517 h.: oleo ... et gymnadis arte unctis pugilibus. Sidon. carm. 5, 162 h.: Therapnaea ... gymnade (eodem versus loco quo Stat. S. IV 2, 48). 2, 497 h.: Achelous gymnade pinguis. 9, 189 φ.: gymnas Bebrycii tremit theatri. Gloss. V 600, 64 et 634, 58: gymnades mulieres Lacedaemoniae linqua galica (vel *gallica*; graeca?). IV 603, 31.[1]) (luctatio Cic., al.; luctatus Plin., al.; luctamen Verg. Aen. VIII 89, alii; pălaestra Ter., al., Stat. S. II 1, 110: catenatis curvatus membra palaestris. III 1, 157: manu Libycas nodare palaestras.)

pălē Th. VI 830 (805): corde labores ante alios erat uncta[2]) pale; Ach. II 155: liquidam nodare palen et spargere caestus. Sidon. carm. 9, 188 φ.: doctos ... patriis palen Therapnis. 23, 302 φ.; epist. IX 13, 4 vers. 69 anacr.: thymelen palenque doctas ... citharistrias. (cf. Ambr. in psalm. 36, 56: in Latinis plerisque *colluctatio* reperitur, in Graecis omnibus πάλη scribitur. πάλη enim Graecorum, *lucta* est Latinorum. — cf. gymnas.)[3])

trĭĕtēris [sc. ἑορτή] Th. IV 722. VII 93: -ide. IX 480 et Ach. I 595: -ida. (Cic. nat. deor. III 58: -ides.) Sil. IV 776: -ide. — scil. περίοδος S. II 6, 72: -ida. Mart. VI 38, 1 h. VII 96, 3 h. IX 84, 9 h. X 53, 3 h.: -ide. Auson. 261, 3 h. et 258, 1 h.: -ide. 148, 2 h.: ida. 323, 20 h.: -is. Paul. Nol. carm. 10, 103 h.: -ide. Paul. Pell. 49 h. 121 h. 474 h.: -ide. [omnibus his locis trieteris, -ida, -ide in quinta sede legitur.] Sidon. epist. II 8, 3 vers. 13 φ.: trieteridem. Eugen. Tolet. carm. 96, 3 h.: -ida [sc. ἑορτή, in quarta sede]. Anth. 671, 125 h.: -ide [in quinta sede]. (trieterica, orum Ov. rem. 593, alii; Stat. Th. II 661: trieterica nox; triennia Ov. met. IX 642.)

---

1) *Gymnas* cogn. mul. C. J. L. V, 41.

2) Cf. Ov. her. XIX 11: uncta palaestra; met. VI 241 et her. XVI 151: nitida palaestra.

3) Cogn. mul. *Pale* C. J. L. II 1611. 1612.

B. Adiectiva Graeca a nominibus propriis derivata.

Veris adiectivis etiam patronymica, quamquam substantiva sunt, adiungere liceat, quod suffixa -ides, -is, -ias aeque atque cetera, quae adiectiva efficiunt, ad quodlibet nomen proprium derivandum apta erant. Huc accedit, quod poetae patronymica saepe loco adiectivorum posuerunt.

Ut appellativa Graeca poetae elatioris dicendi generis studiosi repudiabant, ita facere non poterant, ut etiam adiectiva Graeca a nominibus propriis derivata effugerent. Nam quamquam Romani adiectiva eorum locorum Graecorum, quae omnibus nota erant, nonnumquam propriis suffixis exornabant[1]), ut *Atheniensis, Thebanus*, al., tamen raro[2]) adiectiva hominum Graecorum formis Latinis instruebant. Quam ob rem consentaneum est, epicos poetas, qui argumenta plerumque de Graecis libris depromebant, adiectivis Graecanicis ab hominibus locisque derivatis abundare. Quin etiam illa adiectiva tam crebro usurpabant, ut poetae ipsi non modo a Graecis nominibus propriis nova adiectiva derivarent, sed etiam nonnumquam Latinis nominibus Graeca suffixa annecterent.[3]) Itaque ubi adiectivis Graecis a Romanis usurpatis nulla apud Graecos scriptores respondent, exquirere non possumus, utrum illa poetae a Graecis libris nunc deperditis mutuati sint an ipsi finxerint. Id ad Statium quoque pertinet, qui non modo sescenta adiectiva Graeca a prioribus poetis recepit, sed etiam 76 novavit et 8 inter poetas primus usus est. Haec per carmina sic dispersa sunt[4]): leguntur verba generis a 50 in ep., 4 et in ep. et in silv. h., 21 in silv. h., 1 in φ.; verba generis c 5 in ep., 1 et in ep. et in silv. h., 1 in silv. h., 1 in φ. Inde cognoscimus, in silvis maiorem numerum novatorum occurrere quam qui ex comparatione carminum epicorum exspectatur, id quod sane mirum est, sed ea re

---

[1]) Cf. Wackernagel, Zu d. lat. Ethnika, Arch. f. Lex. XIV 1 sqq.

[2]) Cf. Radford, The suffixes -anus and -inus, in Studies in Honor of Gildersleeve, Baltimore 1902 p. 98.

[3]) Cf. ex. g. Cooper, The word formation in the Roman sermo plebeius, New York 1895 p. 323 sq. et infra p. 249 et 250.

[4]) Ea vocabula, quae in pluribus carminum generibus occurrunt, in singulis semel numero.

factum est, quod Papinius etiam in silvis semper fere fabulas Graecas ornatus causa narrat.

His adiectivis novatis Statius a Valerio Flacco superatur; nam hic in 5992 hexametris 46[1]) vocabulis primus uti videtur, quod est 1 : 122, cum Statius 1 : 194 novaverit.

Iam transeamus ad singula adiectiva. Haec cadunt in

1. -aeus (-αῖος).

Huic suffixo simile est -ēus, quod interdum eorundem nominum stirpibus annexum est. Itaque cum in codicibus illa duo suffixa persaepe confundantur atque ea in re codicum auctoritas omnino nulla sit, non raro, si in Graecis libris idem vocabulum non reperitur, dubium est, quid poeta scripserit. Hac re factum est, ut nonnumquam de scribendi ratione ab editoribus dissentirem. Statius 42 adiectiva suffixi -aeus ope formata a prioribus poetis petivit; his addidit 6 generis a et 3 generis b.

Ălălcŏmĕnaeus Th. VII 330: -aea Minervae agmina.

Cĕlaenaeus[2]) Th. II 666: foeda -aeā committere proelia buxo. Mart. V 41, 2 chol.: concubino ... -aeo [= Attidi]. X 62, 9 chol.: Marsyas -aeus. XIV 204, 1 h.: -aeos ... amores. Claud. XVIII 278 h.: -aeos ... furores.

Hēbraeus S. V 1, 213: Hebraei ... liquores. Tac. hist. V 2: -aeas ... terras. Tert. apol. 18.[3]) Iuvenc. IV 478. 693. Prud. ham. 781 h.; cath. V 71 asclep. min.; apoth. 379 h. Mar. Victorin. aleth. III 524 h. II 299 h. Cypr. Gall. lev. 228; gen. 1233; exod. 67. 82. 128. 682; iud. 159. Sedul. carm. pasch. I 214 h. II 79 h. III 250 h. Alc. Avit. carm. 5, 527. 5, 467. 6, 311. 6, 334. Arator act. I 107 h. Ven. Fort. Mart. III 497 h. Eugen. Tolet. carm. 39, 1 sept. (Hebraicus Lact., al.; Hĕbrēĭcus

---

[1]) Cf. Stephani l. l. p. 26 sqq, ubi 20 vocabula Valerio Flacco attribuuntur, et infra p. 256 adn. 3.

[2]) *Κελαιναῖος* auctoribus Papeo-Benselero[3] et Passowio-Rostio-Palmio[5] Lips. 1841 sqq. in Graecis libris non legitur. Ceteras eiusdem modi voces asterisco notabo.

[3]) Cum adi. *Hebraeus* a tertio saeculo omnes fere scriptores sescenties utantur, me locis poeticis contineo.

Ps. Cypr. mont.; Iūdaeus Cic., Hor., al.; Iūdăĭcus Cic., al.; Palaestīnus Tib., al., Stat.; Ĭdūmaeus Verg., al., Stat. S. III 3, 140: Idymaeus.)

Hĕcătaeus[1]) Th. VII 273: Hecataea . . . Gargaphie. (Hĕcătēĭus Ov. met. XIV 44. Stat. Ach. I 447; Hĕcătēis Ov. met. VI 139. Stat. S. III 1, 60.)

Ĭtōnaeus Th. VII 330: ducit Itonaeos. (Itonius Liv. XXXVI 20, 3; Itonis Paul. Fest. 105, 15 [perperam hic Paulus *Itonida* pro nominativo habuit].)

Thēbaeus Th. IX 291: Thebaeum . . . Lichan. Const. veteran. 15 p. 1962, int. 8 (a. 83): cohortibus septem, ·quae appel⟨lantur⟩ . . . I et II Thebaeorum. C. J. L. III 37 (a. 95). Tert. apol. 47. Iul. Val. I 7. Spart. Pesc. 12, 4: a rege Thebaeorum [h. e. Thebaidis Aegypti]. Itin. Silv. 8, 2: lapis ingens thebeus. Amm. XIV 11, 15. Claud. carm. min. 27, 91 h.: Thebaeo monte [ex coni. Heinsii; hic adi. est derivatum a Thebis Aegypti]. Not. dign. oc. V 11. 154. VII 29: Thebei vel Thebaei; or. VII 10. 11. 45. 46. VIII 4. 5. 36. 37. XXXI 32. Avell. p. 746, 18. 19. Greg. Tur. glor. mart. 61. (Thebānus Hor., al., Stat. saepe; Thēbăis Ov., al., Stat. octies; Thebaicus vide infra.)

Dĭdўmaeus Th. VIII 199: Didymaea . . . limina. (Plin., al.)

Pyrrhaeus [de Pyrrha, Deucalionis uxore, ductum] Th. VIII 305: Pyrrhaea . . . saxa. (nemore Pyrrhaeo Plin. XVI 46: hoc adi. derivatum est Pyrrha ab oppido Lesbi.)

Tănăgraeus[2]) Th. IX 127: -aeum . . . Phalanthum. IX 745: -aeum . . . Coroebum. (Cic. dom. 111; Tanagricus Varrò rer. rust. III 9, 6, alii.)

2. -ēĭus (-ήιος).

Huius suffixi ope adiectiva formata pauca apud Papinium occurrunt, quod eis casibus solis uti licebat, qui in brevem syllabam exeunt. Recepit 11, sed pro receptorum numero multa (7) novavit.

---

[1]) Hanc formam exhibet Kohlm. Quid codd. tradant, non dicit. Cum poeta ter formis *Hecate* et semel *Hecaten* et *Hecate* [abl.] et *Hecateius*, sed non nisi semel *Hecatae* utatur, nescio an rectius *Hecateus* scribatur, praesertim cum Graeci et τὰ Ἑκαταῖα et τὸ Ἑκάτειον dixerint.

[2]) Mendose scribit Georges *Tānăgraeus*.

Căpănēĭus Th. XII 545: -eia coniunx [= Euadne]. Claud. carm. min. 30, 151 h.: -eia coniunx. Drac. laud. dei III 507 h.: Euadne ... Capaneia coniunx. [apud omnes in clausula.] (cf. Capanēus.)

**Chărŏpēĭus* Th. V 159: -eia coniunx [in clausula; h. e. Polyxo Lemnia].

Mĕgărēĭus[1]) [a Megaris derivatum] Th. XII 219: -eia ... arva. (Mĕgărēus Ov. fast. IV 471; Mĕgărus Verg. Aen. III 689; Megaricus Cic., al.; Megarensis Plin., al.; Megarius Quint. inst. V 11, 40.)

**Oenēĭus* heros [= Tydeus] Th. V 661. (*Oenēus Ov. met. VIII 281. Stat. Th. II 469. Sil. XV 308; Oenīdēs Ov., al., Stat.; Oenēis Sen. Herc. Oet. 583 dim. anap.)

Pēlēĭus heros Ach. I 551. Sil. XIII 803: -eia facta. Don. gramm. IV 373, 26 et ars anon. Bern. (anecd. Helv. p. 72, 4): Peleius a Peleo. (Pēlīdes Hor. carm. I 6, 6, al., Stat. S. II 7, 97 φ.; Ach. ter; Pelēus v. infra.)

**Penthēĭus* Th. XI 318: Pentheia ... mater [= Agave]. Sidon. carm. 22, 94 h.: -eia mater. (*Penthēus Ov. met. IV 429. Stat. Th. bis, al. *Penthiacus Petron. 47, 10.)

**Sĭpy̆lēĭus* S. V 1, 33: genetrix Sipyleia [= Niobe]. Auson. 244, 1 h.: Thebarum regina fui, Sipyleia cautes quae modo sum.

Quin etiam metro coactus derivavit in silvis ad normam Graecam a stirpe Latina

Tĭbĕrēius[2]) S. III 3, 66: Tĭbĕrēĭa aula. (Tiberianus[3]) Plin., al.; Tibereus[4]) Plin. XXXVI 55; Tiberius mensis Suet. Tib. 26.)

---

[1]) De *Megareo* est derivatum *Megareius* apud Ov. met. X 659: Megareius heros [= Hippomenes].

[2]) Stolz, »Histor. Gramm. d. lat. Spr., Leipz. 1894 p. 474 errat, cum dicit, vocabulum *Tibereius* esse formatum Latino suffixo -ēio. Iam Stephani l. l. p. 27 adn. 1 recte admonuit, Latinum suffixum -eius semper disyllabum esse. Ex exemplis a Stolzio allatis eiciendum est *Priapeia* ut vel a Graecis depromptum (cf. πριαπήιον = nomen violae) vel ad normam Graecam fictum.

[3]) Cogn. *Tiberianicus* C. J. L. III 4558.

[4]) Georges metitur hoc adi. *Tĭbĕrĕus*. Quamquam suffixo Graeco -ĕus nonnumquam Latina adi. fingebantur (cf. Stephani l. l. p. 28), tamen

3. -ēus (-ειος).

Huius modi adiectiva 29 recepit et 11 civitate litterarum Romanorum donavit. Quin etiam duo Latinà nomina metri necessitate adductus hoc suffixo instruxit.

Ădrastēus [de Adrasto ductum] S. I 1, 52: Adrasteus Arion. — ad Adrasteam deam pertinens Amm. XIV 11, 22: Adrasteo pallore perfusus. — ab Adrastia urbe derivatum Iust. XI 6, 10: in campis Adresteis [sic codd., *Adrasteis* Ruehl]. (Adrastis v. infra.)[1])

**Căpănēus* Th. VIII 661: -ea ... pinus. X 811: -ea ... tela. X 832: -ea ... signa. XII 764: -ea ... pectora. (Capaneius v. supra.)

Cenchrēus[2]) [ad Cenchreas pertinens] Th. IV, 60: Cenchreae ... manus. Porph. Hor. carm. I 7, 2: Cenchreo ac Lecheo sinu.

**Clўmĕnēus*[3]) S. I 2, 123: Clymenea ... germina. (*Clў-mĕnēĭus Ov. met. II 19; Clўmĕnēis Epiced. Drusi 111.)[4])

Plinium *Tiberēus* dixisse ex eo concludo, quod ibidem etiam simili adi. *Augustēus* [cod. B[1] *augustaeus*] utitur, cui Georges quoque exitum -ēus attribuit. *Tiberēus* etiam Isid. etym. XVI 5, 4 scribendum esse suspicor [codd. et edit. *Tiberius*], quod Isidorus illud Plinii excerpsit. Etiam aliae voces quae vocantur hibridae huius modi reperiuntur. Ut Statius ipse novavit *Maronēus* et *Neronēus*. *Rōmŭlēus* legitur Pervig. Ven. 72 sept. Praeterea de-Vit affert ex titulis *Caesarēum*; sed de hoc vocabulo dubitare licet, cum *Caesarĕus* saepe a poetis [a Statio novies] usurpatum sit.

1) *Adrastius* nom. gentil. deriv. latin. C. J. L. XII 3136.

2) De Vit dicit scribendum esse *Cenchraeus*, quod haec forma e *Cenchreaeus* orta sit; quae sententia propterea mihi displicet, quod Pape adi. *Κέγχρειος* affert, quod a *Κέγχρε-ιος* profectum esse puto.

3) Sic [non *Clymenaeus*] recte Vollmer scribit, quod et stirps vocis *Clymenes* in e cadit et hanc scribendi rationem adi. *Clymeneius* suadet. Quid in codd. legatur, neque Vollmer neque Klotz dicit.

4) Non affero *Cinyreus* S. V 1, 214, quamquam Lucan. VIII 716 a Hosio *Cinyraeus* scribitur. Sed mea quidem sententia duo adiectiva et suffixi -aeus et -eus ope formata ponere opus non est. Aut etiam apud Statium *Cinyraeus* ut a stirpe in a cadente derivatum recipiendum aut apud Lucanum *Cinyreus* scribendum est, quod cum codd. suadent tum adi. *Cinyreius* ab Ov., Colum., al. usurpatum. Ceterum neque *Κινυραῖος*

Dĭcarchēus* [1]) S. II 2, 3: Dicarchei . . . profundi [= sinus Baiani]. II 2, 110: -ei . . . sinus. II 2, 135: -eis . . . colonis. III 2, 22: terris . . . -eis. III 5, 75 et V 3, 169: -ei portus. Sil. VIII 533: prole Dicarchea. XII 107: urbe -ea [*Dicarchaea* Bauer]. XIII 385: -ea . . . in urbe. Sidon. carm. 2, 59 h.: -eae . . . pulvis harenae [sic Mohr, *Dicarchaeae* Luetj.]. (Dicarchitum populos Lucil. 123 Marx; Puteolanus Cic, al.)

Ĕrĭphўlēus* [2]) Th. IV 211: Eriphyleos [3]) . . . penates.

Eurysthēus [4]) Th. VI 311 (289): bella Eurysthea.

**Mĕnoecēus* Th. X 846: Menoeceo . . . sanguine.

Pēlēus Ach. I 884: Pelea . . . virgo [= Achilles]. (cf. Peleius supra.)

**Phŏrōnēus* Th. XII 465: Phoroneas . . . matres; S. III 2, 101: -eis . . . sub antris. (Phŏrōnis Ov., al.)

**Sĕmĕlēus* Th. X 903: Semelea busta. (Sĕmĕlēïus Ov., Hor., Stat. S. I 2, 220.)

Mărōnēus [5]) S. IV 4, 54: Maroneique sedens in margine templi sumo animum. Anth. 514, 2 p.: Musa Maroneo nobilis ingenio. (cf. infra Maronianus.)

---

neque *Κινύρειος* in Graecis libris legitur, nisi *Κινύρειαν*, urbem Cypri, ad Cinyram revocas. — *Cinyrades sacerdos* Tac. hist. II 3.

[1]) Hoc adiectivum hoc loco inserui, quamquam non ignoro, id, quod a voce *Dicaearcheae* ductum est, sine proprii suffixi ope formatum esse. Sed Statium nomen *Dicaearcheae* a *Dic(ae)archo* conditore derivatum esse censuisse, e S. II 2, 96 intellegitur. [In eadem sententia est etiam Petronius, cum 120, 68 h. urbem *Dicarchida* vocat.] Ceterum Statius adiectivo *Dicarcheus* etiam pro substantivo utitur: S. III 1, 92: *tecta Dicarchei* et IV 8, 7: *dilecta . . . miti terra Dicarcheo* [*dicachen* M.]. Cogn. mul. *Dicarchia* C. J. L. X 2390.

[2]) *Ebosia (aebosia M) Caunos* coniecit Vollmer S. I 6, 15 φ. Sed haec coniectura parum certa mihi videtur; maxime mihi arridet Imhofii *aestuosa*.

[3]) Qua de causa editores id, quod in codd. legitur, mutent, nescio. Romani et *Eriphyla* et *Eriphyle* dixerunt. Cum Statius, qui nomen *Eriphylae* semper compluribus verbis exprimit, etiam formis *Atalantes* et *Atalanteus* utatur, *Eriphyleus* retinere non dubito.

[4]) Adi. *Εὐρυσθειος* apud Graecos in usu non fuisse videtur; sed posteriores aetate scriptores pro *Eurystheo* altera forma *Εὐρύσθειος* usi sunt.

[5]) Adi. *Maronēus* ab urbe *Maronea* ducto utuntur Tib. IV 1, 57 et Plin. XIV 53.

Nērōnēus S. I, 5, 62: Neronea ... lotus in unda. Tac. ann. XVI 12: menses, qui Aprilem eundemque Neroneum sequebantur. Suet. Ner. 55: mensem ... Aprilem Neroneum appellavit. 21: Neroneum agona ... revocavit; Vit. 4: praesidens certamini Neroneo. C. J. L. IV 1745: Neroneis Augusta(libus) feliciter. (Neronianus Cic., al.; Neronia, orum Suet. Nero 12; Neronensis C. J. L. IV 2152: coloniae Clau(diae) Neronesi.)

4. ius (-ιος).

Quod huius suffixi ope Graeci plurima adiectiva formaverunt, in Statii carminibus circiter 100 iam a prioribus poetis usurpata et 12 novata generis a et 4 generis c leguntur.

Ăbantĭus[1]) S. IV 8, 46: Abantia classis [= Euboica]. (Abantēus Ov. met. XV 164; Ăbantĭădēs Ov., Stat. Th. IX 758. VII 370; Abantias [= Boeotia] Plin. nat. IV 64.)

Aepȳtĭus Th. IV 296: Aepytios ... agros. IX 847: -ii ... duces.

Anthēdŏnĭus Th. IX 291: Anthedonium ... Lycetum. IX 328: -ii ... hospitis [= Glauci]. Auson. Mos. 276 h.: -ius ... Glaucus. Serv. auct. Aen. V 823: Glaucus -ius piscator fuit.[2])

Āsōpĭus Th. VII 723. VIII 428. IX 256: Asopius Hypseus [semper in clausula]. (Āsōpis Ov., Stat. Th. IV 370, alii; Āsōpiadēs Ov. met. VII, 484.)

Ēdŏnĭus[3]) Th. V 78: Edonias hiemes. XII 733: -ios ... currus. Sol. 9, 1: -ii ... populi. Porph. Hor. carm. II 7, 27:

---

[1]) Non allatum est in Passowi et Papei lexicis Ἀβάντιος; sed Ἀβαντία urbs Epiri.

[2]) Cogn. mul. C. J. L. X 4423: Anthedoniu(m) Volusia.

[3]) Omnes codd. exhibent *Edonius*, at Serv. Aen. XII 365 Statium et Vergilium et artem secutum *Edonas hiemes*, non *Edonias*, scripsisse dicit. Porro *Edonas hiemes* legitur in Comment. Lucan. I 675. *Edonas hiemes* omnes editores receperunt, Vollmer solus (silv. edit. p. 558) codicum lectionem defendit. Longiorem formam apud Romanos exstitisse, cum copia exemplorum, tum eo demonstratur, quod Serv. l. l. Donatum in illo Vergilii *Edonii* scripsisse dicit. Etiamsi Lucanus et Silius mediam syllabam vocis *Edonidis* non corripuissent, tamen apud Statium *Edŏnius* mirum non esset, cum eum saepius in verborum

Edoniis [Hor.: *Edonis*]: Edonii Thraces sunt; cf. Schol. Hor.: Edoniis: Thracibus Bacchis. Claud. XXI 123 h.: Edonias hiemes [hoc omnes codd. suadent praeter V[1], qui exhibet *Edonas*, quod Birt et Koch receperunt]. Mart. Cap. VI 655: populos, qui Edonii dicebantur. (Ēdōnus Verg., al.; Ēdōnis Ov. met. XI 69. Prop. I 3, 5; at Ēdŏnis Lucan. I 675. Sil. IV 776.)

**Labdăcĭus* Th. II 210: Labdacium ... ducem [= Eteoclem]. III 418: -io ... duci [= Polynici]. VII 207: ios ... nepotes. IX 650: -ias ... cohortes [h. e. Thebanorum]. Sidon. carm. 9, 227 φ.: non quod Papinius tuus meusque inter Labdacios sonat furores. (Labdăcĭdae Sen. Oed. 710 glyc. Stat. Th. quater; -cidēs [= Polynices] Th. VI 451 (429).)

Lĭcymnĭus[1]) Th. IV 734: stagna Licymnia.

Mĕlĕāgrĭus[2]) Th. IV 103: Meleagria Pleuron. Mythogr. I 198: Meleagria Pleuron. (Mĕlĕāgrēus Lucan. VI 365. Rut. Nam. I 627 h.; meleagrĭdĕs[3]) [plur. fem. = genus gallinarum] Varro rust. III 9, 18. Plin. nat. X 74.)

Mўcălēsĭus Th. IX 281: Mycalesia cuspis.

Pălaemŏnĭus Th. II 381: Palaemonio ... Lechaeo. Claud. XVII 289 h.: -iis ... coronis [in eadem sede versus qua Stat.].[4])

**Phăĕthontĭus* S. II 4, 9: Phaethontia ... fabula. Sil. VII 149: -ius amnis [= Padus]. VII 206: ungula ... -ia. X 110: ora ... -ia. X 540: -ia frena. XVII 496: -ia ... stagna. [apud Stat. et Sil. *Phaetontius* semper in quinta sede.] Mart. Cap. IX 918 anacr.: Phaethontias ... Musas. (*Phăĕthontēus Ov.

---

mensuris peccavisse inter omnes constet. Quod apud Graecos *Ἠδόνιος* vel *Ἠδώνιος* non legitur, minimi momenti est. Sunt igitur duae lectiones eiusdem auctoritatis. Utra autem praeferenda sit, diiudicari non potest.

[1]) Quamquam adi. *Λικύμνιος* a *Λίχυμνα* arce Tirynthos derivatum non invenitur, tamen *Λικύμνιος* nomen proprium et ab eo adi. *Λικύμνιος* derivatum exstat.

[2]) *Μελεάγριος* nusquam occurrit; *μελεάγριον* vel *μελέαγρον* est herba.

[3]) De origine huius vocis cf. Otto Keller, Lat. Volksetym., Leipz. 1891 p. 214.

[4]) Cogn. vir. Hyg. fab. 14: *Palaemonius*, *Lerni filius Calydonius* [coni. restitutum].

met. IV 246. Mart., Stat. Th. I 221; Phăĕthontis Ov. met. XII 576, alii; Phăĕthontias Verg. ecl. VI 62, alii.)

Teumēsĭus Th. I 485: Teumesia tempe. II 331: iuvenis -ius [= Polynices]. II 383: arva ... -ia. II 624: -ia cornus. IV 85: -ius ... leo. V 92: -ia thyias. IX 462: -ius amnis [= Ismenus].[1])

Gargettĭus S. I 3, 94: senior Gargettius [= Epicurus]. II 2, 113: -ius auctor. [cod. utroque loco *Gargeticus.*] (Cic. epist. XV 16, 1.)

Ĭthăcēsĭus Ach. I 558: Ithacesia carbasus. (Plin. III 85: Ithacesiae [scil. insulae].) Sil. VIII 539: sedes -ia Bai [h. e. Baiae]. Sidon. carm. 15, 159 h.: -ia ... fabula. (Ithacensis Hor. epist. I 6, 63, alii; Ĭthăcus Ov., al., Stat. Ach. octies.)

Mărăthōnius Th. XII 196: Marathonia ... arma [h. e. Atheniensium]; S. V 3, 74: -ia virgo [= Erigone]. (Cic., al.) Sil. XIV 650: -ius hostis. Sidon. carm. 15, 35 h.: -ia baca. 23, 78 φ.: in castris -iis. (Marathonis v. infra.)

**Sangărĭus* S. III 4, 41: Sangarius ... puer [= Attis]. (Plin. nat. IV 82: sinus Saggarius; *Săgărītis, idis Ov. fast. IV 229.)

5. -icus (-ικός).

Pluribus 20 huius modi adiectivis receptis Statius in silvis duo nova addidit.

Tĕgĕătĭcus S. I 2, 18: volucer Tegeaticus. V 1, 102: ales -icus [= Mercurius]. Sidon. carm. 7, 20 h.: Tegeaticus ales [sic Bitsch, Mohr, *archas* codd., *Arcas* Luetj.]. (*Tĕgĕaeus Verg., al., Stat. saepius, S. I 5, 4: volucer Tegeaee; Tĕgĕātes, ae Cic. div. I 37, alii; Tegeatis v. infra; volucer Cyllenius Th. II 89; similia.)

Thēbăĭcus S. IV 9, 26 φ.: Thebaicae [sc. palmulae]. (Vitr. VIII 2, 6. Petron. 40, 3. 8, alii; v. Thebaeus.)

---

[1]) Praeterea in codd. BSM legitur Th. IX 709: *iuga per Teumesia;* cod. P tradit *Teumesi e vertice* (cf. Th. VIII 344), quae verba recipienda sunt.

6. -ĭăcus (-ιακός).

Adiectivis hoc suffixo formatis quod Statius imprimis in silvis usus est, casui deberi puto. Ea poetae in deliciis fuisse, eo intellegitur, quod 10 iam ab aliis usurpata et 7 nova apud eum occurrunt.

**Amphrȳsĭăcus* S. I 4, 105: Amphrysiaco ... de gramine. (Amphrȳsĭus Verg. Aen. VI 398. Auson. 396, 15 h.)

Byzantĭăcus S. IV 9, 13 φ.: Byzantiacos . . . lacertos. (Byzantĭus Cic., Hor., al.; Byzantīnus Tert. Scap. 3, Claud., Sidon., al.)

Caspĭăcus S. IV 4, 64: metuenda ... portae limina Caspiacae. Exc. lat. barb. p. 270, 17 et 272, 15 Frick: Caspiacas portas [= τῶν Κασπιακῶν πυλῶν]. (Caspĭus Verg., al., Stat. ter *Caspia limina;* *Caspĭădae Val. VI 107; Caspiani Mela I 12; *Caspicus Ravenn. p. 323, 10.)

Isthmĭăcus Th. VI 557 (535): in Isthmiaca ... harena. IX 401: -iaco . . . portu. XII 131: ab -iaco . . . sepulcro; S. II 1, 179: in -iacos ... portus. II 2, 68: ab -iacis favillis. Sil. XIV 341: -iacis . . . colonis. XIV 642: -iacis . . . tectis [= Syracusanis]. Claud. III 252 h.: -iaca pinu. VIII 464 h.: -iaci ... litoris exul. Sidon. carm. 11, 6 h.: in -iacum pelagus. (Isthmĭus Hor., al., Stat.; Istmĭcus Val. Max. IV 8, 5. Mela II 48.)

**Lemmĭăcus* Th. III 274: Lemniacae . . . catenae; S. III 1, 132: ab antris -iacis. Mart. V 7, 7 h. et Sidon. carm. 11, 33 h.: -iacis ... catenis. Sidon. carm. 23, 290 φ.: catenas ... iacas. (Lemnius Plaut., al., Stat. septies; Lemnias Ov., Stat. quater, alii; Lemniensis Plaut. Cist. 100 sept.)

**Sestĭăcus* S. I 3, 27: Sestiacos ... sinus. Auson. 325, 23 h.: Sestiaca ... de turre; Mos. 287 h.: -iacum pelagus. (Ov. epist. XVII 2: *Sesta puella [*Sesti* Ehwald]; Sestias v. infra.)

**Telphūsĭăcus* Th. IX 847: Telphusiacae ... phalanges.

7. -us (-ος).

Poetae nonnumquam metro adiectiva usitata a nominibus propriis derivata respuente ita nova fingebant, ut simplicem exitum -us, -a, -um nominibus ipsis in -us vel -a cadentibus

accommodarent. Hac ratione Statius novavit non modo Graeca adiectiva, sed etiam Latina, quae infra enumerabuntur. Graeca compluribus receptis habet haec:

**Dăcus*[1]) S. I 2, 180: Dacas ... exuvias. IV 2, 66: Daca [cod. *flaca*] ... proelia. Mart. I 22, 6 p.: -us ... puer. IX 35, 5 h.: ducis -i. Iuv. IV 111: vulturibus ... -is. Treb. Claud. 15: -os exercitus. C. J. L. VII 944: cives Dacus. (*Dăcius epiced. Drusi 387, alii; Dăcicus Plin. epist. VIII 4, 1, alii; *Daciscus Aurelian apud Vopisc. Aurelian. 38, 4, alii; Dacisciauus Gallien apud Treb. Claud. 17, 3.)

**Euboeus* S. V 3, 137: plebes Euboea [= Neapolitana]. (Eubŏĭcus Plaut., al., Stat. undecies; Euboenses Sol. 2, 16; Eubois v. infra.)

**Īnăchus* Th. I 619: Inacha pubes [sic. P; *plebes* B Muel.]. VIII 363: Inacha pubes. III 249: -a tecta. (Īnăchius Verg., al., Stat. persaepe; Inăchĭs Ov., al., Stat. Th. XII 107. 303; Inăchĭdēs Ov., Stat. persaepe.)

8. -ides (-ίδης).

Graeca patronymica, quae scriptores solutae orationis vitare solebant voce filii vel filiae usurpata, in carminibus, imprimis herois, usitatissima erant.[2]) Itaque etiam poetae Neapolitano in deliciis fuerunt, nam 29, quae in -ides exeunt, receptis 13 nova addidit in Thebaide.[3])

---

[1]) In illo Horatii *Daci Cotisonis* (carm. III 8, 18) *Daci* substantivum esse potest.

[2]) Cf. van Royen, De vocabulis patronymicis et ethnicis a poetis Latinis per metonymiam nominum propriorum loco positis, diss. Halens. 1900.

[3]) Martialis 4 tantum receptis nullum novavit; Valerius Flaccus novavit haec: *Aenidae* [= Cyziceni], *Caspiadae, Crethides, Haemonides, Hagniades, Hyperionides, Naubolides, Olenides, Phasiades, Porthaonides, Thespiades* (*Aethalides* I 347 est nomen proprium). Nescio an etiam his vocabulis a Stephanio omissis Valerius Flaccus primus usus sit: *Genetaeus; Lyrceius, Perseius* [ad Persam nympham pertinens]; *Erymanthēus, Persēus* [a Persa nympha ductum]; *Percosius; Iasia* virgo [= Io], *Pangaeus, Piresius* [Πειρεσιαί oppidum Thessaliae], *Solymus* (etiam Stat.), *Thespius, Tisaea* Diana, *Tyndareus; Acherusis*, Harpyiae *Typhonides*. Georges et de Vit quidem haec vocabula apud scriptorem Valerio Flacco vetustiorem legi negant.

**Alcĕtĭdēs* [= Alcetae filius] Th. XII 744: Alcetidas fratres [= Phylea, Helopa, Japyga].

**Āŏnĭdēs*[1]) Th. II 697: quisquis es Aonidum. X 195: Aonidum legio. IX 95 Aonides [= Eteocles]. (Āŏnĭus Ov., al., Stat. saepe; Aŏnĭdĕs, um Ov., al., Stat. quater; Th. VI 17: tellus Aonis.)

**Ătălantĭădēs* Th. IX 789: trux Atalantiades [= Parthenopaeus]. (Atalantēus Manil. V 179. Stat. Th. IV 309. VII 267.)

**Ĕphyrēĭădes* Th. VI 652 (630): tres Ephyreiadae. (Ĕphyraeus Ov. ars I 335, alii; Ephyrēus Prop. II 6, 1. Lucan. VI 17. Stat.[2]) ter; *Ĕphyrēĭus Verg. georg. II 464. Rut. Nam. I 319 h.; *Ĕphyrēĭăcus Petron. 119, 9 h.; *Ĕphyrēĭas Claud. XXVI 629 h. Sidon. carm. 15, 146 h.)

Haemŏnĭdes[3]) Th. II 692: Haemonides ... Maeon. III 42: Haemonides.

Hippăsĭdes Th. VII 355: Naubolus Hippasides.

**Ĭălmĕnĭdes* Th. X 510: pronus[4]) Ialmenides.

Ĭāsŏnĭdes Th. VI 340 (318): Iasonidae iuvenes [= Thoas et Euneos]. cf. Mythogr. I 199: Iasonides, filius Iasonis et Hypsipyles. (Ĭāsŏnĭus Ov. ex Pont. III 1, 1. Prop. II 24, 45. Stat. Ach. I 65.)

Lētŏĭdes Th. I 663 et 695: Letoiden [= Phoebum]. Auson. 244, 2 p.: laesi [scil. Niobe] numina Letoidum. Claud. carm. min. app. 2, 61 h.: efferat aetherium, quantum volit, orbis in axem Latoidas verosque probet sua fabula divos. Serv. gramm. IV 430, 2: inveniuntur [scil. patronymica] et a matre ducta, ut Thetideius

---

[1]) Thes. linq. Lat. affert etiam Nux 110 p.; hoc loco traditum est in codd. F et L *Aonium*, in C *adonium*. Baehrens et Wilamowitz receperunt *Aonium*, sed mavult Baehr. *Argolicum*, quod certe reiciendum est. Quis *Aonidum* scribat, nescio.

[2]) *Ephyreus*, non *Ephyraeus*, legitur in codd. Muellero auctore. Mutare opus non est.

[3]) Nomen proprium, non iam patronymicum est *Haemonides* Verg. Aen. X 537. [cf. Serv. ad h. l.] *Haemŏnĭdes [= incola Haemoniae] legitur apud Val. Fl.

[4]) Lectio cod. B, non P recipienda est, quod Ialmenus quattuor syllabas complet; cf. X 305.

et Letoides. Mart. Cap. III 223: Latoides. Prisc. gramm. II 63, 12: Latoides Λητοῦς, id est Latonae filius Apollo. Gloss. V 463, 14: Letoides, Apollo filius Latonae. (Latonigena Ov. met. VI 160. Sen. Agam. 324 dim. anap.; *Lātōĭus (Letoius) Ov.; Lātōus Ov., Sen., Stat. S. I 2, 220; Lātōnĭus Verg., al., Stat. octies; Lātōis Ov., Stat. Th. IX 834.)[1]

**Oedĭpŏdīŏnĭdes* [= Polynices vel Eteocles] Th. I 313: Oedipodionides. IV 491 et VI 426 (404): -iden. Th. VII 216: -idas. Auson. 139, 2 p.: -idae. (*Oedĭpŏdīŏnĭus Ps. Ov. met. XV 429. Lucan. VIII 407. Stat. Th. II 505. X 801: Oedipodionii ... fratres.)

**Ōgўgĭdes* Th. II 586: Ogygidae [= Thebani]. (Ōgўgĭus Acc. trag. 273, alii, Stat. saepe.)

Tălăīŏnĭdes Th. II 141: senior Talaionides [= Adrastus]. V 18: dux -ides. (*Tălăīŏnĭus Ov. ars III 13: Talaioniae Eriphylae.)

Thespĭădes[2]) Th. II 629 et III 14: Thespiadae [= Periphas et frater, filii Ides]. IX 293: -iaden [= Thebanum quendam, fratrem Panemi]. Sil. XI 19: -iadum ... nepotes [= Crotoniates]. XII 364: agmine -iadum. Hyg. fab. 162 p. 16, 3: duodecim Thespiadae, quos ex Thespii regis filiabus procreavit. (Thespiadĕs [fem. plur.] Sen. Herc. O. 369 sen.)

9. -is, -idis (-ίς, -ίδος).

Huius modi vocabula Papinius 43 recepit et 10 novavit.

**Adrastis* Th. XII 678: viduam ... Adrastida. (Adrastēus v. supra.)

**Bacchēis* S. II 2, 34: Ephyres Baccheidos altum culmen. (Bacchĭădae Ov. met. V 407, alii.)

Euboïs S. I 2, 263: tellus Eubois [= Neapolitana]; Ach. I 414: ora Eubois. (Euboeus v. supra.)

**Eumēlis* S. IV 8, 49: felix Eumelis [= Parthenope, Eumeli filia].

---

[1]) Cogn. vir. C. J. L. II 88: Marius Letoides. — Ad municipium *Latonium* pertinet *pleps Latoniensis* [= Ossigitana] C. J. L. II 3351.

[2]) Thespiades = incola Thespiarum urbis Val. Fl.

Hŏmŏlŏĭdes scil. πύλαι Θηβῶν Th. VII 252: per ingentes Homoloidas. VIII 354: celsas Homoloidas.

Mărăthōnis Th. XI 644: Marathonide silva. XII 730: quercum -ida. Sidon. carm. 5, 193 h.: -ide quercu. Carm. epigr. 467, 9 h.: Marathonis ... aedon. (v. supra Marathonius.)

**Scȳrēĭs* Ach. I 821: Scyreides. (*Scyrias Ov. ars I 682: Scyrias ... puella. Stat. Ach. I 367: turba piarum Scyriadum; Scȳrĭus Verg., al., Stat. Ach. quater; *Scyreticus Plin. nat. XXXI 29; *Scyricus Plin. nat. XXXIII 159 et 160 [codd. *styricus*].)

Tĕgĕătis Th. IX 571: mater Tegeatis [= Atalanta]. Sil XIII 329: caesa Tegeatide capra. (v. supra Tegeaticus.)

Thŏantis Th. V 650: Thoantis [= Hypsipyle]. 700: -ida. (Thŏantias Ov. epist. VI 163 h.; Thŏantēus[1]) Ov. Ib. 384 p. Val. Fl. VIII 208. Sil. IV 769. XIV 260.)

**Tīthōnis* S. V 1, 34: Tithonida. (*Tīthōnēus [non *Tithonaeus*] Avien. orb. terr. 368 h.: Memnon ... Tithoneus; Tīthōnēus Avien. Arat. 1025 h.: Tithoneo ... profundo; *Tīthōnĭus Ov. fast. bis, Stat. sexies.)

10. -ias, -iadis (-ιάς, -ιάδος).

Patronymica suffixo -ias formata non tot exstabant quot suffixo -is formata. Apud Statium 5 recepta atque 3 nova leguntur.

Actias[2]) [ad Actium promunturium pertinens] S. III 2, 120: Actias Ausonias fugit Cleopatra catenas. (Actĭus Verg., al.; Actĭăcus Ov., al.)

**Ĕrȳmanthĭas* Th. IV 329: Erymanthiadum ... nympharum. (Ĕrȳmanthis Ov., Stat. Th. IX 594; *Ĕrȳmanthēus Val. Fl. I 374; Ĕrȳmanthĭus Cic. poet., Stat. Th. V 665. XII 805.)

Sestĭas Th. VI 547 (525): Sestias. Serv. georg. III 258: Leander et Hero, Abydenus et Sestias. Sidon. carm. 2, 506 h.: Abydeni ... sinus et Sestias ora. 11, 71 h.: Sestias. (v. supra Sestiacus.)

---

[1]) Θοάντειος non legitur, nisi Θοάντειον promunturium Carpathi insulae et ora Rhodi a Thoante quodam derivata esse putantur.

[2]) Ἀκτιάς de Ἀκτή derivatum et *Atheniensis* significans Verg. georg. IV 463.

XI 14, 3 a. 397]: -or horreorum. I 55, 10 a. 441: -oribus sacri nostri oraculi. Sedul. op. pasch. II 1: praecepti -or. Faust. Rei. epist. 5 p. 194, 8: sacri concilii -or. Alc. Avit. carm. 1, 319: -or [sc. legis]. Eugipp. Sev. 12, 5: sancti operis -or atque contemptor. Inst. Iust. IV 18, 4: -ores alienarum nuptiarum. Conc. Aruern. a. 535 c. 10: episcopus canonum -or. Cassiod. var. VII 42, 3: si iussionis nostrae, cuius executor esse debuit, temerator exstiterit. VIII 25, 4: egregiae voluntatis nostrae invidus -or. IX 13, 3: iussionum nostrarum inprobus -or. IX 14, 6: saluberrimi constituti -or. Avell. p. 584, 3. p. 582, 16: sacrorum -or. Iulian. epit. novell. 74, 5. Drac. Romul. V 237 h.: sacrilegus -or. X 34 h.: pelagi -or primus Iason; Orest. 951 h.: quis -or erit caelestia iura movere? Gloss. III 465, 24 et 481, 38: temerator παραβάτης. IV 291, 14: temerator: litigator, violator. II 196, 18: temeratores προπετεῖς. (violator Ov., al.; corruptor Plaut., al.)

Alterutra forma iam exstabat horum nominum:

nūtrītor Th. X 228: volucrum nutritor equorum; Ach. I 276. Mart. VIII 28, 5 h.: Tartesiacus stabuli -or Hiberi Baetis. Quint. I 4, 28: quaedam verba appellationibus similia, ut *fraudator, nutritor*. Suet. gramm. 7: a -ore suo manumissus. Scaev. dig. XXXIII 7, 27 pr. Hyg. fab. 173 p. 147, 1: Perseus ... funebres Polydectae nutritori suo [sc. fecit]. Cod. Iust. VI 59, 10 (a. 294): -oribus defertur hereditas. Frg. Vat. 27. Iul. Val. I 7 p. 12, 24 Kuebl.: paedagogus atque -or. Lampr. Alex. 13, 4; Heliog. 13, 8: -ores.[1]) Char. gramm. I 44, 7: nutritor, nutritrix, quamquam in usu nutrix dicatur. (cf. ars anon. Bern. = anecd. Helv. p. 75, 13.) Pelagon. 267: -orem equorum. Vopisc. Tac. 6, 6. Optat. I 15: -ores [scil. scismatis]. Claud. XVIII 104 h.: dotalem genero nutritoremque puellae tradidit. VIII 503 h. XXVIII 81 h.; rapt. Pros. III 373 h.: Apollinei nemoris -or Orontes. Serv. Aen. XI 33. Petr. Chrys. serm. 62. Cassian. c. Nest. VII 31, 4: mementote ... doctoris vestri ac -oris. Ps. Genn. vir. ill. 100. Arnob. in psalm. 23 p. 355 D. Avell. p. 495, 10: verae pacis -orem. p. 496, 17: -orem pacis et rectae fidei certatorem. Drac. laud. dei. I 685 h.: sub -ore Tonante. II 2 h.: omnipotens aeterne deus, fons auctor

---

[1]) Stephani l. l. p. 37 affert etiam Firm. math. V 8: *equorum nutritores*; sed haec verba sunt ex interpolationibus Aldinae.

origo inventor genitor nutritor rector amator; Orest. 353 h. 374 h. 460 h. 639 h. Ruric. epist. II 40, 4: a -ore domino. Ennod. dict. 7, 3 p. 444, 2; opusc. c. 3, 134 p. 365, 23. c. 3 p. 339, 3; epist. VII 31, 2 p. 197, 23: parentem et -orem tuum; carm. I 7 praef.: imbrem fructuum -orem. Cassiod. var. X 30, 5. Greg. Tur. Franc. III 18: separata a pueris et -oribus suis. VIII 22. Ven. Fort. carm. IX 16, 9 h.: te tutorem alii -oremque fatentur. Greg. M. epist. VII 23; dial. III 13. Isid. orig. X 189: nutritor quasi nutu eruditor. Lex Visig. IV 4, 2. C. J. L. III 14261 [1]. V 4241. 4347. 4400. 7188. VI 8425. IX 1090. 3252. X 189. 295. 482. 648. XIV 2540. 2828. Inscr. Ztschr. f. d. Altert.-wiss. 1846 p. 511: Syllectio et Ennoea nutritores[1]) [= nutrices]. Gloss. τροφεύς nutritor (sexies). II 460, 14: τροφεύς nutritor, educator, altor, nutricius. (nutrix Ter., al.; nutricius adi. Varro rust. II 1, 9, alii; subst. Caes., al.; altor et educator Cic. nat. deor. II 86; altor Ov., al.)

pŏpŭlātrix S. III 2, 86: Siculi populatrix virgo profundi [= Scylla]. Mart. XIII 104, 1 h.: populatrix Hymetti ... apis. Auson. Mos. 241 h.: scrutatur toto populatrix[2]) turba profundo. Claud. rapt. Pros. III 167 h.: -trices ... catervae. (populator Ov., al.)

praedātrix S. I 5, 22: Herculei praedatrix ... alumni [= Dryope]. Amm. XXVI 6, 10: -trix bestia. XIV 2, 1: feris -tricibus obiecti sunt. Eustath. Bas. hex. VIII 6 p. 952 A: -tricum avium mores. (praedator Ov., al., Stat. Th. IV 316: praedatoris equi. XII 342. — raptrix Hier., al.)

turbātrix Th. IV 369: adcumulat crebros turbatrix fama pavores. Prud. psych. 668 h.: tempestas placidae turbatrix invida Pacis. (turbator Liv., al. — perturbatrix Cic. leg. I 39.)

In carminibus primum occurrunt:

cunctātor Th. III 79: non cunctator iniqui.[3]) (Cael. in Cic. ep., al.) Auson. 210, 12 p.: nec cunctator erat. Drac. Orest. 580 h.:

---

[1]) Alia vocabula huius modi loco femininorum posita collegit Neue I³ p. 908 sqq.

[2]) De adiectivo usu cf. Neue II³ p. 35 sqq.

[3]) *Cunctator* scribit Kohlm. etiam Th. VI 766 (741), ubi cod. P exhibet *cunctatur*, cod. B *cunctatus*, quod Muell. recepit.

non cunctator amicus. (dīlātor Hor. ars 172. — cunctatrix Ambr. epist. 67, 5.)

expugnātor Th. IV 363: pecoris lupus expugnator opimi. (Cic., al. — expugnatrix eccl.)

sălūtātor S. II 4, 29: salutator regum [sc. psittacus]. (Q. Cic., al.) Mart. I 70, 18 p. III 58, 33 chol. VIII 44, 4 chol. X 10, 2 p. X 74, 2 chol. XIV 74, 1 h. (salutatrix Mart. VII 87, 6 p. IX 99, 2 p. Iuv. V 21.)

Novam significationem exhibet:

sĭmŭlātrix[1]) Th. IV 551: Aeaco simulatrix litore Circe [= quae homines et alia transfigurat]. Anth. 528, 2 h.: a speculo simulatrix umbra resultat. (Fest. p. 213: piatrix dicebatur sacerdos, quae expiare erat solita, quam quidem simulatricem, alii sagam, alii expiatricem vocant.)

2. -tio, -sio.

Substantivorum verbalium in -tio exeuntium[2]), quod imprimis in sermone cotidiano in usu erant[3]), a comicis et lyricis poetis magnus numerus usurpabatur, sed epici ea vitabant.[4]) Dactylici poetae etiam metro coacti, quod syllaba -o finalis longa erat, ea effugiebant. Qua de causa factum est, ut Pauckero[5]) auctore neque Lucretius neque alius poeta, qui post eum erat, voces eius modi novaret. Statius quamquam illa necessitate liberatus erat littera o finali correpta, tamen priores poetas secutus haec vocabula repudiavit; novum enim non habet, recepta in legendo 7 annotavi; primus inter poetas utitur tribus eisque in lyrico versu, in quo vocabula eius modi iam antea usitata erant.

---

[1]) Plaut most. 219, quem locum Quich. affert, *stimulatricem* legitur.

[2]) Collecta sunt a Pauckero, Melet. I 33 sqq. et Kuhns Ztschr. XXIII 152 adn. De vocibus ipsis disseruit Leo Meyer in Orient und Occident II 587 sqq.

[3]) Cf. Cooper l. l. p. 3 sq.

[4]) Cf. H. Ploen, De copiae verborum differentiis inter varia poesis Romanae antiquioris genera intercedentibus, diss. Argent. vol. 7 p. 24 et 41.

[5]) Kuhns Ztschr. XXIII 153.

nāvĭgātĭo[1]) S. IV 3, 31 φ. (Cic., al. — nāvĭgĭum Ps. Lucr. V 993 (1006).)

oscĭtātĭo[1]) S. IV 9, 20 φ. [transl.]: Bruti senis oscitationes ... donas. (Cels., al.) Mart. II 6, 4 φ.: longas trahis oscitationes.

sparsĭo S. I 6, 66 φ. (Sen., al.)

3. -tus, -sus.

Supra diximus substantiva verbalia in -tio exeuntia a sublimiore poesi repudiata esse. Atque cum etiam vocabula in -tas cadentia, quae ab adiectivis originem ducebant, magis tragicorum poetarum quam epicorum propria essent[2]), qua de causa Statius 23 modo eius generis vocabula recepisse videtur, epici ad appellationes, quae nunc dicimus abstracta, formandas suffixum -tus adhibebant.[3]) Eius modi vocum felicissimus opifex erat Statius, nam 12 novavit, quarum plurimae in locum vocabulorum in -tio desinentium et iam antea usurpatorum successerunt, duabus novam vim subiecit, sex in poeticam linquam introduxit. Per singula carmina sic dispersae sunt: leguntur 6 vocabula generis a in ep., 2 et in ep. et in silv. h., praeterea in silv. h. 4; generis b 1 in ep., 1 in silv. h.; 4 generis c in ep., 1 in silv. h., 1 in φ.

accubitus[4]) = actio accubandi Th. I 714: Megaera ... Phlegyan subter cava saxa iacentem aeterno premit accubito; Ach. I 110: quem quisque [scil. divum] sacravit accubitu genioque locum. — = locus, pars tori Iuvenc. IV 58: adcubito primo cenae. — = lectus Prud. apoth. 713 h.: centenos simul accubitus

---

[1]) De vocibus huius modi saepe in fine hendecasyllabi collocatis cf. Stephani l. l. p. 39 adn. 1.

[2]) Cf. Ploen l. l. p. 21 et 39.

[3]) Cf. Ploen l. l. p. 28 et 43. De fatis harum vocum cf. Paucker, Vorarb. II p. 10 et Cooper l. l. p. 17 sqq.

[4]) Cum iam in thes. ling. Lat. exempla summa cum diligentia collecta et digesta sint, supervacaneum est, illa exscribere; poetarum autem locos afferre utile esse mihi videtur. Exemplis in thes. allatis addi possunt: Itala cod. c. Marc. 12, 39: volunt ... primos accubitus habere in coenis (vulg. discubitus). Itala cod. Ambros. II Macc. 4, 21: propter primos accubitos Ptolemei regis illius Philometoris (vulg. propter primates). Canon Migne LVI 718 A: non oportet in Dominicis vel in ecclesiis ... accubitus sternere.

iniere sodales. (accubitio Cic., al. — cf. cubitus Plaut., al.; concubitus Cic., Verg., al.; excubitus bell. Hisp. 6, 3; incubitus Plin., al.; secubitus Cat., al.)

adplausus Th. II 515: terribili adplausu circum hospita surgeret ora [sc. Sphinx].[1])

certātus S. III 1, 153: ridet ... gentile sacrum nudosque virorum certatus. Jord. Rom. 219: crebris ... certatibus exercitus caesus. (certatio Enn., al.; certamen.)

dictus Th. IV 145: quis numerum ferri gentisque et robora dictu [sic P, *dicto* B] aequarit. Comm. apol. 81: spero, reus non est, qui Caesaris dictus [*dictos* cod.] obaudit. Priscill. tract. 10, 133: si dictus verborum formis et rerum parabolis adproparet. Ps. Aur. Vict. epit. 14, 7: acer ... referre carmen carmini, dictum dictui. Gloss. II 461, 24: τῷ λέγεσθαι dictu. (dictum; dictio Ter., al.)

dīgestus S. III 3, 87: iam creditur uni sanctarum digestus opum. Ambr. in psalm. 118 serm. 12, 8: caelo annus labitur per dies ac menses et tempora autumni atque hiemis, veris quoque et purae digestus aestatis. — = concoctio Tert. anim. 10: quod [scil. deus] modicis animalibus sine necessariis membris nihilominus vivere instruxerit salvo etiam visu sine oculis et esu sine denticulis et digestu sine alveis. Carm. de Jona 103 h.: inter semesas carnes resolutaque putri corpora digestu.[2]) (digestio Cic., al. — cf. adgestus Sen., al.; congestus Cic., Lucr. VI 724, alii; egestus et suggestus v. infra.)

distinctus S. I 5, 41: viridis cum regula longo Synnada distinctu variat. Tac. ann. VI 28: animal et ore et distinctu pinnarum a ceteris avibus diversum. (distinctio Cic., al.)

nătātus S. I 3, 73: vitreas ... natatu plaudit aquas. I 5, 25: exceptura -tus Virgo. III 2, 18: litora tranquillo certatim ambite -tu; Ach. I 628: quaerisne meos ... -tus. Apul. met. V 28: marino -tu. Jul. Val. II 27: -tu; ad -tus. Pallad. I 17, 2: -tu. Auson. Mos. 77 h.: obliquatos ... -tus. 90 h.: celeri ... -tu.

---

[1]) Firm. math. II 10 et VI 13, ubi *applausus* legitur, inter Aldinae interpolationes sunt.

[2]) Non ausus sum supra afferre Macr. sat. VII 4, 3: quaero ... utrum simplex an multiplex cibus digestu sit facilior. Equidem *digestu* pro supino habeo.

94 h.: liberior laxos exerces ... -tus. 275 h.: stolido ... -tu. 344 h.: -tu. Claud. VIII 348 h.: fluvios ... scinde -tu; rapt. Pros. III 333 h.: flumen ... quod ... pulchro ... secat ... -tu; carm. min. 49, 3 h.: segni ... -tu. Amm. XIV 1, 5 et XXIII 6, 52 et XXV 7, 3: -tu. Cod. Theod. VII 1, 13 (a. 391): vagos -tus ... exerceat. Symm. epist. VIII, 23: iuvenum procaces -tus. Serv. georg. III 258: -tu. Aug. serm. 126, 2, 3: -tus [acc. plur.] piscium; c. Jul. op. imperf. IV 38: quae [scil. genera] demersit -tus. Paul. Nol. carm. 17, 120 adon.: lascivo ... -tu. Prud. perist. VII 29 glyc.: miris ... -tibus. X 1054 sen.: cruentis ... -tibus; cath. V 143 asclep. min.: languidulis ... -tibus; apoth. 684 h.: puro ... -tu; psych. 656 h.: -tum. Rut. Nam. I 247 h.: in Euboicis captiva natatibus unda sustinet alterno brachia lenta sinu. Cypr. Gall. exod. 57: plausibiles ... captat laeta -tus. Paul. Petric. Mart. VI 391: -tu. Sidon. carm. 5, 423 h.: turpi ... -tu. 7, 236 h. et epist. III 3, 2: -tu. Drac. laud. dei I 239 h.: pisces luserunt fluido ... -tu; Romul. X 43 h.: -tu. Alc. Avit. carm. 4, 504: facili portante -tu. 4, 538: -tu. 5, 139: vincto ... -tu. Ennod. epist. I 6, 6 p. 15, 2: ad -tum. Ven. Fort. carm. IX 7, 26 sapph. min. et X 6, 61 h.: -tu. Schol. Hor. carm. III 4, 30: -tu.[1]) (natatio Cic., al.)

prĕcātus Th. VIII 332: des ... precatus nosse tuos. X 71: sed nec periisse precatus tantaque dona velit. XI 103: blandam ... precatu Antigonem; Ach. I 144: humili ... deos infringe -tu; S. V 2, 81: merito ... -tu. Auson. 153, 58 h. (= Paul. Nol. carm. 5, 58): da, pater, haec nostro fieri rata vota -tu. 154, 3 dim.: satis numquam reis fiat precatu numinis. 417, 114 h.: nostro ... -tu. Amm. XXIV 6, 5: concordi -tu. Symm. epist. 9, 3: meo -tu. 9, 25: nimio -tu. Ps. Rufin. in Joel 2, 15: populi efficaces -tus. Paul. Nol. epist. 29, 1: peccatoribus et precatu deplorationis et habitu indigentibus; carm. 10, 111 h.: steriles ... -tus. 21, 33 h.: inpenso ... -tu; carm. app. 3, 151 h.: -tu. Cypr. Gall. num. 105: -tu. Sedul. carm. pasch. IV 174 h.: facili -tu. Claud. Mam. epist. 2: -tu. Paul. Petric. Mart. III 39: crebro ... -tu. Sidon. epist. II 4, 2: -tu nostrae intercessionis. III 3, 9: nostratium -tibus. IV 2, 3: -tu. VI 1, 6: -tu tuo. IX 3, 4: -tibus efficacissimis. Drac. Orest. 885 h.:

[1]) Non recte Georges attulit Fulg. myth. 1 praef. p. 14 M.

-tu. Ennod. opusc. 3, 99 p. 356, 15: -tu suo. 3, 121 p. 362, 9: -tu illius faciente. 9, 8 p. 418, 4: ad cuius -tum; carm. I 8, 9 h.: Phaethonteo ... dare regna -tu. Ven. Fort. Mart. IV 34 h.: -tum; carm. II 4, 32 h.: ara precatu. Eugen. Tolet. hex. praef. 8 h.: -tu. (precatio Cic., al.; preces Plaut., al.)

prōflātus[1]) Th. X 320: proflatu terrebat equos. (cf. flatus Cic., Verg., al., Stat.; adflatus Cic., Ov., al., Stat.; efflatus Sen., al.; inflatus Cic.; reflatus Cic., al.)

rĕlātus[2]) Th. VIII 514: quis tanta relatu aequet? Ach. I 400: facinus ... relatu asperat Iliacum. Tac. Germ. 3: carmina, quorum -tu ... accendunt animos; hist. I 30: neque -tu virtutum ... opus est.[3]) Heges. III 21, 1: opinio quovis maior -tu. Auson. 468: rerum gestarum -tu. 157, 33 h.: vario ... trahant eventa -tu. Amm. XX 8, 4: comperisse ... tu Decentii.[4]) Claud. III 249 h.: -tu. Symm. epist. IV 55: aliorum potius -tu quam litteris tuis comperi. V 64: cognovit suorum -tu; ceteris Symmachi locis *relatus* = *remuneratio*: epist. IX 71: ut expetitas amicitias relatu gratiae intellegar munerari. III 71: ad scribendum me -tu vicissitudinis incitasti. VII 72: ut mea cura de vobis -tu piae vicissitudinis mitigetur. IV 10: amicitiam scriptorum celebra -tu [ex coni. Seeck]. Oros. hist. I 1, 13: vel tenuissimo testari -tu. III 14, 8: -tu tristiore. III 20, 5 et V 7, 6: in -tu. VII 36, 12: sub tantorum miraculorum -tu.[5]) Hyd. praef. chron. II p. 14: partim ex studio scriptorum, partim ex certo aliquantorum -tu. Paul. Nol. carm. 18, 216 h.: levi dicentem magna -tu. 28, 61 h.: celeri narrabo -tu. Cypr. Gall. num. 638: -tu. Sedul. carm. pasch. I 96 h.: audaci ... -tu. Paul. Pell. 39 h.: -tu adsiduo illorum. Ennod. carm. I 5, 7 h.: torrida ieiuno vix stillant verba relatu. I 8, 31 h.: cuius destillent

---

[1]) Colum. V 9, 7 *perflatu* scribendum est.

[2]) Lexica afferunt Sen. nat. VII 16, 1: *incredibilia relatu*. Sed hic *relatu* pro supino habendum est.

[3]) Participium, non accusativus nominis videtur esse *relatum* Tac. ann. XV 22: *abnuentibus consulibus de ea re relatum.*

[4]) Amm. XVI 10, 15: *contextus ... nec relatu effabiles nec rursus mortalibus adpetendos*; nescio utrum *relatu* supinum an ablativus nominis putandus sit.

[5]) Supinum in illis esse puto: Oros. hist. I 3, 5: relatu digna. II 6, 8: vix credibilis relatu firmitas. Ennod. epist. I 13 p. 23, 20: relatu digniora.

verba -tu. Arator act. II 328 h.: canam ... relatu. Coripp. Joh. VI 464: manifesta -tu ... vox. Ven. Fort. carm. I 15, 11 h.: cuius primitiae tanto placuere -tu [= celebritate]. IV 18, 7 h.: pio ... -tu. VII 10, 9 h.: iuredico in primis pollens torrente -tu. VII 11, 1 h.: prosaico ... direxi scripta -tu. VII 12, 99 h.: -tu; carm. app. 12, 5 h.: dubio ... -tu; spur. app. 1, 231 h.: angelico ... -tu.[1]) (relatio Cic., al.)

rŏtātus Ach. II 131: didici, quo Paeones arma rotatu ... citent. Chalc. transl. 36 c. et comm. 58 et 94: eidem et simili illi circumactioni virtute pontificioque rotatus dato. Auson. 191, 27 h.: praecipitante -tu; Mos. 362 h.: praecipiti torquens cerealia saxa -tu. Claud. XVII 77 h.: rapido caeli ... -tu. Hier. in Zach. 9, 15 sq. p. 868: fundarum -tibus. Paul. Nol. carm. 14, 32 h.: tremuli capitum ... -tu. 19, 282 h.: lento ... -tu; carm. app. 1, 5 anacr.: celeri ... -tu. Mar. Victor. aleth. II 264 h.: praecipiti -tu. Orient. comm. I 55 h.: prima [sc. vita] ... celeri fertur per prona -tu. II 161 h.: longo -tu. Sidon. carm. 23, 270 φ.: -tu. Paul. Petr. Mart. II 312: celeri ... -tu. IV 92: continuo titulorum impulsa -tu gloria. Fulg. Virg. cont. p. 157, 6: cassis fundae -tu stridulo perforata. Alc. Avit. carm. 5, 379: rapido meditantur bella -tu [sc. clipeorum]. 6, 129: alternantem commutant fata rotatum. Jord. Get. 11, 70 -tu caeli. Greg. Tur. glor. conf. 3: inergumini ... -tu valido per totam ecclesiam debacchantes. Ven. Fort. carm. III 10, 7 h.: meliore -tu. VIII 21, 1 h.: falerata -tu ... pagina. XI 10, 7 h.: vitreo scutella -tu; carm. app. 23, 3 h.: celeri mutantur cuncta -tu; Mart. I 13 h.: cecinit ... prosaico digesta situ, commune -tu. IV 45 h.: tenero proscindere verba -tu. IV 160 h. et 228 h.: -tu. Gloss. V 480, 32: rotatus rotunditas. (rotatio Vitr., al.)

spūmātus S. I 4, 103 h.; quo ... anguis abundat spumatu. (spuma Cic., Verg., al.; spumatio Caec. Aur. acut. III 2, 8.)

Vocabula generis b.

nuptus[2]) = nuptiae S. V 1, 45: illa ... nuptum [*nuptu* cod., Vollm.] ... prior taedasque marito passa alio. Cod. Just.

---

[1]) Cogn. vir. *Relatus*, i C. J. L. II 5168. IX 350.

[2]) Colum. IV, 3, 6 auctore cod. Sang. *nuptum collocasse* scribendum est. Georges affert Gell.: *dies nuptus*. Quem ad locum spectet nescio.

V 14, 3 (a. 239). VIII 56, 2, 1 (a. 239). VI 40, 1 (a. 241). V 6, 5 (a. 245). Hyg. fab. 257: nuptui collocare.[1]) Vir. ill. 59, 2: nuptui filias locabant. Hier. adv. Jovin. II 16 et vulg. Matth. 24, 38: nuptui tradere. Itin. Anton. Plac. 34: in ipsa nocte nuptus sui mortuus est sponsus eius. Eugen. Tolet. carm. 42, 1 h.: haec sunt ambigena, quae nuptu dispare constant. Carm. epigr. 613, 4 h.: prope nupptum myserae defunctae sunt. (nuptus = opertio Varro linq. V 72.)

tortus = iaculatio Ach. II 135: didici ... quo suspensa trahens libraret vulnera tortu. (= flexio Cic. poet., al.)

Vocabula generis c.

attrītus Th. VI 271 (249): anhelantem duro Tirynthius angens pectoris attritu sua frangit in ossa leonem; Ach. I 435: tenuant umentia saxa attritu [sc. mucronum]. (Sen., Plin., al.) Ser. Samm. 252: [pilae] huius et attritu taetrum mulcebitur ulcus. Nemes. cyn. 216 h.: castorea attritu silicis lentescere cogens. Sidon. carm. 11, 49 h.: coeperat attritu florum descendere cervix. 23, 295 φ.: feram repanda tela attritu adsiduo cacuminantem.

coeptus Th. XII 644: dignas insumite [sic B, *con-* P] mentes coeptibus. (Cic. fin. IV 41.) Cypr. Gall. exod. 161 h.: praetrepidus coeptu.

conquestus Ach. I 399: supplice regum conquestu. (Liv. VIII 7, 21.) Sil. X 290: vano ... conquestu.

ēgestus S. IV 3, 42 φ.: alto egestu penitus cavare terras. (Sen. nat. III 30, 4.)

instinctus Th. V 104: instinctu superum meritique doloris. XI 673: horruit instinctu rabido. (Cic., al.) Prud. c. Symm. II 669 h.: illius instinctu.

suggestus S. I 2, 114: celsae procul aspice frontis honores suggestumque comae. (Cato, al.) Carm. de Sod. 124 h.: ex sese suggestu vulnera complet.

Num de II 24 cogitat, ubi codd. PR pro *nuptiis* mendose *nuptus* exhibent et Gronovius in adn. verbis *dies nuptus* utitur?

[1]) In illo *nuptum dare, locare, collocare* Plaut., al. *nuptum* supinum est.

4. -men.

Ut vocabula suffixi -mentum ope formata scriptorum solutae orationis propria erant[1]), ita etiam a tenuioris dicendi generis poetis usurpabantur, cum tragici atque epici breviorem formam -men praeferrent.[2]) Quam ob rem Statius paucis vocibus exceptis tum modo vocabulis in plenius suffixum cadentibus usus est, cum nulla in -men desinentia exstabant. Novum occurrit unum in Thebaide.

lĭtāmen Th. X 610: audite ... extrema litamina divum. Prud. ham. praef. 50 sen.: cuius litamen sordet et terram sapit. Gloss. V 307, 33: litamen libatum. (litatio Plaut., al.)

5. -ētum [3]).

Praeter duo recepta vocabula Statius exhibet unum novum, non ab ipso fictum.

nŭcētum S. I 6, 12 φ.: Ponticis nucetis. Tert. adv. Val. 20: in caelestibus nuceta praesumpsit.

6. Vocabula deminutiva [4]).

Vocabulorum deminutivorum usus, quod sermonis vulgaris et cotidiani proprius erat[5]), in tenuiore poesi late patebat[6]), tragici autem atque epici poetae eis abstinebant. Qua de causa Statius in carminibus epicis voces, quarum deminutiva vis

---

1) Cf. Stolz l. l. p. 498 sq. Cooper l. l. p. 84 sqq.

2) Cf. Ploen l. l. p. 27 et 42. Cf. praeterea Corssen, Krit. Beitr. p. 126 sqq. Paucker, Laterculi nominum in -men et -mentum exeuntium, in Melet. p. 23 sqq.; Vorarb. II 13. G. Bordellé, De linq. Lat. nominibus -men et -mento suffixorum ope formatis, Progr. Gross Glogau, 1879. M. Roediger, Die Bedeutung des Suffixes -ment, diss. Berol. 1904, p. 1—21.

3) Cf. G. Bordellé, De linq. Lat. adiectivis suffixo -to a nominibus derivatis, Duesseldorfiae 1873, p. 54—57. Paucker, Vorarb. I 43 adn. Cooper l. l. p. 77 sqq.

4) Cf. L. Schwabe, De deminutivis Graecis et Latinis, Gissae 1859. G. Mueller, De linquae Latinae deminutivis, diss. Lips. 1865. Stolz l. l. p. 574 sqq.

5) Cf. Cooper l. l. p. 164 sqq.

6) Cf. Ploen l. l. p. 67 sqq.

sentiebatur, nullas fere usurpavit; etiam in silvis, in quibus maior numerus exspectetur, perpaucae earumque pleraeque in φ. occurrunt. Unum novum, quod poeta non ipse finxit, legitur in φ.

gāĭŏlus[1]) S. I 6, 17 φ.: molles gaioli lucuntulique.

7. Cetera substantiva.

a) primae declinationis.

Nova significatione instructa sunt haec:

exequiae meton. = reliquiae, funus Th. V 651: laceras comitata Thoantis advenit[2]) exequias. (Cf. Th. VI 36: laceras ... reliquias.) S. III 5, 52: sic certe cineres umbramque priorem quaeris adhuc, sic exequias amplexa canori coniugis ingentes iterasti pectore planctus. V 1, 40: diligis umbram et colis exequias. Eutr. VII 18: ut ... exequias Neronis quae humiliter sepultae fuerant honoraret. IX 2: exequias Romam revexit. Ruf. Fest. 22: exsequias eius Romam ... deduxerunt. Alc. Avit. hom. 4: quodammodo de ventre mortis vinctas funere, putredine relaxatas, fetentes tempore, iussione viventes retraxit exequias. Eugipp. Sev. 46, 2: Neapolitano populo exequiis reverentibus occurrente.

laetitia = venustas, pulchritudo Th. VI 572 (550): effulsere artus, membrorumque omnis aperta est laetitia. Tac. dial. 20: vulgus ... adsistentium ... adsuevit iam exigere laetitiam et pulchritudinem orationis. 21: laetitiam nitoremque nostrorum temporum exprimeret. (= fertilitas Colum., al.)

rĕvĕrentĭa passive = maiestas, venustas. Th. V 27: adflicto spirat reverentia vultu. Ach. I 810: ut me olim tacitum reverentia tangit! is decor et formae species permixta virili. Capitol. Opil. 7, 7: polluisse sacrati nominis reverentiam. Symm. epist. II 36: priusquam reverentiam sublimis sacerdotii aut longae aetatis usum vel condicionem temporis praesentis expenderent. Claud. carm. min. 30, 140 h.: prisca puellares reverentia transilit annos. Ennod. opusc. III p. 360, 20: reverentia personae suae atque dulcedine sic largientis temperabat animum. Greg. M. epist. XIII 29: ut nihil in se habere episcopalis genii vel reverentiae

---

[1]) Cogn. *Gaiolus* C. J. L. V 5360.

[2]) Quid in cod. P legatur, dubium est, cum Muellero auctore P *advenit*, B *advehit*, sed Kohlm. auctore et P et B *advehit* exhibeant.

iudicetur. — meton. de viro reverendo dictum: tua, vestra reverentia Symm. epist. 8, 25. Hier. epist. 134, 1. 143, 1. Avell. Oros. Ennod. Cassiod. Greg. M. alii. Symm. epist. 8, 24: ad eius reverentiam. Priscill. tract. II 50: sacerdotalis reverentia. Qros. comm. 4: venerabilis reverentia sanctitatis tuae. Ennod. opusc. 1, 11 p. 264, 23: principalis reverentia. similia aliis locis.[1])

In versibus primum leguntur duae voces.

admissūra S. V 2, 24: cuius [equi] de stemmate longo felix demeritos habet admissura parentes. (Varro, al.)

hălĭca S. IV 9, 31 φ.: lenes halicae. (Cato, al.) Mart. II 37, 6 φ. XIII 9, 2 p. XII 81, 3 chol. XIII 6, 1 h. Cypr. Gall. exod. 317.

b) alterius declinationis.

veternus = vetustas Th. VI 94 (87): stat sacra senectae numine, nec solos hominum transgressa veterno fertur avos, nymphas etiam mutasse superstes Faunorumque greges. Paul. Nol. carm. 21, 745 h.: qua fuerat longo prius interrupta [sc. forma aquae ductus] veterno. — adi. veternus, a, um Prud. cath. 9, 68 sept.: veterna ... silentia. Fulg. myth. 1 praef. p. 7, 21 dim. troch.:

---

[1]) Sescentis locis diiudicare difficillimum est, utrum reverentia *Ehrfurcht, Achtung* an *Hoheit, Verehrungswürdigkeit* interpretanda sit, quod utraque sententia satis bona est. Ut Georg. et Forcell. vim *Verehrungswürdigkeit* subiciunt illis: Vopisc. Prob. 12, 8: *decerno ... nomen Augustum, addo proconsulare imperium, patris patriae reverentiam, pontificatum* etc. et Gallican. Avid. 4, 6: *dicens, evenire potuisse, ut essent insidiae ac periret Romani imperii reverentia.* At mea quidem sententia interpretatio *Ehrfurcht* ferri potest. — Nonnumquam inde a primi saeculi fine *reverentia* absolute positum significat non honorem, quo ego alium prosequor, sed quo ego ab aliis afficior, auctoritatem, qua floreo. Plin. paneg. 93: nec defunctos nos et quasi dimissos consulatu, sed quasi astrictos et devinctos putemus eundemque locum laboris et curae quam reverentiae dignitatisque teneamus. 60: vis constare reverentiam magistratibus, legibus auctoritatem, modestiam postulantibus? 4. 8. 18. 19. alii. Treb. Gall. 14, 2: eā ... apud cunctos reverentiā, ut iuste dignus videretur imperio. Boeth. cons. III 9, 40: atqui illud quoque per eadem necessarium est sufficientiae, potentiae, claritudinis, reverentiae, iucunditatis nomina quidem esse diversa, nullo modo vero discrepare substantiam. III 2, 68: per haec sibi sufficientiam, reverentiam, potentiam, celebritatem, laetitiam credunt esse venturam. III 10, 115. 11, 14. 10, 98 saepius, alii.

veterna rupe. Prisc. gramm. II 81, 10: *vetus* praeterea *veternus* facit, non solum *veteranus*, sed diversas habent significationes. Ennod. opusc. I p. 275, 5: conscientias veterno errore possessas; dict. 16 p. 470, 12: veternis Erebi legibus; carm. I 13, 9 dim.: intrat veterno pectora eviscerata nubilo. Ven. Fort. carm. V 5, 39 h.: Gloss. IV 469, 22: veternum antiquum, vetus, vetere, priscum. al.[1])

pānārĭum S. I 6, 31 φ.: panaria. (Varro linq. V 105, alii; pānārĭŏlum Mart. V 49, 10 φ.)

c) tertiae declinationis.

libellĭo[2]) = librarius (Cat. 14, 17 φ., alii), bibliopola (Mart., al.) S. IV 9, 21 φ.: de capsa miseri libellionis emptum. Gloss. II 257, 39: βιβλιοπώλης libellio. (libellio = scriba, tabellio Varro Men. 256.)

abnĕpos S. IV 3, 148 φ.: ordo saeculorum, natis longior abnepotibusque. (Sen. apocal. 10, alii.) Prud. perist. X 179 sen.: natos, nepotes, abnepotes editos.

lĭtĭcen S. IV 7, 19 sapph. min.: desides Baiae liticenve notus Hectoris armis. (Cato or. frg. 69, alii.)

marcor Th. VIII 265: nimio voces marcore superbae. X 269: expositas turpi marcore cohortes. (Cels., al.)

B. Adiectiva.

I. Adiectiva simplicia.

1. in -āris vel -ālis cadentia[3]).

Adiectiva huius modi, quamquam apud Lucretium Ploenio auctore[4]) complura occurrunt, tamen tragicis poetis epicisque non

---

[1]) Apul. met. IX 13 legitur *veterno*, quae est appellatio, et Mar. Victorin. gramm. VI 26, 8 *veteranis*.

[2]) De his vocibus sermonis vulgaris propriis disseruerunt R. Fisch, Die lat. Nomina personalia auf -o, -onis, Berl. 1890. W. Meyer, Arch. f. Lex. V 223 sqq. Cf. praeterea Zimmermann, Die lat. Personennamen auf -o, -onis, Arch. f. Lex. XIII 225 sqq. Cooper l. l. 53 sqq.

[3]) Cf. Paucker, Die nomina derivativa auf -alis (-aris) und -arius, Kuhns Ztschr. XXVII 113 sqq.

[4]) L. l. p. 47 et 54.

videntur placuisse.[1]) Magis tenuioris sermonis poetis in deliciis erant; certe Martialis 13 vocabulis aut omnino aut inter poetas primus usus est. Quam ob rem mirum non est, quod apud Statium, quamquam plus quinquaginta recepta sunt, nova non nisi duo leguntur eaque in oratione soluta et in φ.; praeterea uni adiectivo nova vis subiecta est, et duo primum in versu usurpata sunt.

ollāris S. IV 9, 42 φ.: ollares ... uvas. Mart. VII 20, 9 chol.: ollares uvae. Marcell. med. 35, 23: oesypi ollaris. (ollarius Plin. XXXIV 98: quae [sc. temperatura aeris] vocatur ollaria, vase hoc nomen dante; alii.)

pālāris S. IV praef.: et sphaeromachias spectamus et palaris lusio admittit. Ulp. dig. VII 1, 9, 7 (= frg. Vat. 70): nisi forte salicti ei vel silvae palaris vel harundineti usus fructus sit legatus. Char. gramm. I, 34, 4 (= exc. Bob. gramm. I p. 550, 11) et Gloss. V 547, 47: haec palaria, cum milites ad palos exercentur. Gloss. II 388, 38: ὅταν οἱ στρατιῶται μεθ' ὅπλων γυμνάζωνται: haec palaria singularia non habet.

fūnālis = σειραφόρος ἵππος Th. VI 462 (440): funalem ... Thoen [sic B, Muell.; *fumantem* P, Kohlm.]. Suet. Tib. 6: currum Augusti comitatus est sinisteriore funali equo. Hyg. fab. 183 p. 36, 2: hi funales sunt mares.[2]) (Gran. Lic. p. 2, 8 Flem.: σειραίους equos habent. — funalis cereus Val. Max. III 6, 4. Amm. XV 4, 4: mediam [sc. paludem] velut funali intersecat libramento [sc. amnis]. Prud. psych. 293 h.: dextera funali torsit stridore lapillum; funale Verg., al.)

grĕgālis S. I 6, 74 φ.: gregale sulpur. (Cic., al.) Prud. perist. V 391 dim.: plebs gregalis.

turmālis Th. IV 10: turmale fremit; S. V 2, 18: non sanguine cretus turmali. (Cic., al.) Claud. XV 447 h.: excitet incestos turmalis bucina somnos.

---

[1]) Cf. Paucker, Vorarb. II 24.

[2]) Auson. 252, 10 p. legitur: *laevus Arion funis eat.*

2. in -ānus (-iānus) exeuntia[1]).

Horum adiectivorum, quae a solutae orationis scriptoribus maxime usurpabantur, non multa in carminibus epicis occurrere consentaneum est, cum plerique epici Graecas res, non Romanas narraverint. Huc accedit, quod multa dactylico metro apta non erant. Qua de causa factum est, ut Statius duo adiectiva in lyrico versu novaret et illorum trium, quae primus in carmina introduxit, primum in φ., alterum et in φ. et in h., tertium in h. poneret.

Mantŭānus S. IV 7, 27 sapph. min.: Mantuanae gaudia famae [= Vergilianae]. Suet. vita Verg. p. 54, 7: P. Vergilius Maro Mantuanus. Apul. apol. 10 et Sidon. epist. V 17, 7: -anus poeta. Min. Fel. 19, 2: -anus Maro. Sol. 16, 4: carminibus -anis. Opt. Porf. epist. 4 et Const. epist. Opt. Porf. missa 1 et Symm. epist. III 45 et Macr. sat. I 24, 2. V 1, 4 et Sidon. epist. IV 24, 1; carm. 23, 146 φ. et Ennod. carm. 1, 6 et Cassiod. var. V 42, 11 et Jord. Get. 9 et Ravenn. p. 443, 6: Mantuanus [= Vergilius]. Hier. quaest. hebr. in gen. p. 1, 8 et Mart. Cap. II 212 et Fulg. Virg. cont. p. 85, 11 et Cassiod. var. V 21, 3: -anus vates. Max. Aug. epist. 16, 4: -ani rhetoris. Macr. sat. I 16, 43: Homerus vester -anus. Ps. Veg. mil. I 6: -anus auctor. Sidon. epist. V 13, 3 et Greg. Tur. stell. 12: Publius Mantuanus. Sidon. epist. I 5, 5: Tityo -ano. — universe ad Mantuam pertinens Macr. sat. V 2, 1: a rure -ano poetam. Serv. ecl. I 12. III 93. IX 5. 28; auct. ecl. IX 7. 10 et Prob. Verg. ecl. praef. 327, 21 et C. J. L. V 5036: -ani. Serv. Aen. I prooem. et auct. ecl. IX 1. 7. 28: agri -ani.

Mărōnĭānus S. II 7, 74 φ.: Culicis Maroniani. Claud. Mam. anim. p. 108, 4: -ianum illud. Sidon. carm. 9, 220 φ.: busto ... -iano; epist. IV 11, 6: illud -ianum. V 5, 2: post ferulas lectionis -ianae. VIII 11, 3 vers. 23 φ.: stilus -ianus. Schol. Hor. epist. I 10, 18: -ianum illud. (Cf. supra Maronēus; Vergilianus Plin., al.)

---

[1]) Cf. Schnorr v. Carolsfeld, Das lat. Suffix -ānus, Arch. f. Lex. I 177 sqq. Wackernagel, Zu d. lat. Ethnika, Arch. f. Lex. XIV 13 sqq. Huebner, Quaest. onomatol. Lat., in Ephem. epigr. II 25 sqq. Robert S. Radfort, Use of the suffixes -ānus and -īnus in forming possessive adjectives from names of persons, in Studies in Honor of Basil Gildersleeve, Baltimore 1902, p. 95—111.

Gāīānus S. IV 9, 22 φ.: emptum plus minus asse Gaiano. (Sen., al.)

Gaurānus Th. VIII 545: Gaurano de monte; S. IV 3, 25 φ.: Gauranos ... sinus. (Plin., al.) Juv. VIII 86: ostrea ... -ana. Auson. Mos. 157 h.: -anum ... iugum. Sidon. carm. 18, 5 h.: -anis ... fluentis.

Pompēiānus [de urbe Pompeiis derivatum] S. I 2, 265: Pompeiani ... otia Sarni. (Cic., al. — Colum. X 135: Pompēīa palus.)

3. in -īnus desinentia[1]).

Ea adiectiva, quae quidem a nominibus propriis derivata sint, aeque ac suffixi -anus ope formata in carminibus epicis non frequenter occurrere facile intellegitur. Itaque omnia, quae Statius recepit, in silvis leguntur; quibus unum novum atque unum a prioribus poetis nondum usurpatum addidit.

Vĕsŭvīnus S. II 6, 62 et V 3, 205: Vesuvina incendia. III 5, 72: -inus apex. Sil. XII 152: -ina iuga. C. J. L. IV 2558 et 2559: Vesuvini. 2557: Vesvini [sc. vini].[2]) (Vesvīus, a, um Colum. X 133; subst. Val. Fl. III 209, Stat. S. IV 4, 79, alii; Vesevinae [sc. aquae] Cael. Aur. chron. II 1, 48.)

Pollentīnus S. II 6, 63: Pollentinos ... saltus. (Plin. nat. III 111: Urbesalvia Pollentini.) Claud. XXVIII 127 h.: -ini ... campi. Prud. c. Symm. II 720 h.: -inos ... agros.

4. in -ĭcus cadentia[3]).

Haec quoque adiectiva ab epicis carminibus aliena sunt. Statium autem ea etiam in silvis paene prorsus repudiasse miramur. Perpauca enim mutuatus novavit unum ac duobus primus inter poetas usus est.

Caelĭcus [de Caelio monte derivatum] S. II 3, 14: Caelica tesca [cod. *tecta*].

---

[1]) Cf. Radford l. l. Cooper l. l. p. 139 sqq. Stolz l. l. p. 485 sqq.

[2]) Cogn. mul. *Vesuina* C. J. L. IV 2512.

[3]) Cf. Stolz l. l. p. 517 sqq.

Baetĭcus S. II 7, 29 φ.: Baetica [sc. provincia]. (Col., al.) Mart. V 37, 7 chol.: -ici gregis. VI 71, 1 h.: -ica crusmata. XII 65, 5 chol.: -icarum . . . lanarum. Juv. XII 42: -icus . . . aer. Ser. Samm. 1105: sal niveum . . . Beticum quem nomine dicunt. Ven. Fort. carm. VI 5, 349 h.: -icus axis. Carm. epigr. 479, 3: Baetica.[1])

Lucānĭcus S. IV 9, 35 φ.: lucanica [= farciminis genus]. (Cic. ep., al.) Mart. IV 46, 8 φ. XIII 35, 1 h.

5. in -ĕus exeuntia [2]).

Haec adiectiva quae dicuntur materialia in libris et scriptorum et poetarum usitatissima sunt. Itaque ad 60 apud Statium leguntur, sed duo modo nova exhibet. His adiectivis etiam substantivum eiusdem suffixi ope formatum addo, quod Papinius primus in versu posuit.

īlĭcĕus Th. VI 101 (94): ornique iliceaeque trabes metuendaque suco taxus. Sil. Flacc. grom. p. 138, 21: palos pro terminis observant, alii iliceos, alii oleagineos, alii vero iuniperos. Amm. XXIII 4, 4: axes duo quernei vel ilicei. Prisc. gramm. II 70, 12: *iligneus* tamen et *iliceus* dicitur [laudatur Stat.]. Grom. p. 349, 15: palos iliceos picatos. Coripp. Just. IV 40: iliceaeque trabes fortes. (íligneus Cato, al.; īlignus Caecil. com. 269, Hor., al.)

taxĕus S. V 5, 29: taxea marcet silva comis. Flor. epit. II 33 (IV 12), 50: venenoque, quod ibi volgo ex arboribus taxeis [3]) exprimitur.

mustācĕus S. I 6, 19 φ. (Cato, al.) Juv. VI 202: mustacea. Vespa 49 h.: mustucia.

---

[1]) Cogn. vir. *Baeticus* Mart. III 77, 1 h. 10 p. III 81, 1 h. 4 p. Sil. XVI 469: *subit . . . Baeticus; hoc dederat puero cognomen ab amne Corduba.*

[2]) Collecta sunt haec adiectiva a Pauckero, Vorarb. I 105 sqq.

[3]) Sic scribit Rossbach secutus cod. N. Jahn et Halm coniecerunt *volgo taxeo* secuti cod. B qui *ex arboribus taxeo* exhibet. Georges *taxeus* alteram formam vocis *taxi* esse dicit. Equidem Halmio assentiri malim iudicans *taxeo* neutrum genus adiectivi et interpretans *folia capillacea taxi.*

6. suffixi -ātus ope a nominibus derivata[1]).

Adiectiva huius generis, quae in sermone cotidiano usitatissima erant[2]) et tenuiori poesi valde placebant, epicis non nimis in deliciis erant. Quamquam hi illa non plane evitabant, ut verbi causa Statius circiter 20 recepit, tamen adiectiva composita, quae in -fer et -ger cadunt, et nonnumquam adiectiva materialia in -eus exeuntia praeferebant. Vis subest illis „mit etwas versehen, ausgestattet", nonnumquam „einer Sache ähnlich, nach Art einer Sache". Hanc significationem Statius uni vocabulo, quod illa priore vi iam pridem praeditum erat, subiecit; praeterea unum ex oratione soluta ascivit. Utrumque vocabulum legitur in φ.

fulmĭnātus S. II 7, 94 φ.: sic natum Nasamonii Tonantis post ortus obitusque fulminatos angusto Babylon premit sepulcro [= tam celeres quam fulmen est]. (legio XII fulminata C. J. L. III 504. 507. 509, alibi.)

marmŏrātus S. IV 3, 96 φ.: se levarat ingenti plaga marmorata dorso. (Varro, al.; marmorĕus Cic., Verg., al.)

7. in -bĭlis exeuntia.

Haec adiectiva a verbis imprimis inferiore aetate[3]) derivata, quamquam in sermone cotidiano et plebeio usitatissima erant[4]), tamen etiam epicis, quod maxime ad versus dactylicos componendos idonea erant, valde placebant.[5]) Statius autem etsi multa recepit, tamen nulla excepto uno novavit; alterum primus in linquam poeticam ascivit.

indubitabilis v. infra.

inlaudabilis v. infra.

---

[1]) Cf. G. Bordellé, De linq. Lat. adiectivis suffixo -to a nominibus derivatis, diss. Uratisl. 1873.

[2]) Cf. Cooper l. l. p. 134 sqq.

[3]) E 1082 adiectivis, quae Paucker, Die Verbaladjektiva auf -bilis, Vorarb. I p. 46 sqq. enumerat, 281 apud scriptores Hadriano vetustiores leguntur.

[4]) Cf. Cooper l. l. p. 96 sqq.

[5]) Cf. Ploen l. l. p. 49 et 54. — De vi his adiectivis subiecta cf. Fr. Hanssen, Die Aktivbedeutung der Adjektiva auf -bilis im arch. Lat., Philolog. N. F. I 274 sqq.

spĕcŭlābĭlis Th. XII 624: linquitur Eois longe speculabile[1]) proris Sunion. (aspectabilis Cic. Tim. 13; conspicuus Ov., al.)

expugnābĭlis Th. IV 836: nulli ruis expugnabilis astro [sc. fluvius]. VI 103 (96): situ non expugnabile robur. (Liv., al.)

8. in -ĭdus desinentia[2]).

Adiectivis suffixi -dŏ ope formatis priores elatioris dicendi generis poetas saepe usos esse Ploenius[3]) docet. Statius autem nullum novavit, sed unum in poeticum sermonem introduxit et uni novam vim subiecit.

marcidus active = marcidum reddens S. I 6, 33 φ.: illi marcida vina largiuntur. Claud. VII 40 h.: non tibi desidias molles nec marcida[4]) luxu otia nec somnos genitor permisit inertes. (v. infra marcens; cf. sobria ... pocula Tib. I 6, 28. Stat. S. V I, 121; sobria lympha Tib. II 1, 46.)

torpĭdus Th. II 3: undique pigrae ire vetant nubes, et torpidus [ex coni. Baehr.; *turbidus* codd., Muell.] implicat aer. (Liv., al.) Auson. Mos. 264 h. Cypr. Gall. gen. 165. Alc. Avit. carm. 5, 480.

9. in -ōrus cadentia.

Ne huius quidem generis novum adiectivum apud Papinium legitur; duo autem nova significatione ornata sunt.

hŏnōrus passive = honoratus (Cic., Ov., al.) Th. V 40: maiorque et honora videri. Auson. 206, 15 h.: dives opum doctoque ibi Caesare honorus. Paul. Nol. carm. 10, 310 h.: inter honora volans sanctorum milia caelo. Sidon. carm. 7, 458 h.: in consilium seniorum venit honora pauperies. Coripp. Just. III 128: nomen honorum ... laudibus adtollunt. (active = honorificus Ov., al., Stat.)

---

[1]) Ut hoc adiectivum, ita cetera, quibus ante -bilis longa vocalis est, perpaucis exceptis in quinta hexametri sede Statius posuit. De eodem Ovidii usu cf. Polle in Fleckeisens Jahrb. CXVII (1878) p. 639 sq.

[2]) Cf. Stolz l. l. p. 563 sq.

[3]) L. l. p. 55.

[4]) Hoc loco dubitare licet, utrum sensus passivus an activus sit; ut per translationem poeticam dictum est illud Sidonii (carm. V 498 h.): *rotat enthea thyrsum Bassaris et maculis Erythraeae nebridos horrens excitat Odrysios ad marcida tympana mystas.*

inhonorus v. infra.

ŏdōrus = male olens[1]) Th. IV 417: odori sulphuris aura. Symm. epist. III 23: aprorum odora vestigia. Claud. XXVIII 324 h.: lustralem tum rite facem, cui lumen odorum sulphure caeruleo nigro bitumine fumat. I 256 h.: nar vitiatus odoro sulphure. (= bene olens Ov., al., Stat. S. II 7, 16 φ.)

10. suffixi -us ope formata.

A verbis compositis derivata sunt haec:

dēflŭus[2]) Th. IX 325: seu defluus ille, sive obliquus eat; S. I 3, 54: splendor ab alto defluus. Apul. met. III 3: vasculo ... graciliter fistulato ac per hoc guttatim defluo infusa aqua. Chalc. comm. 204: circuitus ... ut torrenti rapido defluoque obligati. Prud. perist. XIII 30 archil. maior: deflua caesaries conpescitur ad breves capillos. Sidon. epist. II 2, 16: lacus in Eurum defluus meat. Boeth. cons. I carm. 7, 16 adon.: quique vagatur montibus altis defluus amnis; cons. IV carm. 6, 29 dim. anap.: hiemem defluus inrigat imber; cons. V carm. 1, 10 p.: quos ... ipsa vagos terrae declivia casus gurgitis et lapsi defluus ordo regit. (defluens Sall., al.)

interflŭus[2]) Th. IV 524: Styx discretis interflua manibus obstat. (Plin. nat. VI 121, alii.) Avien. ora 281 sen.: interfluo ... separatus aequore. 325 sen.: interfluum ... altrinsecus munit lacum. interfluum = fretum ibid. 312 sen.: interfluo ... scinditur; orb. terr. 404 h.: medii ... interflua ponti.

Deinde occurrunt duo nova adiectiva, derivata de stirpibus, quae iam antea ad nomina suffixo -a formanda adhibitae erant.

---

[1]) *Odor* significat gravem odorem iam apud Sall., al.

[2]) In simplicibus adiectivis *defluus* et *interfluus* posui, quod non ex *de* vel *inter* et *fluus* nata sunt, sed a verbis compositis *defluendi* et *interfluendi* derivata. Nam plerisque adiectivorum huius modi, quae quidem ante Statium ficta sint, respondent verba composita, ut *diffluus* Mat. carm. frgm. 15; *refluus* Ov., al.; *circumfluus* Ov., al., Stat.; *profluus* Colum., al.; *praefluus* Plin. Quamquam etiam ante Papinium adiectiva occurrunt, quae sine dubio composita sunt, tamen sunt perpauca: *largifluus* Lucr. V 595 et *septemfluus* Ov. Postea autem haec formandi ratio increbruit.

Haec adiectiva Statius eo facilius fingere potuit, quod compositis iam dudum continebantur.

sāgus Th. VIII 204: sagis clangoribus; Ach. I 519: sagas adfatur aves. Ambr. hex. IV 8, 33: multi temptant ecclesiam, sed sagae artis ei carmina nocere non possunt. Prud. apoth. 298 h.: sago clangore loquax et stridula cornix. Paul. Nol. carm. app. 2, 40 dim.: sono devota sago corpora.[1]) (saga, ae Turpil. com. 8, alii; praesagus Verg., al. — vaticini furores Ov. met. II 640; fātĭdĭcus Cic., Verg., al.)

suādus Th. IV 453: suadum cruorem. Apul. met. XI 30: divini somnii suada maiestas. Auson. 210, 11 h.: vox suada. 407, 3: intellego, quam mellea res sit oratio, quam delinifica et quam suada facundia. Symm. epist. I 47: suada Circae pocula. III 6: delenifica et suada facundia. Mart. Cap. I 3: delenitum suadae coniugis amplexibus. Drac. laud. dei I 490 h.: línquă sŭáda mali. Ennod. epist. I 4, 2 p. 7, 11: suadae orationis sapore provocatus. IV 12, 3 p. 107, 23: suada oratio. (suada = πειθώ Enn. ann. 308, alii; mălĕsuādus Plaut., al., Stat. Th. XI 656; benesuadus Apul. apol. 18. Paul. Nol. carm. app. 3, 142 p.)

His proximis nonnulla adiectiva addere liceat, quae quamquam a nominibus propriis aliorum suffixorum atque -a ope formatis derivata sunt, tamen eo illorum similia sunt, quod non peculiaribus suffixis ornata sunt, sed terminatio illorum nominum ipsa secundum genera diverse flectitur. Dico *Clitumnus* et *Liternus*. Adiectiva eius modi poetas saepe metri necessitate ducti formis longioribus praetulisse, iam supra (p. 225) dixi.[2]) Etiam unum cognomen (*Domitianus*) et duo nomina gentilia (*Flavius* et *Molvius*) Statius sive omnino sive inter poetas primus loco adiectivorum usurpavit, id quod eo facilius fieri potuit, quod illa nomina origine ipsa adiectiva sunt.

Clitumnus S. I 4, 129: Clitumna novalia.[3])

---

[1]) Forcell. affert etiam inscr. Maff. Mus. Ver. 170, 1: *saga manus*; qui liber mihi praesto non fuit.

[2]) Cf. etiam Naegelsbach, Lat. Stilistik, 9. Aufl., 1905, p. 296.

[3]) Ea inscriptio, ex qua de Vit *sacra Clitumnalia* affert, falsa est; cf. C. J. L. I 629*.

Liternus[1]) S. IV 3, 66 φ. et Sil. VII 278: Literna palus.

Domitianus = ad Domitianum pertinens S. IV praef. et IV 3 l.: via Domitiana. Suet. Dom. 13: Septembrem mensem et Octobrem ex appellationibus suis Germanicum Domitianumque transnominavit. Liber pontif. Silvest. 3. 33: iuxta thermas Domitianas qui cognominantur Traianas. Avell. p. 747, 3: aliquos ... [sc. smaragdos] Neronianos vocant, aliquos Domitianos. p. 747, 17. C. J. L. XI 3286: Nymphis Domitianis.[2])

Flāvĭus S. IV 3, 19 φ.: sancit lumina Flaviumque caelum. (Cic., al.) Mart. epigr. 33, 1 h. et IX 1, 8 chol.: Flavia gens. IX 3, 12 p. et 34, 2 p.: Flavia templa. Auson. 272, 1 h.: gens Flavia. (Flavianus Tac., al.; Flavialis Suet. Dom. 4, al.)

Molvĭus S. II 1, 176: Flaminio quae limite Molvius [*Mulvius* Vollm.] agger transvehit. (Cic., al.) Mart. III 14, 4 dim.: ponte Mulvio. IV 64, 23 φ.: Mulvius [sc. pons]. Claud. XXVIII 544 h. Prud. c. Symm. I 482 h. (Mulvianus Cic. Att. II 15, 4, alii.)

Denique huic verborum generi unum adiectivum insero, quod loco pristinae terminationis -is novo exitu -us instructum est.[3])

reclīnus S. IV 3, 70 φ.: pontis Caesarei reclinus arcu. Ven. Fort. Mart. III 145 h.: reclini ante pedes sancti sternuntur. III 345 h.: nare reclina.[4]) (reclinis[5]) Ov., al., Stat. S. I 2, 161; reclinatus Hor. carm. II 3, 7, alii.)

11. Cetera adiectiva.

pūmĭlus[6]) subst. S. I 6, 57 φ.: audax ... ordo pumilorum. Mart. XIV 212 l.: pumilus. XIV 197 l.: mulae pumilae. Suet. Aug. 83:

---

[1]) Cic. leg. agr. II 66 ab editoribus *Literninus* scribitur; codd. exhibent *Liternius* vel *Liternus*.

[2]) In nonnullis titulis diiudicari non potest, utrum adiectivum *Domitianus* a *Domitiano* quodam an a *Domitio* derivatum sit. Adiectivo *Domitianus* ad *Domitium* pertinente utitur Caes.

[3]) De aliis adiectivis et in -is et in -us exeuntibus cf. Stolz p. 412.

[4]) Vopisc. Firm. 4, 3 *reclinis* legitur et Itin. Alex. 6 *relicinus* nunc scribitur.

[5]) *Reclinis* utrum vera compositione formatum an a verbo *reclinandi* derivatum sit, dubito. Viri docti dissentiunt.

[6]) S. I 6, 64 φ. *pumilos* metri causa in *pugiles* mutandum est.

pumilos atque distortos ... abhorrebat. Fulg. serm. ant. 17: Apuleius in asino aureo ... dicit: *quovis puero pumiliorem*[1]) *et cucurbita glabriorem*. pumilios enim dicunt molles atque enerves. (pūmĭlĭo[2]) Lucr. IV 1154, alii; pumiles aves Colum. VIII 2, 14; pumilius Fulg. l. l. Gloss. V 511, 61. 548, 41.)[3])

marcens = marcidum reddens[4]) S. IV 6, 56: tenet haec [sc. manus] marcentia fratris [= Bacchi] pocula. Tac. Germ. 36: nimiam ac marcentem diu pacem inlacessiti nutrierunt. Cypr. Gall. num. 360: nos illic sectile porrum pavit et expletos somno marcente refovit. Paul. Petric. Mart. V 9: excute marcentem depresso a pectore somnum. (cf. marcidus.)

dēdĕcoris [dedecus][5]) Th. XI 760: dedecorem amplexi vitam. (Sall. hist. frgm. III 24.)[6])

procĭdŭus [procidere] Th. III 128: prociduae super externosque suosque. (Plin., al.) Sidon. carm. 23, 415 φ.: prociduam ... frontem.

---

[1]) Apul. met. V 9 legitur: *cucurbita calviorem et quovis puero pusilliorem*. Ceterum illud *pumilliorem* Fulgentii etiam a *pumilis* ductum esse potest.

[2]) Haec vox, quippe quae a *pumilus* derivata sit, docet, *pumilus* iam ante Statium quondam exstitisse. Hinc efficitur, ut aut casui tribuendum sit, quod antea scriptum non invenitur, aut antiquissimis temporibus obsoleverit et Statii demum aetate rursus in usum receptum sit. Illud autem verisimilius est.

[3]) Non supra attuli *exter* Th. XI 429, quod altera forma *exterus* aliquanto post (Comm. instr. II 17, 6; Cod. Iust. VIII 13, 21. I 9, 9) reperitur. Inde colligendum est, principalem formam *exter* fuisse. Exemplis a Georgesio et Neuio II³ p. 6 enumeratis addenda sunt haec.: Paul. Nol. carm. 26, 216 h. 20, 225 sen. Prisc. gramm. III 44, 10. Gloss. II 304, 51. 579, 13.

[4]) Dubium est, ut Val. Max. illud *inertia ... languore marcens* (II 6, 3) intellegi voluerit. — Participio modo, quod vim adiectivi habet, activa significatio videtur subfuisse; neque enim opus est eam cognoscere Claud. X 205 h.: *vos, pennata cohors, quocumque vocaverit usus, divisa properate manu neu marceat ulla segnities.*

[5]) Qualis nominativi forma fuerit, ignoramus; nam et *dedecoris* (cf. *indecoris* Acc. trag. 193) et *dedecor* (cf. *bicorpor* Acc. trag. 307) ponere licet.

[6]) Auson. 396, 5 h. emendatio Dousae *decolor* a Schenklio et Peipero recepta est.

II. Adiectiva composita [1]).

Substantiva Statius non copulavit, quoniam id vocabulorum genus in lingua Latina omnino non frequens erat neque poetis valde placebat.[2]) Neque enim vocabula qualia sunt *accubitus*, *adplausus*, al. in numero nominum compositorum habenda sunt, cum illa non ex *ad* et *cubitus* vel *plausus* coaluerint, sed ab *accumbendo* et *adplaudendo* derivata sint. Lexicographi autem, Kohlmann,[3]) Stolz assignant Statio inventori vocem *ternoctis* Th. XII 301: *certe Iovis improba iussu Ter noctem Herculeam — veteres sed mitto querellas.* Equidem illis viris doctissimis non assentior; neque enim, cum oratio finita non sit, *ter* et *noctem* copulare aut opus est aut licet. Vox suppleta qualis *iunxisti*[4]), *attulisti* satis bonam sententiam praebet. Vocabulum compositum *abnepotis*, quod apud Statium primum in versu occurrit, iam supra afferre malui.

Alia ratio adiectivorum compositorum est, quae poetae epici[5]) ornatus causa in deliciis habebant. Sed postquam Vergilius et Ovidius linquam poeticam excoluerunt, epici primi p. Chr. n. saeculi haud multa novaverunt, sed supellectile ab illis suppeditata usi sunt.[6]) Itaque etiam in Statii carminibus non maior copia novatorum legitur. Finxit enim 22 generis a, quorum 11 in ep., 3 et in ep. et in silv. h., 6 in silv. h., 2 in φ. occurrunt; nova significatione instructa sunt in ep. 4, in silv. h. 1, in φ. 1; praeterea Statius in ep. 6, e quibus unum etiam in silv. h. legitur,

---

[1]) De nominibus compositis cf. L. Schröder, Über die formelle Unterscheidung d. Redeteile im Griech. u. Lat., Leipz. 1874, p. 190 sqq. F. Stolz, Die lat. Nominalcomposition, Oeniponti 1877; Histor. Gramm. p. 365 sqq. F. Skutsch, De nominum Lat. compositione quaest. sel., diss. Urat. 1888.

[2]) Cf. Ploen l. l. p. 59. Stephani l. l. p. 70.

[3]) In *corrigendis et addendis.*

[4]) Cf. S. IV 6, 17: o bona nox iunctaque utinam Tirynthia luna!

[5]) Cf. Ploen p. 60 sqq. Stephani p. 72 sqq. O. Weise, Charakteristik d. lat. Sprache[2], Leipz. 1899, p. 99 sq. Eug. Lehmann, De adi. comp., quorum priore parte particula continetur, apud Cat., Tib., Prop., Verg., Ov., Hor. occurrentibus, diss. Regimont. 1867. G. Wilbertz, De adi. poetarum Latin. usque ad Cat. compositis, diss. Marb. 1884.

[6]) Cf. Fr. Seitz, De adiectivis poetarum Lat. comp., diss. Bonn 1878.

et in silv. h. alterum adiectivum compositum generis c in usum suum vocavit.

1. Adiectiva composita in -fer cadentia[1].

Hoc vocabulorum genus poetis epicis, quod metro aptissimum erat, in deliciis erat[2], et eo saepe ibi utebantur, ubi scriptoribus adiectiva aliis suffixis formata usui erant. Qua de causa mirandum non est, Statium circiter 32 receptis sex novasse, uni novam vim subiecisse, unum primum in versu usurpasse.

mĕtallĭfer S. IV 4, 23: metalliferae . . . moenia Lunae. Sil. XV 498: argenti pondera et auri parta metalliferis longo discrimine terris.

ŏlōrĭfer Th. IV 227: oloriferi [sic P, *oliviferi* B] Eurotae. Claud. carm. min. 31, 12 p.: cycnus oloriferi vexit ab amne Padi.

peltĭfer Th. XII 761: non cum peltiferis . . . haec tibi pugna puellis [= Amazonibus]. (peltatus Ov., al.)

ūvĭfer[3]) S. IV 3, 64 φ.: Massicus uvifer.[4]) Sil. VII 207: -ris . . . florebat Massicus arvis. VII 263: Massicus -ris addebat nomina glebis. Poeta Mar. Victorin. gramm. VI 78, 1 sotad.: rumpunt teneras -rae comas lagei. Drac. laud. dei I 629 h.: pampinus -rae vitis sarmenta revestit; Romul. VI 68 h.: Liber . . . -ros vibrat super agmina thyrsos. Ven. Fort. carm. VI 6, 4 p.: praebet et -ris frondea tecta comis [sc. pampinus]. VII 4, 7 h.: super -ri Mosellae . . . amnem. Anth. 570, 3 h.: -ro autumno. (v. vitifer.)

văpōrĭfer Th. VI 716 (694): vaporifera . . . ab Aetna; S. I 3, 45: vaporiferis . . . fornacibus. III 5, 96: vaporiferas . . .

---

[1]) Cf. Paucker, Spicilegium add. lex. lat., Mitaviae 1875, p. 212 sq. Deipser, Über d. Bildung u. Bedeutung der lat. Adj. auf -fer u. -ger, Progr. Bromberg 1886. Stolz, Zur Bildung der lat. Komp. auf -fer u. -ger, Arch. f. Lex. IV 316 sq.

[2]) Cf. Ploen l. l. p. 62 sq.

[3]) *Spumifer*, quod Th. V 56. IX 438; Ach. I 59 legitur, etiamsi Ov. am. III 6, 46 et met. XI 140 et Prop. IV 7, 81 in optimis codd. traditum non est, tamen Becherto auctore Manil. V 74 scribendum est.

[4]) Kohlm. codicis P pr. m. secutus scribit etiam Th. IV 655: *uvifera . . . umbra.* At recipiendum est, quod in B traditum est: *Icaria . . . umbra.*

Baias. Auson. Mos. 210 h.: -ri ... vineta Vesevi. Prud. apoth. 134 h.: -ros ridens intersecat ignes. Schol. Iuv. IX 57: -ros specus habet [sc. Gaurus]. Max. Taur. c. pag. p. 789 B: ipse solis vaporiferos [sequitur lacuna]. Ennod. epist. V 8, 6 vers. p. 132, 18 p.: corpora desiccans rore -ro; carm. I 7, 5 h.: fonte -rum pariunt tua verba calorem. I 8, 5 h.: uda -ros cohibent dum lora quadrigas. Ven. Fort. carm. VI 10, 5 h.: -rum sitiens canis exerit astrum. (cf. vaporosus Apul.; vaporus Nem. ecl. 4, 64 h., alii.)

vōtĭfer S. IV 4, 92: votifera ... meas suspendit ab arbore vittas. Claud. carm. min. app. 5, 15 h.: mollia -ro dempsisti vellera ferro. Anth. 95, 3 h.: congrua votiferae submittit pabula flammae. (votiger Claud. carm. min. app. 5, 59 h., al.)

lăbōrĭfer = laborem afferens Th. VI 25: laboriferos caelo Tithonia currus extulerat. Auson. 322, 7 h.: Graio schola nomine dicta est, iusta laboriferis tribuantur ut otia musis. [= laborem perferens Ov., Stat. S. IV 6, 26.)

vītĭfer S. IV 2, 36: vitifero sub palmite. (Plin., al.) Sil. IV 347: -ri ... vertice montis. Mart. XIII 107, 1 h.: -ra ... Vienna. Avien. orb. terr. 995 h.: -rae Molus iuga proserit arcis. Auson. 417, 92 h.: -ri ... colles. Ennod. carm. II 45, 8 p.: -fer ... deus. II 139, 1 h.: vitifer [sc. princeps].

2. Adiectiva composita, quorum altera pars -ger continet [1]).

Huius modi adiectiva non tam frequentia erant quam proxima; quam ob rem Papinius nova non exhibet nisi duo.

astrĭger Th. VIII 315: astrigerum [sic P, *-ferum* B] domos Atlanta supernas ferre laborantem. X 828: comminus astrigeros Capaneus tollendus in axes.[2]) (astrifer Lucan., al., Stat. Th. II 400. VIII 83; stellĭfer Cic. rep. VI 18, Sen. Phaedr. 785 ascl. min., alii; stellĭger Varro Men. 465 sen., alii, Stat. Th. XII 565; S. III 3, 77; stellātus Verg., al., Stat. Th. VI 277 [255].)

---

[1]) Cf. Paucker, Verzeichnis von zusammengesetzten Adj. auf -ger, Vorarb. I 71.

[2]) Cetera permulta exempla collecta sunt in thes. linq. Lat. Hoc adiectivum poetarum proprium semper fere in h. vel p. legitur, semel in asclep. min. (Mart. Cap. I 91), semel in dim. anap. (Boeth. cons. IV carm. 6, 17).

frēnĭger S. V 1, 98: quisnam frenigerae signum dare dignior alae? (frenatus Verg., al.)

3. Adiectiva composita, quorum prior pars nominis vel adverbii stirpem praebet.

Afferenda sunt tria nova atque unum nova significatione praeditum.

multĭsŏnus[1]) Th. VIII 25: multisonas exertat Poena catenas; S. III 2, 103: multisono ... sistro. Mart. I 53, 9 h.: multisona ... Atthide [= Philomela]. Querol. p. 31, 10: -no cuncti latratu fremunt. Claud. Mam. anim. II 3 p. 105, 2: geminae primum Graeciae classicum multisona Pythagoreorum tuba et lituum Platonis exaudiat nec tumescat sola vanitate nominum, sed pinguescat multimoda veritate rationum. Boeth. categ. I p. 181^C: si quis dicat flammiger vel multisonus vel fluctivagus. (multisonorus Claud. carm. min. 18, 18 p.)

fluctĭvăgus Th. I 271: fluctivaga ... unda. IX 305: cum fluctivagó Ergíno. IX 360: -gam ... domum madidosque penates Alcyone deserta gemit; S. II 1, 95: -gus volucrem comebat Persea Dictys. III 1, 84: -gos nautas scrutatoresque profundi. Avien. Arat. 664 h.: aspera nautis ... freta -gis. Prud. cath. III 46 tetr. dact. c.: per aequora -gos texta greges sinuosa trahunt. Sedul. carm. pasch. V 395 h.: pendula -gam traxerunt retia praedam. Drac. Orest. 43 h.: -gi tendebant carbasa venti. Prisc. gramm. II 27, 19: fluctus fluctivagus. Boeth. cath. I p. 181^C: (v. multisonus). Arator act. II 1088 h.: -gae ... puppi. Coripp. Iust. II 328: -gum pelagus. Ven. Fort. carm. VII 4, 5 h.: prope -gi ... litora Rheni. VII 25, 5 h.: vela ... -gum [sc. me] traherent; Mart. IV 1 h.: mare -gum. Eugen. Tolet. carm. 45, 2 p.: -gi ... unda sali. (undivagus Drac. Orest. 363 h., alii.)

bĭvertex Th. I 628: summa ... biverticis umbra Parnasi residens. Sidon. carm. 22, 233 h.: Nysa, vale Bromio, Phoebo

---

[1]) Hoc loco lexicographis obloqui mihi liceat, qui Th. VII 261 *Dionaeis ... avibus circumsona Thisbe* in adiectivo *circumsonus* passivam vim inesse dicunt. At *circumsonus* aeque atque *circumsonare* et *personus*, al. a personis ad locum translatum est. Eodem modo dictum est S. V 1, 91. Avien. Arat. 109 h. Paul. Nol. carm. 21, 406 h.

Parnase bivertex; epist. IX 15 vers. 27 sen.: montem ... victor isse per biverticem. (Parnasus biceps Ov. met. II 221. Pers. prol. 2 chol.; bicorni ... iugo Stat. Th. I 62.)

semicrudus = is qui cibi dimidiam partem concoxit S. IV 9, 48 φ.: cum bene mane semicrudus inlatam tibi dixero salutem. (= semicoctus Colum., al.)

4. Adiectiva, quae e praepositione et adiectivo coaluerunt.

Vocabulis huius generis fingendis, quamquam cum omnino frequentia erant tum nominum aetate argentea compositorum maiorem numerum explent [1]), tamen Statius operam non dedit; duobus enim adiectivis praepositionem *prae* annexuit et unum eiusdem modi in sermonem poeticum introduxit.

praecultus [2]) = cultissimus Th. II 298: Argia ... viles ... sororis ornatus sacro praeculta supervenit auro. Quint. inst. XI 1, 31: nam neque tam plenum et erectum aut audax et praecultum [sc. eloquentiae genus] senibus conveniret. Aug. epist. 138, 1: si auriculis eorum minus pietate fidei praecultis sermo iste non sufficit. (percultus = part. perf. Ps. Plaut. Poen. 232.)

praedoctus = doctissimus S. V 3, 3: genitor praedocte. Coripp. Iust. IV 56: roboribus flexis teretes curvaverat arcus artificum praedocta manus. (perdoctus Plaut. mil. 258 sept.)

praecĕler [3]) Th. VI 551 (529): viros ... cursu praeceleres. (Plin.) Iuvenc. IV 22: praeceleri cecidit sub acumine mortis.

5. Adiectiva, quae e particula negativa in- et adiectivo vel participio composita sunt [4]).

Horum adiectivorum compositorum, quippe quae apud omnes poetas usitatissima fuerint, etiam Papinius magnum numerum

---

1) Cf. Paucker, Vorarb. II 41 sqq.

2) De praefixo *prae-* vim adiectivi augente cf. Woelfflin, Latein. u. roman. Komparation, Erlangen 1879, p. 27.

3) Mendose Th. VI 700 (678) in B *praegravidus* pro *praevalidus* traditum est.

4) Cf. F. L. Vicol, Die Negation im Latein., Progr. des gr.-or. Obergymn. in Suczawa 1890. (Cf. Stolz, Z. f. österr. Gymn. XLII 558 sq.) Vogel, In- privativum, Arch. f. Lex. IV 320 sqq.

novorum exhibet; novavit enim 9, e quibus 5 aliis locis non leguntur; quattuor novam vim subiecit; praeterea quinque antea a scriptoribus solutae orationis usurpata in usum suum vocavit.

inabruptus S. V 1, 44: vos collato pectore mixtos iunxit inabrupta Concordia longa catena. (inrupta copula Hor. carm. I 13, 18; non abruptus Stat. Th. I 353; S. I 3, 63: vincula inresoluta Ov. Pont. I 2, 22.)

inaspectus Th. I 50: illum ... imae ... recessu sedis inaspectos caelo radiisque penates servantem. IV 428: inaspectae luco stridere sagittae. VIII 241: semper inaspectum diraque in sede latentem Oedipoden. (invisus Cato, al.)

indecerptus Th. VIII 87: extincto ... indecerptus [ex coni. Barthii; codd. *interceptus*] in ore augurii perdurat honos.

indŭbĭtābĭlis Th. XI 64: Elysiis signum indubitabile regnis. Quint. inst. IV 1, 55: in genere causae ... indubitabili. IV 5, 13: si modo -bile est. Ps. Quint. decl. mai. IX 22: -bile saeculi decus et fictis maius. Arnob. nat. II 60: solum esse -bilem, solum verum et de quo nullus ambigere nisi amens possit et desperationis insanae. II 72: -bile istud et verum. II 74: amittat res fidem quae generibus virtutum tantis et potestatum indubitabilis esse monstrata est. V 44: cognitione -bili crederetis. V 36: -bili ... sermone rectoque. V 37: cunctis indubitabiliter notum est. VI 10: cum ... -bili luminum contemplatione videamus. VII 35: -bili adseveratione iuramus. Ulp. dig. XXVIII 5, 9, 8: si quis nomen heredis quidem non dixerit, sed -bili signo eum demonstraverit. Chalc. comm. 341: eritque eorum -bilis veritas. Amm. XXI 1, 12: rata fides et indubitabilis. Avell. p. 293, 26: synodi iudicio -biliter inimicum. Salv. eccl. III 72: habes ... -bilem futurae retributionis securitatem. Patric. conf. 14: qui mihi ostendit ut -bilem eum sine fine crederem. Alc. Avit. hom. 12, 2 p. 122, 24: -bili veritate. Boeth. categ. I p. 194[B]: -bile et verum est. Vigil. pap. epist. (XIII) ad Aurel. Arel.: unam ... fidei credulitatem -biliter exhiberi; pro damn. trium cap. 8: ad huius ... -biliter ostendendae negationis augmentum. Virg. gramm. epist. 1 p. 114, 14: -bili affirmatione testabatur. 2 p. 122, 17: multa auctorum lectione -bilium. — active = non dubitans Serv. Aen. V 2: certus: aut indubitabiliter pergens. Cassian. conl. IX 34, 9: super his tantum

plenam nos et -bilem iussit exauditionis habere fiduciam. Ven. Fort. epist. (carm. X 3) 4: -biliter intimamus. (cf. infra indubitatus; indubius Quint. inst. V 13, 24, alii; indubitandus Aug. epist. 82, 7; indubitanter Ulp. dig. XXXVII 11, 2, 7, alii.)

inexplĭcĭtus Th. II 511: si quis concurrere dictis hospes inexplicitis ... audeat. Mart. IX 47, 1 h.: inexplicitos ... Platones. Prud. cath. III 153 tetr. dact. c.: tractibus anguis inexplicitis. (inexplicatus Arnob. nat. VII 12; inexplicabilis Cic., al.; inexploratus Liv., al.)

inlaudābĭlis S. V 5, 33: inlaudabile carmen. Gell. II 6, 17: *inlaudatus* autem est, quasi inlaudabilis, qui neque mentione aut memoria ulla dignus neque umquam nominandus est. Serv. geog. III 5: unde *inlaudati* participium est pro nomine, ut sit inlaudabilis, non qui laudatus non sit, sed qui laudari non meruit. (cf. Isid. orig. X 131.) Serv. Aen. VII 11: ergo *inaccessus* ad quos nullus debeat accedere, ut *aut inlaudati ... aras*, hoc est inlaudabilis. (illaudandus Tert., al.)

insătĭātus Th. VI 305 (283): insatiatus eundi ardor. VII 12: arma tubasque insatiatus avet. Prud. psych. 478 h.: nec parcit propriis amor insatiatus habendi pigneribus. Petr. Chrys. serm. 163 p. 629 B: avem ... amicam belli, furoris sociam, insatiatam sanguine. Fulg. myth. II 1: ornatui petax, habendi insatiata, rapiendi cauta [sc. humanitatis vita]. Gloss. IV 355, 46: insatiata avida. (insatiābilis Lucr., al., Stat. XI 87; insaturabilis Cic., al.; Stat. Th. I 214: nec [= et non] exsaturabile Diris ingenium.)

insĕrēnus S. I 6, 21 φ.: non tantis Hyas inserena nimbis terras obruit.

insiccatus Th. III 364: vulnera ... ista ferens putri insiccata cruore. VIII 246: insiccatum ... cruorem deiecisse genis.[1])

Novam significationem induerunt haec adiectiva:

indeprensus = invictus[2]) Th. VI 565 (542): quis Maenaliae Atalantes nesciat egregium decus et vestigia cunctis indeprensa procis? (= non visus Verg. Aen. V 591, alii.)

---

[1]) Not. Tir. 80, 89 a legitur *insiccat*, quod verbum idem valere videtur, quod *exsiccat* Not. Tir. 80, 89 et *consiccat* ibid. 90.

[2]) Haec interpretatio, qua iam schol. Barthii utitur, mihi magis placet quam lexicorum *non visus*.

inrĕvŏcātus = irrevocabilis (Lucr., al., Stat. Th. IX 198) Th. VII 773: me ... mors inrevocata veretur. Iuvenc. II 629: -tis suppliciis nunc et semper torrebitur ignis. Carm. adv. Marc. I 65 h.: -ta dei sententia. [= non iussus Hor. epist. II 1, 223. Stat. Ach. I 791.] (inrevocandus Claud. XXIII 123 h.)

inlĭcĭtus active Th. X 470: qui tremor inlicita[1]) caeli de lampade tactis [= quae res a se ictas tangi vetat].

immemor = immemorem reddens[2]) S. V 2, 96: immemorem ... tuis citius dare manibus amnem [= Lethen]. Sil. XVI 477: potator aquae sub nomine Lethes quae fluit, immemori perstringens gurgite ripas.

E libris solutae orationis sumpta sunt:

indēfensus Th. XI 177: Tegee ... indefensa. (Liv., al.) Sil. VI 652: Campania ... bellum ... sinu indefensa recepit. Coripp. Ioh. VI 132: si nostrae iniuria caedis indefensa manens latum referatur in orbem.

indīvīsus Th. VIII 312: o rerum media indivisaque magnis fratribus [sc. terra]. XII 335: indivisa potestas. (Cato, al.) Sil. VIII 9: -sus honos. Maxim. eleg. 2, 3 h.: post multos quibus -si viximus annos. (individuus Cic., Manil. I 128, al.)

indŭbĭtātus Ach. I 695: magis indubitata magisque Scyros erat. I 747: cubilia praedae indubitata tenens. (Sen., al.) Sil. XIII 769: gloria ... -ta. Iuvenc. II 693: vocibus -ta fides comitabitur istis. Auson. 93, 6 p.: victoria ... -ta. Prud. psych. 621 h. et Ennod. carm. II 37, 2 p.: -ta fides.

ĭnhŏnōrus Th. III 66: inhonorae munera lucis. III 567: abiecta ... inhonorus fronde sacerdos. XI 399: aut armis inhonorus; S. V 2, 15: series -ra parentum. = turpis visu Th. VII 151: lacrimis lapsoque -rus amictu. X 8: -ra cohors laceris insignibus. (Plin., al.) Sil. X 390: heu rebus facies -ra sinistris! XIV 632: tumulos -raque busta. Claud. XV 99 h.: ille diu miles

---

[1]) Sic in optimis codd. traditum est. Kohlm. scribit *elicita*. At *elicita* supervacaneum est; deinde si Statius *elicita* scripsisset, eum *caelo*, non *caeli*, scripturum fuisse puto. *Inlicita* autem bonam sententiam praebet neque a Statii sermone alienum est, quippe qui etiam *Lethen immemorem*, *vina marcida*, sim. dixerit.

[2]) Sen. Herc. O. 936 *immemor* nunc a voce *Lethe* separatur.

populus ... nunc -rus egens. Orient. comm. I 70 p.: quae rara homines vel pretiosa putant, ante deum ... ut sordes, sic -ra iacent. Drac. Romul. VII 4 h.: non -rus ... sed laude redemptus. (inhonoratus Cic., Ov., al.; inhonestus Ter., al.; inglorius Cic., Verg., al., Stat. Th. IX 109.)

inpĕnĕtrābilis Th. III 15: nec ... meis ... inpenetrabilis armis.[1]) (Liv., al.) Sil. VI 413: patet -bilis ille luctibus et numquam summissus colla dolori. VII 561: mens -bilis irae. Prud. Psych. 365 h.: dans -bile tegmen pectoribus lotis. 516 h.: nostro -bilis auro. Alc. Avit. carm. IV 509: mens -bilis.

C. Adverbia.

Ea adverbia, quae ab adiectivis e dicendi legibus derivata sunt, ut *incompte* (S. V 5, 34), *tumide* (Ach. I 155) conquirere, operae pretium non fuit[2]), quod ex illis de Statio verborum inventore coniectura facienda non est. Neque autem omittenda sunt duo adverbia, quae Statius e cotidiano sermone sumpsit et quorum alterum atque id compositum omnino, alterum in versu primus exhibet.

insĕmĕl S. I 6, 36 φ.: orbem, qua melior severiorque est, et gentes alis insemel togatas. Flor. epit. I praef. 3: si pariter atque insemel universam magnitudinem eius ostendero. I 35, 1: relictae regiis hereditatibus opes et tota insemel regna veniebant. Gaius dig. XVIII 1, 35, 7: nec interest, unum pretium omnium centum metretarum in semel dictum sit an in singulos eos. Iren. V 12, 6: hoc ... et insemel totum sanum et integrum redintegravit hominem. (cf. adsemel Greg. Tur. Franc. IV 31; de semel Itala Jes. 66, 8 apud Rufin. Orig. in exod. X 3.)

grĕgātim[3]) [sic P, *gregati* B] Th. VIII 667. (Cic., al. — cătervātim Lucr., al.)

---

[1]) *Caput impenetrabile Nili* scribit Vollm. S. III 5, 21, ubi cod. exhibet *ut penetrabile*. Klotz scribit *haut penetrabile*. — *nulli penetrabilis* Th. X 85.

[2]) Cum autem lexica formam *erecte* usquam inveniri negent, eam S. V 1, 205 legi annotare mihi liceat. — Stephanium effugit *anguste* Mart. XI 51, 5 (Cic., al.) Stat. Th. XI 683.

[3]) Cf. A. Funck, Die lat. Adv. auf *-im*, ihre Bedeutung und ihre Geschichte, Arch. f. Lex. VIII 78 sqq.

D. Verba.

I. Verba a poeta novata.

a) Verba simplicia.

In verbis simplicibus fingendis Statius parcus fuit. Quamquam nova verba desiderativa non occurrere consentaneum est, tamen novis incohativis eum abstinuisse miramur, cum illa epicis valde in deliciis fuerint.[1]) Novavit autem nonnulla

1. Verba denominativa[2]).

Quamquam inter poetas imprimis tragici et epici illud verborum genus amplectebantur[3]), tamen Statius non plus tria nova atque eorum duo in -are, unum in -ire cadentia exhibet; quae ut fingeret, etiam illa re incitatus est, quod duo verba in compositis iam diu inerant et a tertii verbi stirpe iam antea adiectivum formatum erat, quod participii perfecti passivi speciem prae se ferebat.

ămīcāre Th. III 470: Oeclides solitum [-*ta* cod B, Kohlm.] prece numen amicat. Insc. christ. Rossi I 355 a. 385: omnibus amicatus vixit. Itala (?) iud. 5, 30 apud Verec. in cant. 9, 53: amicantes amici in caput viri spolia (LXX cod. Alex.: *φιλιάζων φίλοις εἰς κεφαλὴν κτλ.*; in vulg. plane alia lectio.) Prisc. gramm. II 438, 18: amico, amicas, inimico. Eutych. gramm. V 457, 27: amicus, amico, amicas. Verec. in cant. 9, 53: amicantes amici: quam plurimi videntur quidem amici, sed non amicantur, quia labiis amicitias, non simplici retinent caritate. Gloss. V 439, 29: amicantur: amicitia sociantur. (conciliare Plaut., al.; cf. inimicare Hor. carm. IV 15, 20, Stat. Th. II 419, al.)

grĕgare Ach. I 373: Idaliae volucres . . . iam longum caeloque domoque gregatae. Paul. Nol. carm. 17, 207 sapph.:

---

[1]) Cf. Ploen l. l. p. 79.

[2]) Cf. Paucker, Verborum denom. a subst. declin. in -are breviarium, in Anhang z. Beitr. etc., Dorpat 1875, p. 1 sqq.; idem, Die verba denom. auf -are, Kuhns Ztschr. XXVI 261 sqq. 415 sqq. L. Job, Le présent et ses dérivés dans la conjugaison latine, Paris 1893. Stolz, Hist. Gramm. p. 588 sq. Cooper l. l. p. 225 sqq. Thurneisen, Über die Herkunft und Bildung der lat. Verba auf -io, diss. Lips. 1879.

[3]) Cf. Ploen l. l. p. 80.

nunc oves facti duce te gregantur pacis in aulam. Sulp. Sev. chron. I 19, 6: multis tamen increpitos Levitas ad se gregavit. Vopisc. Tac. 13, 3: Meotidae ita se gregabant. Macr. exc. gramm. V 600, 8: ita *facior* et *grego* non dicuntur, *conficior* vero et *afficior* et *congrego* probe dicuntur; gramm. V 636, 33: cum *grego* latinum non sit, *segrego*, *congrego*, *adgrego* suavissime dicitur. Prisc. gramm. II 431, 25: a grege *grego*. Gloss. II 34, 59: gregat ἀγελίζει, ἀθροίζει. (congrego Cic., Lucr., al., Stat.; adgrego Cic., al. — segrego Plaut., al., Stat. Th. XII 184.)

crīnīre Th. IV 217: frondenti crinitur cassis oliva; S. IV 5, 10 hendec. Alc.: cuncta veris frondibus annuis crinitur arbos. [crinitus Enn. trag. 29, alii, Stat.]

2. Verba frequentativa [1]).

Haec verba et vetustioribus et posterioribus linquae Latinae temporibus multo saepius occurrunt quam aetatibus quae vocantur aurea et argentea, et cotidianae orationis magis quam sermonis accurati et politi propria erant. Ut autem elatioris dicendi generis poetae eis prorsus abstinerent, fieri non potuit, immo epici iis tum uti solebant, cum nativa verba metrum respuebat. Statio vero magis placuisse quam ceteris epicis videntur, nam plura nova aequalibus finxit. Huc accedit, quod nonnullis locis metro non coactus novavit, et quod nonnumquam [2]) vis frequentativi imminuta est. Affero quinque verba, quorum tria in Thebaide sola, unum in silv. h., unum et in Th. et in silv. h. occurrunt.

abnatare v. p. 297.

adcantare v. p. 297.

degrassari v. p. 300.

---

[1]) Cf. Paucker, Die verba frequ., in Kuhns Ztschr. XXVI 243 sqq. 409 sqq. Woelfflin, Die verba frequ. et intensiva, Arch. f. Lex. IV 197 sqq. J. Rozwadowski, Über die lat. verba denominativa auf -tare, Anzeiger d. Akad. in Krakau, 1892, p. 268 sqq. Job l. l. Stolz, Hist. Gr. p. 603 sqq. Cooper l. l. p. 205 sqq.

[2]) Cf. e. g. irreptare Th. XI 732.

excursare[1]) [excurrere] Th. II 550: quos ubi plures ... videt excursare latebris.

impĕdĭtare [impedire] Th. II 590: impeditant numero seque ipsa vicissim arma premunt.

incessare [incedere] Th. XI 361: agnovit ... iaculis et voce superba tecta incessantem.[2]) Gloss. IV 247, 44: incessant accusant, provocant. Gloss. Plac. V 76, 13: incessant [cod. *incensant*] accusant [cod. *accusent*]. Cf. Gloss. Plac. V 27, 4.

inreptare [irrepere] Th. IV 386: pampineum ... iubes nemus inreptare Lycurgo; S. III 1, 178: grex ... protervus nunc umeris inreptet avi. — transitive Th. XI 732: vis Argos eat hostilesque Mycenas squalidus inreptet? (irrepere intrans. Pompon. Atell. 141, al., Stat.; trans. Tac. ann. IV 2.)

quĕrĭtari S. I 2, 122: queritor [cod. *queritur*] iam Seras avaros augustum spoliare nemus. Plin. paneg. 29, 3: perituraeque in horreis messes nequicquam queritantibus[3]) sociis auferuntur. Tac. ann. XVI 34: flentes queritantesque. Arnob. nat. IV 11: hoscine a nobis deos violari et neglegi sacrilego clamitatis queritaminique contemptu? Paul. Nol. carm. 10, 147 h.: quare gratandum magis est tibi quam queritandum. Gloss. V 238, 4: queritatur qui assidue clamosus est.

---

[1]) Statio non tribuendum est *deiectare* Th. IV 381. Muellero auctore [Kohlm. variam lectionem non exhibet] in P et apud schol. Bamb. *disiectat* legitur, cum in codd. BM *deiectat* traditum sit. Illud verbum recipiendum est, non modo quod cod. P codici B praeferendus est, sed etiam quod contextus sermonis notionem disiciendi poscit. — Verbum *deiectandi* repperi Theod. Mops. in Tim. I 3, 7 et Not. Tir. 12, 104.

[2]) Ita legit Eutych. gramm. V 483, 4. In cod. T traditum est *incessante*, cum PBM *incessentem* exhibeant. Frequentativum *incessandi* in litteris Latinis exstitisse, glossaria testimonio sunt. Etiam aliud simile verbum legitur Gloss. IV 269, 17: *praecessant* [cod. *praessant*] *saepe praecedunt.* Statius Antigonem fratrem identidem muros aggredientem vidisse dicere voluit, et cum *incessere* iterationem parum ei significare videretur, *incessare* novavit. Itaque quin hoc verbum poetae sit, non dubito.

[3]) Cur hoc verbum in codd. traditum in *quiritantibus* mutetur, non intellego.

b) Verba composita [1]).

Ut Statius novis verbis simplicibus fingendis non magnam operam dedit, ita composita valde ei placuerunt et novatis aequales longe superat.[2]) Aliis autem cum partibus nisi cum praepositionibus verba non copulavit et inter praepositiones *circum, con, sub, super* repudiavit; ne *re-* quidem particulam ad nova formanda adhibuit. Horum autem verborum quin Statius ipse maximam partem finxerit, dubium non est, cum multa apud alios scriptores non reperiantur. Hoc verborum genere sermo carminum epicorum et silvarum inter se maxime differunt; in silvis enim, quae brevi tempore condendae erant, verba trita poeta in usum suum vocavit, in epicis autem loco verborum usitatorum nova ponere studuit. Hac re factum est, ut illorum 53 novatorum 44 in ep., 3 et in ep. et in silv. h., sed in silv. h. 4 modo, in lyr. 2 uteretur.

abnătare Ach. I 383: excepta freto ... abnatat. Gloss. II 4, 13: abnatare ἐκκολυμβῆσαι. (cf.[3]) adnatare [annare], de-, enatare [enare], innatare [innare], prae-, supernatare [supernare Macr.], supere-, tranatare [tranare].)

ădaestŭare Th. V 517: [serpens] saepe super fluvios geminae iacet aggere ripae continuus, squamisque incisus adaestuat amnis. (cf. ex-, inaestuare.)

adcantare[4]) S. IV 4, 55: Maronei ... sedens in margine templi sumo animum et magni tumulis adcanto magistri. (cf.

---

[1]) Cf. Paucker, Die mit Präp. zusammengesetzten Verba, in Vorarb. I 1 sqq. Cooper l. l. p. 258 sqq. Uhdolph, Über d. Zusammensetzung der Verba in d. lat. Sprache, Progr. Leobschütz, 1877.

[2]) Cf. Stephani l. l. p. 80.

[3]) Affero propterea cetera composita ante Statium ficta, quod poeta audacior vocum opifex vocandus est, si similia composita ei exemplo non fuerunt quam si fuerunt.

[4]) Quamquam *accanere* legitur apud Varr. linq. VI 75, tamen *adcantare* verbis compositis propterea inserere malui, quod Statii aetate *accinere*, non *accanere* dictum est, id quod ea re cognoscitur, quod *accentus* (Paul. Fest. p. 259, Quint., al.) ab illo verbo derivatum est. Si igitur *accantare* ab *accinendo* derivatum esset, *accentare* dicendum fuit. (cf. occentare Plaut., al. [occantare Apul.], praecentare Cic., concentare Pacuv. trag. 73 ex coni. Ribb.) Sane Statium aeque atque *affrangere* etiam *accanere* dicere potuisse concedendum est.

decantare [decanere Prob. cath. gramm. V 42, 23], ex-, incantare [incinere], praecantare [praecinere et -canere], recantare [recinere et -canere].)

aderrare[1]) S. II 2, 120: blandi scopulis delphines aderrant. (cf. ab-, circum-, de-, in-, ob-, pererrare.)

adfrangere Th. V 150: plenis . . . adfrangere parvos uberibus. X 47: duris adfrangunt postibus ungues [sc. lupi]; S. V 1, 36: fatiscet mater [= Thetis pro mari] Achilleis hiemes adfrangere bustis. Sidon. epist. II 2, 17: qui [sc. fluvius] salebratim saxorum obicibus affractus spumoso canescit impulsu. (cf. anfractus, a, um; con-, de-, dif-, ef-, in-, inter-, of-, per-, prae-, re-, suffringere.)

adgemere[2]) Th. VI 112 (105): migrantibus adgemit illis silva. XI 247: uterque loquenti adgemit. (cf. circum-, con-, in-, regemere.)

adnarrare Th. VIII 619: [hirundines] stantque super nidos veterisque exordia fati adnarrant tectis. (cf. de-, e-, prae-, renarrare.)

adnubilare S. V 1, 149: obvia puppi invidet et velis adnubilat aura secundis.[3])

adsībĭlare Th. V 578: [serpens] magno tellurem pondere mensus inplorantem animam dominis adsibilat aris. — intrans. Auson. Mos. 258 h.: aura crepat motoque adsibilat aere ventus. Claud. rapt. Pros. II 225 h.: Gorgoneisque premens adsibilat hydris [sc. Minerva]; carm. X 68 h.: populeo suspirat populus ictu et platani platanis alnoque adsibilat alnus. (cf. ex-, insibilare.)

adsŏcĭare[4]) Th. III 454: Melampus adsociat passus. Ser. Samm. 337: prosunt et pelagi latices, quos . . . dulcibus adsocias

---

[1]) Th. IX 178 *oberrat* legendum est.

[2]) Ov. trist. I 4, 10 *ingemit* et fast. V 400 *et gemit* traditum est.

[3]) Amm. XXVII 6, 15 *obnubilarunt* scribendum est.

[4]) Multa exempla scriptorum solutae orationis non attuli, quod iam in thes. linq. Lat. collecta sunt. Illis addi possunt: Vincent. Ler. 4: quicumque . . . universis mundi ecclesiis adsociati sunt. Lex Visig. III 2, 7: quos sub nomine ingenuitatis antedictis personis repperiuntur adsociasse. III 6, 1: mulierem ingenuam a viro suo repudiatam nullus sibi in coniugio adsociare presumat. VI 2, 1: ingenui . . . cum rebus omnibus fisco servituri adsocientur; Erv. XII 3, 4: res eius fisco adsociande sunt.

lymphis. Iuvenc. II 721: adsociat septem similes glomerando furores [sibi daemon]. Pallad. 14, 74 p.: mala ... externis adsociata comis. Claud. XV 482 h.: vela legunt et cornua summis adsociant malis. (sociare Cic., Verg., al., Stat.; consociare Plaut.; cf. praeterea dissociare.)

adstrīdere Th. XI 494: [Tisiphone] ora reducentem premit adstridentibus hydris intentatque faces. (adstrepere Sen. Phaedr. 1026, al.; cf. in- [Sil.], perstridere.)

adtrĕmĕre Th. III 309: cui [Iovi] modo ... terras caelumque fretumque adtremere oranti ... vidi. VIII 81: illi iam dudum regia tristis attremit oranti. Sidon. epist. VI 1, 3: cum censurae tuae adtremat etiam turba collegii. (cf. con-, intremere.)

adverbĕrare Th. IX 686: auratis adverberat unguibus armos [sc. equi pellis tigridis]. Sidon. carm. 11, 58 h.: libratos per inane pedes adverberat alis [sc. Amor]. (cf. con-, de-, di-, e-, re-, transverberare.)

adverrĕre Th. IV 203: incultos aris adverrere [sic Eutych., *averrere* P, *advertere* cet. codd.] crines.[1]) (cf. a-, con-, de-, e-, prae- (?), per- (?), reverrere.)

advīvĕre[2]) Th. XII 424: tenuem nigris etiamnum advivere lucem roboribus ... videre. Carm. epigr. 504, 3 h.: natos ... quos super atvivet vitanque miserrima ducet. 1231, 3 h.: [septem annis et septem mensibus], quos super atvixsit septemque decemque diebus. Lux. anth. 354, 3 h.: qui puer ad iuvenes dum non advixeris annos. (cf. con-, per-, revivere.)

dēfervĕre[3]) Th. III 314: me sanguinco late defervere campo res super Argolicas ... videbis [transl. = furenter

---

[1]) Th. IV 712 in cod. B legitur *adverrens*, quod verbum Muell. recepit; at cum etiam *advolvens* codicis P sententiam satis bonam praebeat, optimum codicem sequor.

[2]) Exempla scriptorum solutae orationis collecta sunt in thes. linq. Lat. Praeterea *advivere* legitur: Cod. Theod. V 1, 1 (a 321): dum advixerint. Lex Burg. lib. const. 24, 1 et Greg. Tur. Franc. 9, 20: dum advivit. Greg. Tur. glor. mart. 75: dum advixero. Lex Visig. Erv. V 2, 4. XII 3, 13.

[3]) Quod *circum asperare* Th. VI 246 (224), *circum cumulare* Th. X 655, *circum mugire* VII 573, *circum pulsare* Ps. Stat. Th. VI 228 copulentur, non est.

irruere in]. (defervēre[1]) Apic. III 65. Serv. Aen. X 809. Cassian. inst. XL 7. Cypr. Gall. gen. 130; exod. 1333. Cassiod. var. XII 4, 5. Greg. M. epist. XI 56ᵃ p. 340, 24. — defervescĕre Cato, Ter., al. — cf. effervĕre, qua sola forma etiam Statius usus esse videtur; sed solum fervēre me legisse memini.)

dēgrassari[2]) Ach. I 406: quid maneat populos, ubi tanta iniuria primos degrassata duces?[3]) — intrans. Apul. Socr. 10: veluti ad fetum edendum deorsus degrassantur [sc. nubes].

dēire[4]) Th. II 551: ridet ... hos deire [sic P, schol. G m. sec., *prodire* B, cet. codd.] iugis. (cf. ab-, ad-, amb-, ante-, circum-, co-, deper-, disper-, ex-, in-, inter-, intro-, ob-, per-, pertrans-, prae-, praeter-, prod-, red-, retro-, sub-, trans-, transabire.)

dēlambĕre Th. II 681: molliaque eiecta delambit vellera linqua. Cypr. Gall. gen. 560: flamma ... caesarum pecudum visa est delambere carnes. (adlambere Ps. Quint. decl. mai. X 4, alii; elambere Mar. Victorin. gramm. VI 158, 28. Iord. Get. 42, 219. — Cf. circum-, praelambere.)

dēserpĕre Th. VI 586 (564): deserpit ... genis nec se lanugo fatetur intonsae sub nube comae. Apul. apol. 63: ut decenter utrimque lanugo malis deserpat. (cf. dis-, proserpere.)

dēvesci Th. I 604: dira lues ... animasque a stirpe recentes abripere altricum gremiis morsuque cruento devesci. (depasci Lucr., al.; devorare Plaut., al.)

diffībŭlare Th. VI 570 (548): torto chlamydem diffibulat auro. Sidon. epist. III 3, 5: alii de concavo tibi cassidis exituro

---

[1]) Dubium est, utrum Vitr. VII 2, 1 et Plin. XIV 85 et Chiron. 158 *defervēre* an *defervĕre* legendum sit.

[2]) Hoc verbum ut compositum, non derivatum, iudicem, non tam forma quam significatione, quam Statius ei subiecit, commoveor.

[3]) Quamquam *degrassari* transitive usurpatum est, tamen Th. VIII 570 videntur mihi recte Kohlm. et Wilk. secuti P m. sec. *in* inseruisse. Quint. decl. mai. VIII 19 est *totum corpus* non accus., ut Forcellinio videtur, sed nom., et Aur. Vict. Caes. 33, 5 nudus accus. propterea perferri potest, quod urbs dicitur, non incolae.

[4]) Hoc verbum a multis metri causa reiectum recte defenditur a Vollm. (silv. edit. p. 557). Sall. hist. frg. III 96 *deeuntibus* in *redeuntibus* mutandum est. Perperam afferunt Quich. et Forcell. carm. epigr. 1111, 19 h., ubi non *deit*, sed *Delphin* legitur.

flexilium lamminarum vincla diffibulant. Alc. Avit. carm. 4, 386: pallia blattarum spreto diffibulat auro. (Mart. IX 27, 12 chol.: refibulavit turgidum faber penem. Prud. psych. 633 h.: avulsis exfibulat ilia zonis. — cf. infibulare.)

effulgurare Ach. I 231: monstrat iter totoque effulgurat orbe Cynthia. Alc. Avit. epist. 46 p. 75, 19: occiduis partibus in rege non novi iubaris lumen effulgurat. Ennod. opusc. 3 p. 356, 8: tota civitas quasi rogus effulgurat. p. 366, 16: quis quaerat noctis lampadam, ubi solis iubar effulgurat; epist. I 8, 1 p. 17, 12: in quibus [sc. commerciis litterarum] ad unguem politi sermònis splendor effulgorat; dict. 22, 10 p. 496, 15: non latet caelestis illa permixtio, et quamvis humanae fragilitatis tunica vestiatur, effulgorat. (effulgere Verg., al., Stat. Ach. I 295. — cf. praefulgurare.)

ēmanere[1]) Th. VII 650 vetitus quibus [sc. lucis] emansisse sacerdos. Ulp. dig. XXI 1, 17, 4: eum esse fugitivum, qui nocte aliqua sine voluntate domini emansisset. Mod. dig. XLIX 16, 3, 4: qui exploratione emanet hostibus insistentibus. ibid. 16, 3, 7: perinde in eum statuendum est, ac si emansisset vel deseruisset. Gloss. II 60, 4: emansit *διέμεινεν*. II 60, 11: emanet *διαμένει, παννυχεύει*. II 60, 56: emanens *ἀπόκοιτος, λῃστής*. II 290, 49: *ἐκκοιτῶ* emaneo. IV 335, 45: emanet excubat. (cf. inter-, per-, remanere.)

excursare v. p. 296.

exerrare Th. VI 444 (422): non cohibente magistro spargitur in gyros dexterque exerrat Arion. transl. Cypr. epist. 70, 2: ne quis exorbitans et a via veritatis exerrans; unit. eccl. 23: a via veri itineris exerrans. Sulp. Sev. epist. app. 1, 2: scriptum enim est: iusto, in qua die exerraverit, iustitiam non profuturam. Itala Reg. Tob. 5, 19: adorabant ibi mecum et non exerraverunt; cod. Lugd. deut. 4, 19: ne ... exerrantes adoretis eis [*πλανηθεὶς προσκυνήσῃς*]; Exech. 33, 12 (Cypr. Fort. 8 et patient 13): iustitia iusti non liberabit eum in quacumque die exerraverit (vulg. peccaverit); apoc. 18, 23 (Primas): quia in maleficiis tuis exerraverunt omnes gentes [vulg. erraverunt]. Vulg. sap. 12, 2:

[1]) Non necessarium esse mihi videtur Sen. epist. 54, 6 *emansit* pro *remansit* scribere.

eos qui exerrant partibus corripis [= τοὺς παραπίπτοντας κατ' ὀλίγον ἐλέγχεις]; II Macc. 2, 2: ut non exerrarent mentibus [= ἀποπλανηθῶσιν ταῖς διανοίαις]. Lux. anth. 304, 22 p.: iussit fata manus telo nec vulnera sensit exerrans anima iam pereunte cruor. Anth. 383, 1 h.: stat domus exerrans constructa lymphis et ulva. Hist. Apoll. rec. A 1: in qua [sc. filia] nihil rerum natura exerraverat, nisi quod mortalem statuerat. Coripp. Ioh. VI 274: sitiens calidis exerrat harenis Afer anhelus. (cf. supra aderrare.)

inglŏmĕrare[1]) Th. I 351: plurimus Auster inglomerat noctem. (glomerare Cic., Verg., al., Stat. Th. II 585; agglomerare Verg., al.; conglomerare Enn. trag. 307, alii.)

inluctari Th. IV 790: teneris meditans verba inluctantia labris. (velut eluctantium verborum Tac. ann. IV 31. — cf. col-, de-, e-, ob-, reluctari.)

inmutescere Th. V 542: attonito moriens vagitus in auras excidit et ruptis inmutuit ore querellis. VI 185 (170): abruptis ... inmutuit ore querellis. Quint. inst. X 3, 16: immutescamus alioqui, si nihil dicendum videatur. (obmutescere Cic., Verg., al.)

inrădĭare Th. VI 64: Tyrio ... attollitur ostro molle supercilium, teretes hoc undique gemmae inradiant. Ps. Quint. decl. mai. III^b 8: nemo ... patrum potest inradiari fulgoribus. Claud. XVII 85 h.: Graiorum obscuras Romanis floribus artes -dias. Symm. epist. I 94: ut eorum merita in occulto sita testimonii splendor -diet. Mart. Cap. VIII 810: quo candore luminis propinquantis plures -diati refulsere divi. Eustath. Bas. hex. II 1 p. 879^A: ut elegantia suae pulchritudinis oculos nostrae mentis irradiet. Avell. p. 611, 28: quos idem regnum continet eiusdemque fidei cultus -diat. Ennod. epist. IX 18, 2: nisi forte quod vos supra claritatem seniorum sanctae viduitatis in vobis fulgor -diat; dict. 5, 9 p. 439, 22: nos ... inter sacerdotalis tituli auspicia sole conversationis -dia; opusc. 1, 89 p. 285, 19: quando regii vultus purpura ostrum dignitatis -diat; opusc. 6, 16 p. 407, 24: nobilia germina ex nobis fusa orbem totum sole clarae perfectionis

---

[1]) S. V 5, 85, loco corrupto, Vollm. *exsopire* coniecit; sed cum haec coniectura dubia sit, illud verbum, quod aliis locis non occurrit, supra non inserui.

-diant; epist. IX 30, 9 p. 254, 4: novos splendore inopinati fulgoris -diat; epist. VII 21, 1 p. 189, 5: quam [sc. fidem] per aevi praeiudicium observantia honestatis -diat. Cassiod. var. VIII 19, 1: licet coetus vester genuino splendore semper -dietur. Ravenn. Guid. p. 527, 20: Ephesus, quam sanctus Iohannes . . . inradiatur. — intrans. Ambr. apol. Dav. I 8, 45: non una infusione velleris statim pretiosus fucus -diat; hex. VI 9, 67: cur . . . hic [lucifer] matutinus -diet. Prud. cath. III 8 tetr. dact. c.: fronte serenus et -dia. Mar. Victorin. aleth. II 20 h.: nunc honor ille sacri nemoris maiore sereno -diat. Sedul. carm. pasch. V 316 h.: coeperat interea post tristia sabbata felix -diare dies. Avell. p. 320, 16: puriore luce tamquam aliquod sidus -diat. p. 334, 4: vestris . . . oraculis catholicae professionis lumen -diat. p. 616, 12: fides splendore catholico semper -dians. Ennod. dict. 3, 2 p. 434, 1: thesaurus cordis -diat in egestate verborum. Cassiod. var. III 6, 2: maxime serenitatis nostrae luminibus Deciorum sanguis -diat. Rust. Help. benef. 71 h.: claro sidere mundus -dians. Iord. Get. 57, 291: fama vestrae pietatis -diet. (v. infra illuminare. — cf. praeradiare.)

inreptare v. p. 296.

inrŭbescere Th. IX 647: inrubuit caeli plaga sidere mixto; S. V 3, 32: tuus ut mihi vultibus ignis inrubuit. Ps. Stat. Th. VI 231: nec sanguine ferrum inrubuit. Sol. 5, 27: haemachates sanguine maculis inrubescit. Ps. Ambr. laps. virg. 8, 35: pallescat facies, quae quondam irrubuit impudice. Sidon. epist. IV 23, 1: ad haec ille confusus inrubuit. Boeth. cons. II carm. 3, 6 glyc.: cum nemus flatu zephyri tepentis vernis inrubuit rosis; in Porph. dial. 2 p. 55^{D}: si forte casu aliquo cuiquam facies irrubuerit. Alc. Avit. hom. 20 p. 133, 30: rosae . . . sero pudore vultus inrubuit.[1]) (ērubescere Plaut., al.)

inrūgare Th. IV 266: undantem . . . sinum nodis inrugat Hiberis. Gell. XII 1, 8: ne aequor . . . ventris inrugetur. Pacian. epist. 3, 4 p. 53: haereticus . . . vestem domini, ecclesiam Christi, scindit, intercipit, vitiat, irrugat. Hier. in Gal. 5, 22 p. 512: potest bonitas esse tristior et fronte severis moribus irrugata; hom. Orig.

---

[1]) Sittl, Arch. f. Lex. I 474 affert etiam Auson. 133, 30, quem locum non repperi.

in cant. 2 p. 519: meretricum ubera laxis pellibus irrugantur. (corrugare Hor. epist. I 5, 23, alii; rugare trans. Plin. IX 102, alii. — cf. erugare.)

inserpere Th. I 340: iam Somnus amaris inserpit[1]) [sic B, inrepsit P] curis pronusque ex aethere nutat. Apul. met. VII 5: ei commodum lanugo malis inserpebat. Claud. rapt. Pros. I 258 h.: credas . . . raucum bibulis inserpere murmur harenis. Gest. collat. Carth. I 10: ut . . . in eliciendae veritatis examen non inserpat aliquatenus calumniosa suspicio. Merob. carm. 4, 8 φ.: laureis . . . sertis inserpunt hederae. (cf. supra deserpere.)

inservare Th. VI 935 (910): piget inservare [sc. fata]. VIII 194: Elysias dedit inservare volucres. X 886: gemit inservante noverca Liber.[2]) (asservare Plaut., Cat., al.; observare Plaut., al.; servare Plaut., al., Stat. — cf. con-, reservare.)

interfurere[3]) Ach. I 395: alternum Mavors interfurit orbem. (v. infra perfurere.)

interligare Th. VII 571: alterno maculas [sc. tigridum] interligat ostro.[4]) (cf. al-, adal-, circum-, col-, de-, il-, ob-, prae-, re-, sub-, superde-, superilligare.)

internīgrare Th. VI 336 (314): maculis internigrantibus albae [sc. equae]. Claud. carm. min. 9, 14 h.: spatiis internigrantibus. (cf. denigrare.)

interplicare Th. II 282: varias pestes raptumque interplicat atro Tisiphones de crine ducem. IV 218: alba . . . puniceas interplicat infula cristas. (implicare Cic., Cat., al.; Verg. Aen. VII 816: ut fibula crinem auro internectat; Stat. Th. VIII 168. — cf. ap-, circum-, com-, ex-, replicare.)

---

[1]) Lectio cod. B propterea praeferenda est, quod tempus praesens sequitur.

[2]) *Inservat* pro *inservit* scribit Keller Schol. Hor. serm. I 5, 18, quam coniecturam reicio.

[3]) *Intepere* Th. II 377 Statius a prioribus mutuatus est. Neque enim Prop. IV 1, 124 mutandum est, et praeter hunc locum illud verbum Pers. 6, 7 legitur.

[4]) Rut. Nam. I 539 h.: *interrigat* mea quidem sententia mutandum non est. Certe *interligat* reiciendum est.

interrapere (tmesi divisum [1]) Th. IV 765: dixit et orantis media inter anhelitus ardens verba rapit. (interrumpere Plaut., al. — cf. ab-, ar-, cor-, de-, di-, e-, prae-, pro-, surripere.)

intersŏnare Th. V 344: Oeagrius . . . mediis intersonat Orpheus remigiis. Cassian. inst. II 10, 1: in qua [sc. oratione] non sputus emittitur, non excreatio obstrepit, non tussis intersonat. Ps. Rufin. in Ioel 3, 4 sqq.: ut . . . per excessus [= eventus] interdum vaticinio congruentes ea intersonent, quae futuris etiam possint convenire mysteriis. (cf. as-, circum-, con-, dis-, ex-, in-, ob-, per-, prae-, resonare.)

intervīrēre Th. IV 98: anguis . . . laetis . . . minax interviret herbis. Sol. 52, 61: eximii [sc. berylli] intervirente glauci et caeruli temperamento. Claud. rapt. Pros. II 100 h.: semita discretis interviret umida nimbis. Sidon. carm. 5, 39 h.: post caute Laconum marmoris herbosi radians interviret ordo. (intervirescere Avell. p. 751, 7: hic . . . lapis hanc habet speciem: sub smaragdo est intervirescens sed obtunsior etc. — cf. revirere.)

obardescere Th. IX 856: torva clipei metuendus obarsit luce Dryas. (cf. ex-, in-, redardescere.)

peramare [2]) S. IV 5, 24 decas. Alc.: mea carmina regina bellorum virago Caesareo peramavit auro. (adi. *peramans* Cic. Att. IV 8, 3: homo peramans semper nostri fuit; adv. *peramanter* Cic. epist. IX 20, 3. — cf. ad-, de-, redamare.)

permĕrēre S. I 4, 74: mox innumeris exercita castris occiduas primasque domos et sole sub omni permeruit iurata manus. (permilitare Ulp. dig. XXVII 1, 9. — cf. com-, de-, e-, promerere.)

praecĕlĕrare Th. II 497: calle latenti praecelerant. IV 799: praecelerant . . . ducem. Gloss. IV 155, 9. 269, 1. 378, 58.

---

[1]) Hoc verbum copulandum esse propterea censeo, quod aliter satis bene interpretari non possum. Nam adverbium *inter* idem significaret quod *media*, cum vis prioris partis verbi compositi imminuta minus offensioni sit. Huc accedit, id quod gravissimum est, quod Statius *inter* adverbii loco posuisse non videtur; tmesi autem nonnumquam usus est, ut S. V 1, 122: *exemplum ad erile monet*; S. II 6, 67: *qua tibi cumque*, al.

[2]) De significationibus praefixi *per-* cf. Stolz, per und Anhang, Arch. f. Lex. II 497 sqq.

552, 10: praecelerat antecedit. V 474, 49: praecelerat ante venit praecursor. (praecurrere Plaut., al.; praevenire Ov., al. — cf. accelerare.)

praefŭrĕre Th. II 420: torvus et illum mente gerens, ceu saepta novus iam moenia laxet fossor et hostiles inimicent classica turmas, praefuris. (cf. supra interfurere.)

praelībare Th. IV 464: exceptum pateris praelibat sanguinem; S. III 4, 60: praelibare verendum nectar. Tert. resurr. 2: Christo ... servabatur, omnia retro occulta nudare, dubitata dirigere, praelibata [= Unvollständige] supplere eqs. Treb. trig. tyr. 13, 1: multa de hoc in patris imperio -bata sunt [= breviter attacta]. Vopisc. Tac. 16, 7: haec ... in aliorum vita de Probo credidi -banda.[1]) Symm. epist. V 73: ut ingressi iter -libent primitias scriptionis. IX 22: haec interim pro tempore -bamus. I 74: -bo ... salutationem. VI 68: sume ... -batam salutationem. Macr. somn. I 3, 1: his -bȧtis antequam ipsa somnii verba tractemus. I 20, 19: unde his -batis ad tractatum mensurarum ... oıatio revertatur. Paul. Nol. epist. 23, 32: sanguinem ... calicis ... osculis suggentibus -bavit. Cassian. conl. II 26, 2: uno paxamatio -bato. VII 6, 4: qui ... eam [sc. plenitudinem] adhuc in hoc saeculo positus -barit; c. Nest. VII 2, 1: priusquam de his rebus loqui incipio quas necdum libris superioribus -bavi. Fav. Eul. p. 2, 8: primum illud existimo -bandum. Mart. Cap. I 2: nec liquet Hymenaeo -bante disposita [sc. carmina] nuptias resultare? Claud. Mam. anim. praef.: [liber] quippiam ex geometricis ... philosophomenon regulis modeste ac moderate et quam potuit parciter -bavit. II 12: iuxta -batam tacita discussione rationem ... videamus. Paul. Petr. Mart. IV 606: vix -batum cupiens laxare rigorem rursus in amplexus nuptorum. Sidon. carm. 7, 223 h.: te paulatim -bat sensibus imis atque animis. Fulg. Virg. cont. p. 86, 16: de nostro torrentis ingenii impetu breviorem urnulam -babo. Boeth. in Porph. dial. I p. 16^{C}: haec ... nisi -bata generis specieique cognitione sciri non possunt. I p. 14^{B}: -bat ... nos Porphyrius ad horum verissimam cognitionem hoc de generibus ... tractatu. Ps. Boeth. geom. p. 400, 28:

[1]) Forcell. affert Ambros. de dignit. sacerd. 5 et Boeth. Topic. Cic. 5 p. 823; ad quos locos spectet, nescio.

haec ... brevi introductione -bantes. Alc. Avit. c. Eutych. 2 p. 24, 6: utrum -baverit ... sermonem. Ennod. epist. IX 23, 2 p. 245, 9: epistularis angustiae lege contentus satis modicum de illa meritorum messe -bo. Avell. p. 665, 20: non gravat -bare dicendo. Ven. Fort. carm. V 5 praef. 1: etsi non aliqua compte, saltim comiter -bare; Mart. I 30 h.: rhetorici exiguum -bans gurgitis haustum. Greg. Tur. Mart. I 4: qui erat ei in commissis prumptuariis -batus [= praeter ceteros degustatus, = probatus]. Ravenn. p. 3, 16: ut -batum est [= supra dictum]. Gloss. IV 552, 41 et V 322, 47: praelibaret praegustaret. IV 269, 15: praelibando praegustando. IV 155, 24: praelibat leviter tingit. IV 268, 47: praelibavimus aliqua contulimus, aliqua diximus. V 323, 32: praelibantes promittentes. (praegustare Ov. am. I 4, 33, alii; dēlībare Cic., Lucr., al.; prolibare Plin.)

praesŏlĭdare Th. I 353: sicco quos [sc. imbres] asper hiatu praesolidat Boreas. (consolidare Vitr. II 8, 7, alii; obsolidare Vitr. II 3, 2.)

praesūdare Th. VI 4: quo [sc. ludo] Martia bellis praesudare paret seseque accendere virtus. Claud. rapt. Pros. II 120 h.: dum matutinis praesudat solibus aer. (cf. circum-, con-, de-, ex-, in-, resudare.)

prōcurvare Th. VI 852 (827): celsum procurvat Agyllea Tydeus. Cypr. Gall. gen. 14: pomiferi ... simul procurvant brachia rami. 608: vitulus tumida procurvans cornua fronte. (cf. con-, in-, recurvare.)

prōfringĕre Th. X 512: quanta pariter cervice gementes profringunt inarata diu Pangaea iuvenci. (cf. supra adfrangere.)

prōnectĕre S. IV 3, 146 φ.: vidi quam seriem merentis aevi pronectant tibi candidae sorores. (cf. an-, con-, in-, inter-, ob-, subnectere.)

transfumare [1]) Th. VI 399 (377): conpressae transfumat anhelitus irae. Sidon. carm. 23, 333 φ.: illi [equi] ad claustra

---

[1]) Recte mea quidem sententia in editionibus *subter anhelare* (S. I 1, 57) et *subter volare* (Th. III 670) copulata non sunt. (Eadem verborum collocatio, quae est Th. III 670, est etiam III 427. IV 412. VI 941 (916).) Ne *super fulgere* quidem S. I 1, 33 coaluisse iudicare cogimur, cum Statius persaepe praepositionem post nomen posuerit.

fremunt repagulisque incumbunt simul ac per obseratas transfumant tabulas. (cf. infumatus, effumare.)

transūmĕre Th. III 292: hastam laeva transumit. II 242: mutatos ... velint transumere cultus. Boeth. anal. pr. I 21: erit syllogismus transsumpta propositione. I 23: in omnibus his ... syllogismus ... fit ad transsumptum. I 30: in aliis ... syllogismis quicunque sunt ex hypothesi, ut quicunque secundum transsumptionem aut secundum qualitatem in subiectis, non in prioribus, sed in transsumptis erit consideratio. I 36: transsumptis quae iis sunt secundum habitudines, non erit syllogismus. II 4: quotquot modis aliter possibile est transumere propositiones; top. Arist. I 6 p. 914[D]: quod ... verum sit, ... ex transsumentibus nuncupationes maxime quis discat; saepe enim praecipientes nomine vocare aliquem sedentium, transsumimus, quando forte is non intelligit, cui praeceptum facimus. (cf. ab-, as-, con-, de-, in-, prae-, resumere.)

II. Verba, quae nova vi praedita sunt.

Quam cupidus novandi Statius fuerit, etiam ex iis verbis cognoscitur, quibus nova significatio subiecta est. Sed quamquam maior illorum numerus poetae ipsi debetur, tamen quin nonnulla e sermone cotidiano deprompta sint, dubium non est. 57 verba,

---

(Cf. Moerner, De P. Pap. Statii Thebaide quaest. crit., gramm., metr., diss. Regimon. 1890, p. 54 sqq.) Huc accedit quod etiam in cod. verbum distractum est. Certe *superfulgere* Porph. Hor. carm. II 17, 22 coniectura restitutum est. — Deinde Vollmer pauca de S. III 3, 68 annotans vocabula *superinfensus* Th. II 660 et *supervincere* S. III 3, 68 et Th. IX 497 tmesi divisa esse dicit. At dubito censere Statium haec verba a se novata distraxisse, quod periculum erat, ut legentes verborum structuram intellegerent. Illa autem verba sermone trita fuisse verisimile non est. Quam ob causam Vollmero non assientiemur, si illa verba aliter interpretari potuerimus, et interpretari posse mihi videor. Th. II 660 *super* non ad *infensus*, sed ad *prosequitur* spectat et idem valet quod *insuper*. Th. IX 497 autem *super* intellegendum est *desuper*; fraxinus desuper vincitur, quod Hippomedon superiorem eius partem, ramos, prehendit ac detrahit. Difficilius est S. III 3, 68 interpretari, sed mihi etiam hic *super insuper* intellegi posse videtur. Tiberius patri Etrusci non modo aulam pandit, sed praeter illum honorem etiam libertate donavit.

quae notarentur, digna putavi. Plura quam pro versuum numero exspectantur, in silvis leguntur; occurrunt enim in ep. 36, et in ep. et in silv. h. 6, in silv. h. 12, in lyr. 1, in pr. 2 verba.

a) Verba, quae antea intransitive dicta erant, apud Statium autem transitiva vi instructa sunt.[1])

1. Verba, quae causativam vim induerunt.

flagrare = inflammare, incendere S. V 2, 120: Ascanius miseram patri flagrabat Elissam. Tert. apol. 46: in quantum odium flagrat veritas, in tantum qui eam ex fide praestat offendit. Avien. Arat. 1128 h.: cum flagratas emittunt marmora chelas. — Greg. Tur. Franc. VII 31: cum ... Burdegalensis civitas maximo flagraretur incendio. Gloss. II 72, 29: flagro flagratus sum *καίομαι*. (alio cum sensu Prop. I 13, 23 verbo flagrandi acc. adiunctus est: *caelestem flagrans amor Herculis Heben*; sequ. infin. Stat. Th. X 221. III 118, alibi.)

nigrare = nigrum reddere S. II 6, 83: non saevius atros nigrasset planctu genetrix tibi saeva lacertos. Tert. adv. Marc. IV 8: nigrati ignorantiae tenebris. Comm. instr. II carm. 24 v. 10: ille nigratus [sic cod. C, *ingratus* BA; = nigra veste indutus] oppressus usuris deplorat factus egenus. Marcell. med. 7 l.: capillo nigrando et incrispando. Prob. app. gramm. IV 202, 7: inter *nigro* et *migro* hoc interest, quod *nigro* nigrum facio significat, *migro* autem loci demutationem demonstrat; cf. Isid. diff. I 393. Gloss. II 366, 43: *μελαίνω* infusco, nigro.

2. Verba, quorum accusativus argumentum verbi vel consilium declarat.

Nonnulla verba transitiva facta sunt accusativo, qui argumentum verbi vel consilium declarat, addito; quae verba prope ad

[1]) Liceat autem mihi, huic capiti occasione data nonnulla quoque verba inserere, quae iam antea accusativum, sed alia cum significatione, asciverant.

figuram quam dicunt etymologicam accedunt.[1]) Permultis receptis Statius quinque in ep. et unum in silv. h. addidit.

aestuare S. I 3, 8: Pisaeum ... domus non aestuat annum. Prud. cath. VII 156 sen.: Coos aestuantem murices laenam; perist. II 250 dim.: sitem ... honoris aestuans. Sedul. op. pasch. 3, 19: aestuantis undae fervores. — aestuari Tert. adv. Marc. II 18: ut sic improbitas aestuata cessaret. Vulg. Sirach 51, 6: in medio ignis non sum aestuatus. Aug. loc. hept. I 203 ad gen. 48, 1: pater tuus turbatur: aliqui codices habent *vexatur* aliqui *aestuatur* et aliud alii. Cassiod. inst. div. 8: inter has sollicitudines graviter aestuatus. Gloss. III 150, 41/42: καυματίζομαι aestuor. III 150, 43/44: καυματίζει aestuatur.[2])

fumare alqd. = fumum alicuius rei emittere Th. VIII 400: obnixa acies pariter suspiria fumant. Paul. Nol. epist. 31, 3: ara simulacri pecudum busta fumabat. — = fumigare Non. p. 548: inpluviatus color, quasi fumato [= fumi colorem referente] stilicidio inplutus.[3]) Claud. XXII 350 h.: spumis fumantem [sic codd., Birt, *fucantem* ς, Koch] Serica frena sanguineis ... equum. Gloss. III 184, 21: καπνιστά fumata. V 203, 18: fumata fumo plena. II 338, 39: καπνίζω fumo, fumigo.

līqui alqd. = lacrimare alqd. = manare alqd. Th. V 270: nubilus indignumque oculis liquentibus imbrem adloquitur.

mugire Th. VI 120 (113): signum luctus cornu grave mugit adunco tibia. — alia significatione Mart. III 46, 8 p.[4]): tibi

---

[1]) Neglexi autem ea permulta verba, quae accusativum adiectivi generis neutrius loco adverbii asciverunt, qualia sunt: Th. VII 762: *altum rubet*; Th. I 330: *molle sedens*; IV 816: *lene virens* (cf. Vollmer ad S. III 1, 40); qui dicendi usus magis ad syntaxim quam ad novas significationes pertinet.

[2]) Non attuli ea exempla, in quibus verbum aestuandi infinitivus vel coniunctio sequitur. Delego eos qui legunt ad thes. linq. Lat.

[3]) Forcell. affert etiam Garg. Mart. pom. (A. Mai. class. auct. 3 p. 426) 26: *carbonibus fumata.* At Rose scribit Garg. Mart. med. p. 206: *carbonibus fumigati.*

[4]) Mea quidem sententia etiam tum verbum transitive dictum est, cum non accusativus sequitur, sed pro obiecto sunt verba ipsa, quae ab aliqua persona proferuntur. Eadem de causa *incohare* Th. VIII 622. XI 121; Ach. II 95 (praeterea Iuvenc. I 64 et Claud. I 235 h.) et *iterare* Th. V 132. XII 93; Ach. I 796 intransitive usurpata esse nego, quamquam inde a Taciti aetate *incohare* saepius intransitive dictum est.

tergeminum mugiet ille sophos. Sil. XII 328: cum ... mugiret Phoebo iam intrata sacerdos: „Solvite ..." Claud. carm. min. 3, 2 h.: quidquid Castalio de gurgite Phoebus anhelat, quidquid fatidico mugit cortina recessu, carmina sunt.

Alia cum vi antea haec verba transitive usurpata erant:

plangere[1]) Th. III 505: vides ... ut nulla ... ales fugiens placabile planxerit omen. Paul. Petr. Mart. V 771: ruptaque singultu adsiduo suspiria flentum plangunt consimilem vicina morte querellam.

salire Th. IV 409: deos non larga caede iuvencum, non alacri pinna aut verum salientibus [sic P pr. m., Petav. schol. Gudian.; *spirantibus* P sec. m., B, schol. Gudian., cet. codd.] [= saliendo monstrantibus] extis ... patuisse refert. Avell. p. 613, 2: ut illud gaudium salias, quo ... David ... exultabat.

3. Verba, quae motum corporis, affectionem animi, sonum significant.

Haec verba ut obiectum acciperent, maxime alia verba eiusdem vel similis significationis effecerunt.

reptare locum = per locum Th. V 581: Nemees reptatus ager. Avien. orb. terr. 894 h.: nec vagus orbem undique reptavi. Paneg. XII 4: geminis Delos reptata numinibus. Claud. V 180 h.: tenero ... amnis reptatus Achilli. VIII 134 h.: Creta ... se iactat tenero reptata Tonanti. Merob. poet. 122 h.: prima ... reptatis nivibus vestigia fixit. Sidon. epist. III 3, 2: istius tibi reptatas caespitis glaebas. III 5, 3: rem parentum ... inter lactantis infantiae rudimenta reptatam.[2]) (cf. Verg. Aen. I 67: navigat aequor; Ov. ars I 48: natantur aquae; cf. Stat. Th. IV 239; S. V 2, 133; Ov. fast. IV 573: erratas ... terras; sim.)

---

[1]) Non attuli Th. VI 6: *hunc ... certavit honorem*; quod hic sermo non separandus est ab illo Volcac. carm. 1, 1 sen.: *multos ... certare hanc rem vidimus, palmam ... cui deferant.*

[2]) Non attuli supra Paul. Nol. epist. 4, 3: *rege ... parvulum incerta reptantem et tuis gressibus ingredi doce*, quod *incerta* pro adverbio dictum esse censeo.

undare alqd. = inundare (Cic., Verg., al.) Ach. I 87: Aeacides tepido modo sanguine Teucros undabit campos.[1])

lacrimare alqd.[2]) Th. IX 100: ne non maerentibus Argos exsequiis lacrimandus eat; S. V 2, 93: satis haec lacrimandaque nobis ultio. Hyg. astr. II 4: obitum domini -mare. Capitol. Pert. 4, 10: cum ... casum ... Commodi -masset. Vopisc. Tac. 6, 7: quae plus quam -manda tolerantibus extiterunt. Avien. Arat. 592 h.: [Electram] ... detestatam germanoque choro subolis lacrimare [ex coni. Grotii; *lacerata ruinis* cod.] ruinas. Rufin. Orig. in num. 24, 2: vota -manda persolvit. Prisc. gramm. III 275, 18: funebria quoque verba ad accusativum feruntur, ut *lugeo te, ploro, lacrimo, plango, queror te.* Ven. Fort. carm. VI 5, 273 h.: vehitur tristi -mata feretro. Eugen. Tol. carm. 21, 2 p.: res -manda. (lacrimari = defluere Ov. fast. I 339: lacrimatas cortice murras; alii.)

obstupescere[3]) alqd. Th. III 520: canentem obstipuere duces; S. III 1, 42: qualem [sc. Herculem] vagae post crimina noctis Thespius obstupuit. Ps. Quint. decl. min. 252 p. 383, 20: milites ... portas clausas obstipuisse. Tert. carn. 9: Christum hominem obstupescebant. Rufin. Adamant. II 18. Amm. XXV 3, 13. Claud. XX 285 h.: obstipuere truces omen Corybantes. Cassian. conl. XII 12, 3. XIV 7, 2: cuius tam evidentem gratiam senex non mediocriter admiratus eoque amplius obstupescens quod ...[4]) Mar. Victorin. ad Iust. 1: admirans ... et obstupescens pertinax

---

1) Drac. laud. dei III 108 h. unus cod. V exhibet *lacrimis undando genas,* ceteri codd. *udando.* — Perperam Vollm. dicit, Statium *redundare alqd.* (S. IV 3, 71 φ. = dicere) novasse. Iam Ovidius hoc verbo transitive utitur: fast. VI 402: *amne redundatis ... aquis*; trist. III 10, 52. Praeterea hoc verbum transitive usurpatum est Drac. laud. dei I 535 h. et Iord. Get. 60, 307; his locis idem valet quod *referre, reicere ad*; Schol. Hor. carm. I 2, 18 habet vim *inundandi.*

2) Ter. Eun. 829: *num id lacrimat?* est *id* ut saepe paene particula facta et significat *ob id, propterea*; cf. Don. ad. h. l. Idem sentiendum est de illo Ter. Phorm. 991: *quid obstipuisti?*

3) Varro sent. 74 Riese codicum lectione *obstupenda* reiecta scribit *obstupescenda,* quam coniecturam probare vereor. — De accusativo e verbis incohativis pendente cf. Sittl, Arch. f. Lex. I 499 sqq.

4) Intransitive mea quidem sententia dictum est Cassian. conl. I 15, 1.

tuum consilium. Paul. Petr. Mart. V 684: obstipuere suum monachorum gaudia votum. Cassiod. var. I 45, 2. II 39, 11. V 22, 3. I 45, 5: quod obstupescant homines evenisse; or. frg. p. 481, 7: en corusca sedes, quam dives India miretur, Persis gemmata concelebret, Hispania nobilis obstupescat; in psalm. 91, 5. Greg. Tur. Franc. V 36 p. 229, 18. Greg. M. mor. 2, 41: humanitatis infirmitas obstupescenda. 27, 59 [1]); dial. III 13. Drac. Romul. I 15 sept. (stupere alqd. Verg., al., Stat. saepe.)

păvescĕre Th. XII 222: nil corde nec ore pavescens. Sil. II 335: quin ... manes umbrasque pavescat Dardanias. XIII 634: ne bella -scas ulla. XV 6. XVI 127: ne ... laeta pavesce prodigia. Tac. hist. IV 7: iudicium magistratuum -scerent. IV 14: inania legionum nomina ne -scerent. IV 84. ann. I 4. I 59. XIV 30. Plin. med. III 10: pavescentibus [2]) aquam. Iuvenc. II 488: illum ... cordis secreta pavescant. Hymn. Ambr. II 61, 18 dim.: quem editum ex virgine pavescit omnis anima. Prosp. epigr. 19, 5 h.: calles, quos mundi vana pavescunt. 52, 3 h.: ferre pavescens indocti iniustum iudicium populi. Aug. c. Iul. op. imperf. 4, 25. [3]) Petron. Chrys. serm. 79 p. 422 C. 101 p. 481 B. 103 p. 487 C: hoc gentes mirentur, Iudaei stupeant, mundus pavescat. Leo M. serm. 9, 2. 55, 5. Claud. Mam. anim. II 9. Paul. Petr. Mart. II 386: ne vim timeat neve arma pavescat. V 49: trepida pondus cervice -sco. V 63: se conferre -scit. V 714: miseris irato rege pavescit interitum. VI 497: altores ... favos concors natura -scit. Sidon. epist. VII 6, 6: regem ... non tam Romanis moenibus quam legibus Christianis insidiaturum -sco. Drac. Romul. VI 94 h.: Virginitas pudibunda fugit gratumque -scens fletibus ora rigat. Ennod. epist. I 18, 1 p. 29, 14. Lux. anth. 291, 3 sept.: nec manum fugit vocatus nec -scit regiam. Cassiod. var. VI 20, 4. VII 1, 3: signa tua abactores timeant, fures -scant. IX 3, 5. XI 40, 6. XII 7, 2: chlamydes non -scant, qui arma timuerunt. XII 24, 2; in psalm. 48, 17: ne terrarum divites pertimescant, quoniam bene generaliter pecuniosus pavescitur. Coripp. Ioh. IV 386: vividus

---

[1]) Sittl l. l. p. 510 affert etiam mor. 26, 14, 32. 28, 22, 42, quos locos non repperi.

[2]) Sittl l. l. p. 513 *expavescentibus* scribi iubet.

[3]) Non repperi Aug. de spirit. et an. 59, quem locum Sittl l. l. p. 514 affert.

ore canis leporem damamque -scat? Greg. Tur. Franc. II 34 et III praef.: paviscere; vit. patr. V 3: oportet te ... nihil de illius dolositate pavescere. Ven. Fort. carm. X 19, 11 h.: arma -scat; Mart. I 295 h.: avidae flammae sua nutrimenta -scunt. Isid. synon. I 61: quid amplius formidas? quid amplius -scis? I 50; praef. test. 97. (intrans. Sall., al. — expavescere trans. Hor., al., Stat.; pavēre trans. Hor., al., Stat.)

consonare Th. III 494: omnis in astris consonet arcana volucris bona murmura linqua. Hier. c. Lucif. 18: ab universis consonatum est: „anathema sit". Boeth. mus. IV 8: consonabit symphoniam. (sonare alqd.)

dētŏnare S. II 7, 66 φ.: albos ossibus Italis Philippos et Pharsalica bella detonabis, quod fulmen ducis inter arma divi eqs. Sil. XVII 201 et Cypr. Gall. exod. 164. 1034: haec ubi detonuit dominus. (tonare alqd. Verg., al., Stat. S. IV 9, 15 φ.; intonare Ov., al., Stat. Th. II 668. XII 771; S. V 3, 97.)

immurmurare Th. XI 63: [Tisiphone] terrae immurmurat absens nomen. Sil. VII 146: iamque dolore furens ita secum immurmurat irae: „Obvia si ...". Cod. Theod. IX 38, 6 a. 381: qui noxiis quaesita graminibus et diris inmurmurata secretis mentis et corporis venena conposuit. Macr. sat. VI 7, 1: ipse publicato nobis quod inmurmurat. Aug. catech. rud. 10, 15: decurtata et mutilata verba inmurmurare. Avell. p. 737, 21: vox ... illa auribus meis indesinenter inmurmurat, quia „nemo ... aptus est regno dei". Cassiod. var. VIII 32, 3: nescio quid inmurmurat.

4. Verba, quae infinitivus sequitur.

Non accusativum, sed infinitivum septem verba assumpserunt. Alia autem, quamquam apud Statium primum vel solum cum infinitivo conexa sunt, neglexi, aut cum iam antea ea accusativus vel loco accusativi enuntiatum secundarium secutum esset aut cum infinitivi usus, quod non accusativi vice, sed enuntiationis finalis vel supini fungebatur, ad syntaxim pertineret.[1])

[1]) In animo mihi sunt verba qualia sunt Th. I 500: *indulgens reparare animum*, saepius; Th. IX 505: *victus ... fateri*; S. I 2, 254: *ambissent laudare diem*; Th. I 225: *punire ... descendo*; Th. IX 188: *tela*

calere Th. IV 261: arma, tubas audire calens et pulvere belli flaventem sordere comam captoque referri hostis equo. Tert. scorp. 1: calentes et ipsi offendere, figere, occidere. Claud. X 287 h.: calet obvius ire; carm. min. 22, 29 h.: leones quae stravisse calent [sic codd. V et A, Koch; *valent* cet. codd., Birt]. (cf. ardere seq. inf. Verg., al.; flagrare c. inf. Th. III 118. X 221; sudant claustra remoliri Th. X 526.)

distare Ach. I 343: dicit et admoto non distat [sic P, *cessat* ω] comere tactu. (desistere seq. inf. Cic., al.; absistere Verg., al.)

gliscere[1]) Th. III 73: pellere leges et consanguineo gliscis [sic B, *gestis* P] regnare superbus exule.

imminere Th. IV 195: dona viro mutare velit, spoliisque ...ntis imminet Argiae raptoque excellere[2]) cultu.[3]) — enuntia- secundarium sequitur Greg. M. epist. VIII 22: vestrae ex- tiae me scripsisse et saepius inminuisse [= admonuisse], revidere festinet; dial. IV 38: vidit tetros et nigerrimos coram se assistentes et vehementer imminere, ut ad in- ferni claustra eum raperent. (studere seq. inf. Plaut., al.)

rubere[4]) Ach. I 863: timido . . . rubet [sc. leo] servire [sic ex coni. Krohnii; *iuvet* servire P; alii aliud tradunt] magistro. (erubescere seq. inf. Verg., al., Stat. S. I 4, 5. II 6, 85.)

superbire Th. VIII 587: praeterit haut dubium fati et spoliare superbit. (spernere, contemnere, dedignari seq. inf.; S. I 2, 105: non aspernata rogari.)

---

coniugibus servant . . . ostendere. — De infinitivi usu apud Statium cf. Fr. Lohrii diss. Marb. 1876.

[1]) Lectionem cod. B praefero, quod a Statii studio a sermone usitato recedendi minime abhorret. Illud inusitatum *gliscis* facillime in *gestis* corrumpi potuit, cum *gestire* inde ab antiquissimis temporibus cum infinitivo conexum esset. *Gliscere* praeterea legitur Th. I 107. VIII 755. XII 639.

[2]) Displicet mihi Gl. ms. apud Barthium, quae *excellere scil. velit* intellegit.

[3]) Subiecti vice infinitivus postea saepius functus est.

[4]) Alia vi *rubere alqd.* instructum est Lucan. V 549: *luna . . . nec duxit recto tenuata cacumina cornu ventorumque notam rubuit, tum lurida pallens ora tulit voltu sub nubem tristis ituro.*

tumere[1]) S. II 5, 13: hoc licuisse nefas placidi tumuere [sic ex coni. Baehr., *timuere* cod.] leones; Ach. I 348: sparsos ... tumet [ex coni. Gron., *timet* P] conponere crines. — Sil. X 176: antiqua tumentem nomina saxificae monstrosa e stirpe Medusae.

5. Verba composita, quorum prior pars praepositio est accusativo iuncta.

Quod quattuor verba composita, quorum prior pars praepositio est, quae cum accusativo iungebatur, accusativum ipsum praepositione non iterata asciverunt, mirum non est.

adsĭlire Th. V 56: quas [sc. insulas] spumifer adsilit Aegon. (cf. alludere S. III 5, 84). VI 777 (752): hostem ... ultro ... intratque et obumbrat et alte adsilit. X 456: adsilit aethera magnum clamor. III 77: te series orbarum excisa domorum planctibus adsiduis, te diro horrore volantes quinquaginta animae circum noctesque diesque adsilient. Amm. XXXI 8, 9: tribunum castra ponentem -liunt. Lex. Sal. 13 add. 5: si quis foeminam ... adsalierit et vim illi inferre praesumpserit. 14, 4 (in 3 β E): hominem ... adsallire. 17 add. 2: si quis alterum in via adsallierit. 42, 1: si ... hominem ... in domo suo adsallierit et ibi eum occiderit. 14, 5. 14, 6. 14 add. 1. 13 add. 4. 31 add. 1.

adsultare Th. VII 384: quam [urbem] ... hostis indigena adsultat. XI 244: frater muris circum omnibus instat portarumque moras frenis adsultat et hastis. Tac. ann. I 51: hostes ... latera et frontem modice adsultantes. Auson. 332, 32 h.: qua ... Getes ... Histrum adsultabat.

perfurere Th. IV 389: tumidum Gangen aut claustra novissima rubrae Tethyos Eoasque domos flagrante triumpho perfuris. (intrans. Lucr., al., Stat. Th. IV 823.)

supernatare S. III 2, 47: summas ... supernatet[2]) undas. Avien. Arat. 1412 h.: terram ... supernatat omnem. — intrans.

---

[1]) Sen. Thyest. 267 et Val. Fl. II 103, quos locos lexica afferunt, transitiva vis verbi tumendi nunc emendatione remota est.

[2]) Vollm. divisit. Ita Statium scribere potuisse concedo; sed cum etiam in cod. coaluisse videatur et intransitive dictum saepius occurrat, Klotzio assentiri malo.

(Col., al.) Paul. Nol. carm. 24, 179 sen.: tabulis adhuc supernatabat extimis operta navis gurgite. Carm. de pond. 106 h.: ne totus sedeat totusve supernatet undis.

6. Verba composita, quae cum accusativo coniuncta sunt secuta sive simplicia sive alia verba eiusdem significationis.

absilire alqd. = relinquere Th. VI 98 (91): fugere ferae nidosque tepentes absiliunt (metus urget) aves.

dēcertare alqd. = superare, debellare (Verg., al., Stat.): Th. I 2: alterna ... regna profanis decertata odiis. I 479: ventis ut decertata residunt aequora. (cf. Sil. XVII 337: certatus ... orbis.) — = pugnam, rem ad finem perducere Gell. X 18, 6: ad eas laudes decertandas venisse dicuntur. Auson. 385, 34 p.: gladiatores funebria proelia notum decertasse foro. Claud. XXI 21 h.: gelidam Thracen decertatosque labores Hebro teste canam? Cassian. inst. VI 5 et VIII 5: agonem spiritalem ... legitime decertare. X 5: Christi verus athleta, qui agonem perfectionis cupit legitime decertare.[1]

extare alqm. = superare S. I 2, 116: quantum Latonia nymphas virgo premit quantumque egomet Nereidas exto.

praeludere S. I praef.: nec quisquam est inlustrium poetarum, qui non aliquid operibus suis stilo remissiore praeluserit. Iul. Val. II 6: interitum nostrum molitur civitatisque -dit exitium. Avien. orb. terr. 1365 h.: discursu ... sacro -dit praelia Liber. Claud. XXII 337 h.: hic ego promissam subolem sperataque mundo pignora praelusi. Rut. Nam. I 257 h.: ut solet [sc. taurus] excussis pugnam praeludere glebis. Sedul. op. pasch. III 8: cuius vita motu corporis carens funeream praeludebat imaginem.

refulgere alqd. = refringere (Plin. nat. II 150) Th. VI 666 (644): qualis Bistoniis clipeus Mavortis in arvis luce mala Pangaea ferit solemque refulgens territat. Aug. serm. ed. Mai. 163, 1: si lumine privatus oculorum, intrare Domini non potuit nisi refulsa luce convivium. (lumen repercussum Verg.)

---

[1]) *decertari* = dep. Ven. Fort. carm. VI 1, 109 h. Lex Visig. Nov. V 7, 19.

introgredi alqd. = intrare Th. III 345: introgressus portas. Heges. IV 25, 3: Idumaei de templo urbem -gressi. Vulg. I reg. 23, 7: -gressus urbem; act. 19, 8: -gressus synagogam.

b) Verba transitiva, quae apud Statium intransitive usurpata sunt.

1. Verba, quae reflexivam vim induerunt [1]).

Verba eius modi imprimis sermonis vulgaris et castrensis propria erant et maxime posterioribus temporibus vigebant. Sed magnus numerus non modo ab optimis aureae aetatis scriptoribus usurpabatur, verum etiam poetae et multa recipiebant et ipsi novabant. Saepe verba huius generis in participio tantum praesentis occurrunt. Statius multis receptis addidit in silvis unum; alterum vocabulum etsi non reflexive, tamen certe intransitive dictum est; tertium novum legitur in Thebaide.

fuscare = nigrum fieri S. III 4, 66: ne ... pulchrae fuscaret gratia formae.

miscere = se miscere Th. IV 416: mersum Ismeni subter confinia ponto miscentis [= immiscentis se ponto]. Coripp. Ioh. VII 177: dulcia consertis strinxissem pectora palmis miscuissemque [sic T, Petsch., *mersa essem* Partsch] simul corpus complexa mariti. Iord. Get. 24, 121: dum ... eorum conplexibus in coitu miscuissent.

infitiari [2]) = negare S. III 5, 31: cum Capitolia nostrae infitiata lyrae.

2. Nonnulla verba composita a Statio sive solo sive primo absolute posita.

circumflare Th. XI 42: circumflantibus austris alternus procumbit ager. Boeth. cons. I 3, 35: si in hoc vitae salo circumflantibus agitemur procellis. (circumflari Cic. Verr. III 98.)

---

[1]) Cf. Elter, Rhein. Mus. XLI 538 sqq. Woelfflin, Der reflexive Gebrauch der verba transitiva, Arch. f. Lex. X 1 sqq.

[2]) Vollmer *revocare* S. III 3, 151 *repeti* significare censet. At illo loco *hunc* etiam cum *revocante* iungendum est. Neque Muellero Th. VI 744 (719) *locavit* reflexive usurpatum esse dicenti assentiri cogor.

praefŭlgŭrare Th. VII 502: multo ... latus praefulgurat ense. (trans. Val. Fl. III 222.)

intermĭcare Th. XII 252: cernis ut ... e speculis moriens intermicet ignis? Lact. inst. VI 20, 7: intermicantibus astrorum luminibus.[1]) Claud. I 26 h.: Plaustro iam rara intermicat Arctos; rapt. Pros. I 185 h.: rutilum squamis intermicat aurum. Aug. c. Iul. op. imperf. I 39: virtus ... in operibus quidem imaginis Dei, id est humanae animae pro creaturae ipsius modo et viribus -cat. Salv. eccl. II 48: aulas gemmis -cantibus expolitas. Cypr. Gall. exod. 1100: iaspis ... viget fulvoque -cat auro. Avell. p. 750, 20: regalis [i. e. sapphiri species] auri punctis -cans; p. 752, 16: in quibus [lapidibus] sunt veluti notae -cantes. Coripp. Iust. IV 150: lilia cana ferunt mediumque -cat aurum. Ven. Fort. carm. VI 1, 108 h.: aurum si -cet ostro. (trans. Val. Fl. IV 262 h.: tenebras nimbosque -cat ignis.)

transabire Th. VI 510 (488): hunc ... praeter ... iacentem ... transabiere fuga. VII 369: transabiere duces. Sil. XII 264: transabiit non hunc sitiens gravis hasta cruorem. Apul. met. VII 8: per medias acies infesti militis transabivi. (trans. Val. Fl. IV 511. Stat. Th. VI 713 (691), alii; = perfodere Verg. Aen. IX 432. Stat. Th. II 9. IX 126, alii.)

c) Cetera verba, quibus nova vis subiecta est.

augurari S. I 4, 120: dum ... assiduus nunc aure vigil nunc lumine cuncta auguror [= observo, contemplor; *aucupor* coni. Heins., Klotz]. — S. III 5, 13: quod Euboicos ... remeare penates auguror [= in animo habeo].

clamare = clamore implere Th. V 462: non speratis clamatur Lemnos alumnis; S. IV 8, 16: dulcis tremit ecce tumultus, tot dominis clamata domus. (cf. ululatus.)

crūdescĕre = iuvenescere, renovari Th. XI 323: exsangues crudescunt luctibus anni.[2])

---

[1]) Georges affert etiam Amm.: *caelum subtextum caligine cernebatur obscura et ... ad usque meridiem intermicabant iugiter stellae*; qui locus ei animo obversetur, nescio.

[2]) Aliam significationem in lexicis omissam exhibet Heges. V 24, 2: *post biduanum ieiunium si quid avidius sumseris, statim crudescit* [= crudum manet, non concoquitur].

defensare = prohibere S. V 2, 105: defensare metus adversaque tela subisti pellere. Gell. VII 16, 11: propulsabat invidiam et defensabat invidiam. Iul. Val. I 39: cuius supplicii merita cum a sese barbari defensarent ac ius legationis intemeratum sibi vellent. (defendere alqd. Verg., al., Stat.)

ēvĭgĭlare = expergisci Th. X 121: zonis lucentibus icta evigilat domus. S. V 3, 128: mediis miser evigilavit in undis. Quint. inst. IX 4, 12: cum -lassent. Ps. Quint. decl. mai. II 19: prima sunt -lantium praesidia clamores. Plin. epist. I 5, 9. IX 36, 1: -lo cum libuit, plerumque circa horam primam. Suet. Aug. 78: si ... maturius -landum esset; Claud. 33: ante mediam noctem plerumque -labat; Galba 4; Vesp. 21: maturius semper ac de nocte -labat. Apul. met. IV 18: si qui de familia forte -lassent [ex coni.; codd. *vigilassent*]. VIII 12: relictis somnolentis tenebris ad aliam poenalem -la caliginem. Tert. anim. 43: cum -laverit corpus; adv. Marc. III 24. Lact. opif. 18, 4: rursus ardescit et quasi -lat [sc. ignis]. Iuvenc. II 35: illum ... -lare rogant. Hier. in eccles. 12 p. 490: ad lenem sonum -lat. Vulg. Gen. 9, 24: -lans ... ex vino; Iudith 14, 9: inquietudinem arte moliebantur, ut non ab excitantibus, sed a sonantibus Holofernes -laret; Luc. 9, 32: -lantes viderunt. Sulp. Sev. chron. I 43, 7: ut somno ... -let. Claud. Mam. anim. III 3: -la paulisper. Ps. Theod. Prisc. add. p. 308, 13. Alc. Avit. hom. 6 p. 112, 20: ut, qui securus iacebat, -let; hom. 6 p. 112, 29: quocirca si non diximus Christo: „Vigila nobiscum", saltim dicamus: „evigila propter nos". Ven. Fort. Mart. IV 11 h.: surgam -lansque oculis detergam pollice somnum. Gloss. IV 440, 43: -lavit expersit [= experrexit].

excludere = claudere, finire S. II praef.: excludit volumen genethliacon Lucani.

expugnare = oppugnare Th. VI 779 (754): furentem circuit expugnans. Quint. inst. V 14, 20: aut ... expugnatur intentio aut adsumptio aut conclusio, nonnumquam omnia. Intentio expugnatur ..., expugnatur adsumptio ... Cod. Theod. XVI 4, 4 a. 404: qui sacrilego animo auctoritatem nostri numinis ausi fuerint expugnare. Cod. Iust. III 28, 37, 1 f. a. 531: ut neque eorum testamenta de inofficioso querella expugnentur. Ven. Fort. epist. (carm. III 1) 2: quoniam ... qui se parvulum inter homines

vult videri magnificum se elatus respiciet in supernis, unusquisque qualiter desiderat et expugnat [= strenue expetit].

insumere = sumere, assumere [1]) Th. XI 627: paulatim insumpserat [sic P, *sumpserat* cet. codd.] iras mortis. Tac. ann. XIV 44: creditisne, servum interficiendi domini animum insumpsisse? [sic cod. M, Halm.]

intrare = instare, aggredi Th. VI 776 (751): hostem ... audax animis intratque [*instat* Kohlm.] et obumbrat et alte adsilit.

plorata [2]) cupressus [= ad quam ploratur] Th. IV 460 et S. V 5, 30.

praecinere alqd. = cantu edere, carmen canere S. V 3, 59: praecinerem gemitum. Vulg. I par. 15, 22: ad praecinendam melodiam. Paul. Nol. carm. 25, 200 p.: ipse praecinat hymnisonis cantica sancta choris. Mart. Cap. IX 901: praecineret nuptiale carmen.

praeferre = afferre alqd. priusquam alqd. fit Th. VI 476 (454): ruit ... Thoas nec praetulit [sic codd., *pertulit* Baehr., Kohlm.] ullam frater opem. [3])

praerumpere, prae- spectat ad tempus Th. II 72: dies noto signata Tonantis fulmine, praerupti [= immaturi] cum te, tener Euhie, partus transmisere patri.

---

[1]) Mihi videtur valde dubium esse an haec vis verbo *insumendi* numquam fuerit. Nam et hoc loco et Taciti facillime littera *m* antecedente *sumere* in *insumere* corrumpi potuit. Ceteris Statianis locis verbo insumendi ea significatio est, in qua natum est excepto Th. II 39; at hic versus Statii non est. Postea hoc verbum vim *consumendi, concoquendi* assumpsit: Cassian. conl. II 26, 2 [= vesci]. Cael. Aur. salut. praec. 41; chron. III 2, 20. V 11, 132. V 11, 137. II 1, 60. acut. II 37, 213. III 17, 151. Cass. Fel. 47.

[2]) *Lamentata* Th. XII 224: passiva significatione instructum esse nego; translatum est.

[3]) Idem quod *praefari* valet *praeferre* Ennod. epist. V 14 p. 137, 21: superest salutatione praelata, ut ... VI 9: praelato debitae salutationis obsequio precor. VII 18. VII 29 p. 195, 11. III 24 p. 90, 2: hoc ad defensionem integram quod praetuli computabo. VIII 33. *praelatus* = *supra dictus* Ravenn. p. 8, 11. 39, 19. 240, 15. 242, 13. Vis *praedicandi* subest Comm. apolog. 295. Fulg. act. mund. p. 130, 23. 168, 25. Eugipp. Sev. 32, 2. Ven. Fort. carm. VII 16, 11 h. IX 1, 15.

protegere[1]) = prohibere S. III 1, 121: coquitur pars umida terrae protectura hiemes atque exclusura pruinas.

rĕcĭnĕre = irritum reddere, revocare (Ov., al.): Th. VI 923 (898): dirae recinebant [sic P, *retinebant* B] omina Parcae [*parrae* coni. Muell.]. Apul. Socr. 19: prius ... quam increpitu indignatum Amorem recinendo placasset. (recantare Hor. carm. I 16, 27.)

rĕclūdĕre = claudere, occludere S. III 4, 98: speculum reclusit imagine rapta. III 1, 8: tune ille reclusi [= reconditi, exigui] liminis et parvae custos inglorius arae? Marcell. dig. VIII 2, 10: ut non penitus lumen -datur. Paul. dig. XLVII 2, 21, 6: rebus moventibus in horreo -sis. Ulp. dig. XLII 1, 15, 12: pecuniam ... depositam ... vel in arcam -sam. Min. Fel. 25, 12: pullos cavea -sos. Tert. idol. 17: neminem vinciat, neminem -dat aut torqueat. Iren. IV 11, 3: eos ... in tenebras ... -det. Comm. apol. v. 516: alterum ... iussit decollari -sum. Porph. Hor. carm. II 19, 14: Pentheus vinctum -serat; carm. II 14, 26: quae [sc. vina] hic magnopere servaverat -sa. Iust. I 9, 16: singulae [paelices] separatim -dantur. XXVI 1, 7: in carcerem -duntur. Pallad. IV 10, 33: ficus recentes ... in novo vase fictili ... -dunt. Iul. Ruf. rhet. 1: εἰρωνεία ... exprimitur cum aliud in pectore -sum aliud in linqua promptum habemus. Lucif. non parc. 18 p. 248, 3: -debantur apostoli in carcerem. 32 p. 278, 4: torquere proscibere ... -dere carcere eqs. Chiron. 659: ut venas omnes -das [= praecludas]. 302: recludes eos [= equos]. 982. Amm. XVI 10, 1: quasi -so Iani templo. Hier. in Matth. 5, 25 p. 28: cum et anima et caro pariter -dendae [sc. in carcerem] sint ... nequaquam in carcerem -dendi. Vulg. num. 15, 34: -serunt eum in carcerem; sap. 5, 12: divisus aer continuo in se -sus est. Sedul. carm. pasch. V 390 h.: nebula ... -dens omnia. Alc. Avit. carm. 6, 580: facinus ... -sum pandere. Conc. Aurel. a. 533 c. 13: abbates, martyrarii, reclusi [= monachi] vel presbyteri. Inst. Iust. III 2, 7: quod satis absurdum erat, quod cognatis a praetore apertum est, hoc adgnatis esse -sum

---

[1]) Voci *praetermittendi* S. III 2, 84 non significatio *transmittendi*, *transvehendi* subiecta est, id quod lexica dicunt, sed aeque atque Cic. epist. XI 21, 1 idem valet quod *praeterire sinere*.

[= praeclusum]. Iulian. epit. novell. 73, 3: in decanicis ecclesiarum -datur. Coripp. Ioh. III 118: praedam exhaustis rapiunt raptamque reclaudunt. Iord. Get. 26, 136: in alia parte socios ... -sos. 31, 162: a Galliis ... fugientes Spanias se -serunt. Itin. Anton. Plac. 20 rec. A: post reclausa cruce ultra non apparebit stella. 20 rec. B. Greg. Tur. Franc. II 37 p. 100, 21: erat ... reclausus in monasterio suo. V 10. VI 6 p. 249, 24. p. 250, 18. VI 29 p. 268, 19. p. 268, 22. IX 40 p. 398, 16. VIII 34. Ven. Fort. epist. (carm. III 2) 1: quem ... intra pectoris habitaculum retineo conditum et reclausum; carm. VIII 9 l.: cum se reclauderet. Gloss. IV 385, 20: recludit inpellit [*repellit* b] vel denuo claudit. IV 560, 45 et V 328, 1: reclusum apertum vel inclusum.[1])

superimminere = denuo succedere Th. IV 529: in speculis Mors atra sedet dominique silentes adnumerat populos; maior superimminet [sic B, *supereminet* P] ordo.

III. Verba, quae primum in carminibus occurrunt.

Verborum antea a scriptoribus solutae orationis solis usurpatorum Statius in silvis maiorem quam exspectatur numerum in usum suum vocavit. Nam 12 verba huius generis leguntur in ep., 1 et in ep. et in silv. h., praeter hoc in silv. h. 7, in φ. 4.

adnuntiare Th. VII 457: alios [sic P] pluresque adnuntiat hostes maioresque timor. (Sen., al.) Prud. cath. 12, 69 dim.: regem deumque adnuntiant thesaurus et fragrans odor turis Sabaei. Ven. Fort. carm. spur. app. 7, 7 dim.: Esaias quae cecinit completa sunt in virgine annuntiavit angelus.

aestivare Th. V 16: [grues] nudo iuvat aestivare sub Haemo; S. IV 4, 22: Latiis aestivat in oris? (Varro, al.)

---

[1]) *Excludendi* vis subest Apul. Plat. 25: ceteris non reclusis ianua. Cod. Iust. VI 51, 1 pr. a. 534: et nomen et materiam caducorum ... ab orbe Romano -dere. VI 58, 14, 3 a. 531: germana ... ab eadem successione -ditur. VII 31, 1 pr. a. 531: satis inutile est usucapionem in Italicis quidem solis rebus admittere, in provincialibus autem -dere. — *Aperire* significare *excludere* numquam desiit et saepe scriptores perparvo spatio intermisso et hac et illa significatione usi sunt.

circumplecti[1]) S. I 5, 44: stupet ipse beatas circumplexus opes et parcius imperat ignis. (Cic., al.) Avien. orb. terr. 95 h.: caeruleo loca circumplectitur aestu. 1138 h.: plurima ... circumplectitur ... oram Arabum. 1202 h.: tellus quae circumplectitur urbem.

dĕculcare Th. I 623: hi trabibus duris ... proterere exanimos artus asprosque molares deculcare genis. (Plin. nat. XVII 61, alii.) Avien. Arat. 193 h.: inpressio plantae tempora deculcat maculosi prona draconis. (proculcare Verg., al., Stat. Th. VIII 661. X 741.)

dĕiungere Th. IX 424: vetitam currus deiungere [sic P, *disiungere* cet. codd.] Phoeben. (Varro rust. II 6, 4. 7, 12, alii.)

dēplere[2]) Ach. I 8: si veterem [fontem] digno deplevimus haustu. (Cato, al.)

dēsăcrare Th. IX 586: Triviae quam [sc. quercum] desacraverat. (Vitr. I 1, 5 ex coni. Plin. XXVIII 112: desecratus, alii. — consecrare Cat., al.)

dētumescere Th. III 259: stagna lacusque sonori detumuere. V 468: detumuere animi maris. (Petr., al.) Prud. perist. X 145 sen.: trecenta insignia, quibus tumetis moxque detumescitis.

efflorescere Th. X 807: novis proavum tellus effloruit armis. (Cic., al.)

exŏlescere[3]) S. I 6, 99 φ.: quam nullo sacer exolescet aevo! (Liv., al.; exoletus Plaut., al.; ăbŏlescere Verg. Aen. VII 232.)

inluminare Th. X 603: patrias ... inluminat umbras. XII 275: rupto ... vias inluminat igni. (Cic., al.) Avien. ora 670 sen.: dies at illos clara tunc inluminat; orb. terr. 63 h.: vix hebes has oras ardor Titanius adflat, vix evecta dies illuminat. Carm. epigr. 111, 5 sen.: patriam senatum coniugemque inluminas. Hil. hymn. 1, 12 dim. (ed. Daniel, thes. hymn. I p. 1): interna nostri pectoris illuminans praecordia. Hymn. Ambr. I 5, 1 dim.: illuminans altissimus micantium astrorum globos. Claud. rapt.

---

[1]) Verg. Aen. V 312 *circum amplectitur* scribitur. Activa forma *circumplectere* legitur Plaut. asin. 696.

[2]) Manil. IV 13 *deflere* scribitur.

[3]) Plaut. Bacch. 1135 legitur *exsolvere*.

Pros. II 227 h.: [fraxinus] illuminat obvia currus. Prud. c. Symm. II 599 h.: quas [terras] ... roseo ... aurora illuminat ortu. (illustrare Hor., al., Stat. Ach. I 740.)

intercīdere Th. II 184: non fugeret diras lux intercisa Mycenas. VI 45: interciso ... tumultu. (Cic., al.) Auson. 292, 4 h.: praecipitis Rhodani sic intercisa fluentis [Arelate]. Claud. I 172 h.: ante Thyesteis iterum conterrita mensis intercisa dies refugos vertetur in ortus. Prud. psych. 257 h.: quam [sc. foveam] callida ... fraus interciso suffoderat aequore. Paul. Petric. Mart. II 223: nec tempore saltim intercisa brevi virtutum stemmata cessant.

intersecare S. III 5, 9: non intersectas [*interfectas* cod.] commenta retexere telas. (Vitr., al.) Avien. ora 614 sen.: huius [sc. Rhodani] alveo Hibera tellus adque Ligyes asperi intersecantur. 639 sen.: arva Gallici soli intersecantur scrupeo fastigio; orb. terr. 940 h.: nusquam terras intersecat amnis? Prud. apoth. 134 h.: additus unus ecce vaporiferos ridens intersecat ignes.

interstinguere S. III 5, 90: innumeris spatia interstincta columnis. (Plin., al.)

perlibrare Ach. I 762: vultus ac pectora Ulixes perlibrat visu. (Vitr.) Sil. II 190: saevam bipennem perlibrans mediae fronti. V 321: hastam perlibrat. XII 404. XV 695: coeptantem Arabum ... iaculum a tergo perlibrat ad ossa.

praeludere Ach. I 19: te longo necdum fidente paratu molimur magnusque tibi praeludit Achilles. (Plin. nat. XXXVII 19, alii.) Claud. XXVIII 68 h.: parvum ... triumphis imbuit et magnis docuit praeludere fatis [= ea lusu antecapere].

praemĕtere S. III 4, 11: forsan et ipse comae numquam labentis honorem praemetet. (Paul. Fest. p. 235: praemetium, quod praelibationis causa ante praemetitur. — praecerpere Cat., al., Stat.)

praevalere[1]) Th. XI 111: neu mitis Adrastus praevaleat; Ach. I 797: praevalet arcu. (Liv., al.) Auson. 342, 2 h.: praevalet inperio mas [scil. sexus]. 348, 21 h.: praevaluit post quam [sc. litteram K] Gammae vice functa prius, C. Paul. Nol. carm. 24, 93 sen.: praevalebat omnium sententia auctore Christo fortior.

---

[1]) Phaedr. I 13, 13 alieni est.

Cypr. Gall. exod. 581: quae [sc. causa] tristior esse praevaleat. Alc. Avit. carm. IV 358: -luit pro pace metus. Ven. Fort. carm. V 5, 4 p.: sine quo nullum praevalet [= valet] esse bonum.

replicare S. IV 9, 29 φ.: replictae bulborum tunicae. (Cato, al.) Ser. Samm. 977: subito -cantur corpora morbo. Avien. Arat 1107 h.: nixus genibus -cato crure residens poplite. Auson. 348, 22 h.: alium pro se titulum -cata dedit G. 396, 48 ascl. min.: fac campum -ces, Musa, papyrium. 416, 27 h.: donec consimilis ligni -cetur in orbem. Prud. perist. 11, 4 p.: difficile est, ut -care queam; apoth. 232 h.: ut rursum Patris in gremium -cata reportet mortua quae fuerant. Mart. Cap. VII 802 h.: in veterem cultum -cantur abollae. Sidon. carm. 7, 417 h.: otia si -co priscae bene nota quietis. Alc. Avit. carm. 5, 710: luctificos -cat tenuis dum pagina lapsus. 6, 412: quid totum -cem? 6, 381: antiquus mundi -cans exordia vates. 6, 539: dum spatium -cans geminos sol ungeret annos.

subministrare S. II 7, 128 φ.: solacia vana subministrat vultus. (Cic., al.) Comm. instr. II carm. 36 v. 6: subministra magis, quod amplius quaeris abuti, infimo pauperclo.

supergredi S. V 3, 114: ora supergressus Pylii gregis oraque regis Dulichii speciemque. (Curt., al.) Auson. 372, 11 h.: cuncta supergrediens Saturni septima lux est. Ven. Fort. Mart. II 434 h.: alta supergrediens, mente ultra nubila tendens, liber ab humanis intrabat sidera civis.

superingerere[1]) S. I 1, 59: crepido, quae superingesti [cod. *super ingesti*] portaret culmina montis. (Plin. XVIII 308.) Sil. XIV 411: superingestis ... -telis. Prud. cath. 4, 87 φ.: inlapsae superingeruntur escae.

transerere S. II 1, 101: vidi ego transertos alieno in robore ramos altius ire suis. (Cato agr. 133, 3.)

transfigurare S. II 778 φ: qui corpora prima transfigurat [= Ovidius]. (Sen., al. — detransfigurare Comm. apol. 110.)

---

[1]) Moret. 99 *super ingerit* ab editoribus scribitur. Mea quidem sententia etiam apud Statium a codicis ratione scribendi recedere necessarium non est. — Non *superinponere* [in cod. divisum est] S. I 1, 1 attuli. Quod verbum cum saepe occurrat, etiam Verg. Aen. IV 497. Ov. met. IX 100. XV 400. Sen. Agam. 343 compositum esse putare licet, quamquam editores distrahunt.

Quaestione ad finem perducta restat, ut paucis comprehendamus quae effecerimus.

E vocabulis generis a, si ea, quae in pluribus carminum generibus leguntur, in singulis semel numerantur, occurrunt 142 in ep., 61 in silv. h., 18 in lyr., 10 in pr. Quodsi illi numeri spectantur, sequitur, ut Statius in silvis pro versuum numero paulo plura novaverit quam in carminibus epicis. Alia autem ratio erit, si eas voces solas respexerimus, quas poeta Neapolitanus ipse finxit. Vocabula Graeca, quae Papinius litterarum Latinarum civitate donavit, non magni momenti sunt. Inter substantiva et adiectiva simplicia Latina multa e sermone cotidiano sumpta sunt; adiectivorum autem compositorum et verborum pleraque Statius ipse novavit, atque haec paucis exceptis in carminibus epicis leguntur. Sed copiosius de novatis disseramus. Apud Statium solum occurrunt 46 adiectiva Graeca a nominibus propriis derivata, 7 simplicia substantiva et adiectiva Latina, 7 adiectiva composita, 29 verba quae omnia quattuor exceptis composita sunt. Ex quo intellegitur, quantopere Papinio voces compositae placuerint et quantopere sermo Statii a Martialis differat; apud hunc enim inter adiectiva composita et verba quaterna modo inveniuntur, quae sunt *ἅπαξ λεγόμενα*. Praeterea Statius 3 substantivis Graecis et 18 adiectivis Graecis a nominibus propriis derivatis inter Romanos primus usus est et 10 simplicia substantiva et adiectiva Latina, 8 adiectiva composita, 3 verba simplicia, 21 verba composita ipse novasse videtur. Utrum 8 adiectiva Graeca a nominibus propriis derivata et 20 vocabula Latina Statio inventori attribuenda sint necne, dubito. Ceteras voces Papinius a sermone cotidiano petivit.

Nova significatione instruxit Statius 55 vocabula in ep., 22 in silv. h., 5 in lyr., 4 in pr. Horum multo maiorem partem efficiunt verba, e quibus 42 in ep., 18 in silv. h., 1 in lyr., 2 in pr. leguntur. Apud Statium solum 28 vocabula illa nova vi ornata sunt; praeterea 20 vocibus poetam ipsum novam significationem attribuisse censere licet; de 14 dubito. Sed totam aestimationem certam non esse et alios saepe aliter iudicaturos esse admoneo.

Inter poetas Statius primus usus est 42 vocabulis in ep., 25 in silv. h., 26 in lyr. Quod in tam paucis lyricis versibus tot nova vocabula usurpata sunt, id eo declaratur, quod id poesis genus antea non tantopere cultum erat quantopere carmina epica.

Iam vero videamus, quid hic libellus ad Statii imitatores cognoscendos adiuvet.

Cognoscimus Statii imitatores praeter eas sententias, quas a Papinio petitas esse iam antea viri doctissimi demonstraverunt, etiam singulares voces a poeta Neapolitano novatas mutuatos esse. Qua de causa omnia verba, quae apud Statii imitatores leguntur, enumerabo et ea quae de Statii carminibus deprompta sunt, asterisco notabo. Idem autem signum iis quoque addam, quae quamquam ea Statio ipsi posteriores debere verisimile non est, tamen rari usus sunt. Quin etiam eas voces colligere, quae Statio cum Silio Martialeque communes sunt, non inutile esse mihi videtur. Occurrunt apud

Silium:

trieteris; *Peleius; *Dicarcheus; *Phaethontius, Ithacesius; *Isthmiacus; *Thespiades; *Tegeatis; iactator; Vesuvinus; *Liternus; *metallifer, *uvifer, vitifer; *immemor, indefensus, indivisus, indubitatus, inhonorus, impenetrabilis; mugire [alia vi]; pavescere, *detonare, immurmurare; tumere [alia vi]; transabire; perlibrare, superingerere.

Martialem:

*soteria; *caryotides, cottana, aphronitrum, opobalsama; colossus; synthesis, statera; crystalla; Batrachomachia (l), cestos, trieteris; *Celaenaeus; *Lemniacus; Dacus; nutritor, *populatrix, salutator; oscitatio; halica; ollaris; Baeticus; Flavius, Mulvius; pumilus (l); vitifer; *multisonus; *inexplicitus; mugire [alia vi].

Apuleius[1]) exhibet haec:

crustallum; natatus; Mantuanus; *defluus [alia vi], *suadus; *degrassari [alia vi], *deserpere, *inserpere; transabire; evigilare, recinere.

Nemesianus

nullum vocabulum quod memoretur dignum exhibet.

---

[1]) De Apuleio Statii imitatore nemo quod quidem sciam scripsit. Mihi persuasum est, Apuleium *deserpere* et *inserpere* Statio debere.

Iuvencus[1]):

Hebraeus; adcubitus; praeceler; *inrevocatus, indubitatus; adsociare; pavescere; evigilare.

Ausonius:

*epicedion (pr.), epithalamion (l), egloga (l); colossus; trieteris; *Sipyleius; *Anthedonius; *Sestiacus; *Letoides, *Oedipodionides; *populatrix, cunctator; natatus, precatus, relatus, rotatus; Gauranus; torpidus; *honorus; suadus, Flavius; *vaporifer, *laborifer, vitifer; astriger; indubitatus; *adsibilare [alia vi]; adsultare; decertare [alia vi]; intercidere, praevalere, replicare, supergredi.

Paulinus Nolanus[2]):

epithalamion (l); *trichorus (pr.); trieteris; natatus, precatus, relatus, rotatus; *veternus; *honorus; *sagus; *gregare; queritari; praelibare (pr.); *fumare (pr.); supernatare [alia vi]; praecinere; praevalere.

Prudentius[3]):

*gymnas; Hebraeus; *turbatrix; accubitus, natatus, instinctus; *litamen; veternus, a, um; abnepos; gregalis; Pollentinus; *defluus, *sagus, Mulvius; *vaporifer; *fluctivagus; *inexplicitus; *insatiatus, indubitatus, impenetrabilis; inradiare [alia vi]; *aestuare; adnuntiare, detumescere, illuminare, intercidere, intersecare, replicare, superingerere.

---

[1]) Huemer in Iuvenci editione confert: Iuvenc. praef. 18 et Th. VIII 759; I 64 et Ov. met. I 386 et Stat. Th. XI 121; I 96 et Th. VII 379; I 165 et Th. X 555; I 175 et Th. X 210; I 213 et Th. I 351; I 759 et Verg. Aen. VI 288 et Stat. Th. VI 790 (765); II 2 et Th. 527 et S. I 6, 85; II 220 et S. III 5, 56; III 230 et Th. VII 810; III 315 et Verg. Aen. VIII 507 et Stat. Th. II 109; III 631 et Th. V 315; IV 353 et S. IV 6, 104 et Lucr. VI 1208; IV 442 et Th. 260 et 535; IV 611 et Th. X 580.

[2]) In indice auctorum et imitatorum, qui Paulini Nolani editioni ab Hartelio paratae adiunctus est, hi loci conferuntur: Paul. Nol. carm. 6, 141 et Th. XI 427; cf. etiam Rut. Nam. I 3; 10, 116 et Catull. 64, 59 et Ach. I 960; 12, 2 et 26, 346 et Th. VI 153 (146); 18, 454 et Th. V 728; 20, 348 et Th. X 822; 31, 481 et Th. 537; cf. Verg. Aen. VI 748.

[3]) Cf. G. Lafaye, Quelques notes sur les silvae de Stace premier livre, Paris 1896, p. 27 — qui liber mihi praesto non erat.

Claudianus:

epithalamion (l); crystalla; cestos; *Celaenaeus, Thebaeus; *Capaneius; *Edonius, *Palaemonius; *Isthmiacus; *Latoides; iactator, *populatrix; natatus, relatus, rotatus; reverentia; turmalis; Pollentinus; *marcidus; *odorus; Mulvius; *olorifer, votifer; astriger; inhonorus; *adsibilare [alia vi], adsociare, inradiare, *inserpere, *internigrare, *intervirere, *praesudare; fumare [alia vi], mugire [alia vi]; *reptare; obstupescere; *calere; decertare [alia vi]; praeludere; intermicare; illuminare, intercidere.

Marii Victoris[1])

perpauca vocabula digna non sunt quae afferantur.

Apollinaris Sidonius:

epithalamion (l), ode (pr.), *propempticon (l), egloga; opobalsama; *gymnas, *pale, trieteris; *Pentheius; *Dicarcheus; *Labdacius, Ithacesius; *Tegeaticus; *Isthmiacus, *Lemniacus; *Marathonis; *Sestias; natatus, precatus, rotatus, attritus; Mantuanus, *Maronianus, Gauranus; honorus; *defluus (pr.); prociduus; *bivertex; *adfrangere (pr.), *adtremere (pr.), *adverberare, *diffibulare, inrubescere (pr.), *intervirere, praelibare, *transfumare; reptare (pr.); pavescere (pr.); replicare.

Cyprianus Gallus[2]):

Hebraeus; natatus, precatus, relatus, coeptus; halica; torpidus; *marcens; astriger; *delambere, *procurvare; detonare; intermicare; praevalere.

---

[1]) Cf. Schenkl, Victoris edit. p. 483 et Manitius, Wochenschr. f. kl. Phil. 1888, p. 1166.

[2]) Peiper comparat in Cypriani auctorum imitatorum indice: Gen. 20 et Th. III 463; cf. etiam Ov. met. XI 341 et Sil. XII 94 et Claud. 8, 544. Gen. 216 et Th. V 668; Gen. 560 et Th. II 681; Gen. 665 et Verg. Aen. X 270 et Th. XII 431; Gen. 787 et S. III 4, 26; Gen. 1127 et Th. VI 540 (518); exod. 375 et exod. 285 et S. IV 6, 1; exod. 861 et Th. VI 267 (245) et Claud. rapt. Pros. I 129; exod. 950 et S. I 2, 202; num. 530 et Th. XII 536.

Dracontius:

epithalamion (l); *Capaneius; reparator, temerator, nutritor, cunctator; natatus; suadus; *uvifer; astriger; fluctivagus; inhonorus; obstupescere, pavescere.

Ennodius[1]):

epithalamion (l); crystalla; reparator, nutritor (pr.); natatus (pr.), precatus, relatus; reverentia; veternus, a, um; Mantuanus (pr.); suadus (pr.); *vaporifer, vitifer; astriger; indubitatus; adsociare (pr.); *effulgurare (pr.), inradiare (pr.), praelibare (pr.); pavescere (pr.).

Venantius Fortunatus[2]):

statera; crystalla; Hebraeus; nutritor; natatus, precatus, relatus, rotatus; veternus, a, um; Baetica; *reclinus; *uvifer, vaporifer; astriger; fluctivagus; indubitabilis (pr.); praelibare; lacrimare, pavescere; intermicare; evigilare; expugnare (pr.), recludere (pr.); praevalere, supergredi.

Corippus:

reparator; relatus; *iliceus; *honorus; fluctivagus; praedoctus; indefensus; exerrare; pavescere; *miscere; intermicare; recludere.

Anthologiae complures poetae:

epithalamion (l), ode; trieteris; *Maroneus; mustaceus (cf. Vespa); *uvifer, *votifer; astriger; advivere, exerrare; pavescere.

Non est, quod ceterorum poetarum omnia vocabula enumerem, cum quod quidem sciam, et eos Statium imitatos esse adhuc nemo probaverit neque illa verba Statio ipsi debeantur. Itaque satis habeo, nonnulla vocabula rarioris usus afferre. Occurrunt apud Commodianum: dictus, nigrare; apud Avienum[3]): astriger, fluctivagus,

---

[1]) Vogel et Hartel comparant Th. I 3 et Ennod. carm. 187, 5; Vollmer S. III 4, 26 et Ennod. epith. 31; Manitius (Z. f. österr. Gymn. XXXVII 408) Th. X 828 et Ennod. carm. I 1, 1.

[2]) Cf. Manitius, Philol. LII (N. F. VI) p. 539; exempla autem ibi allata certa non sunt; cf. Arator act. II 47: Petron. 119, 20.

[3]) Loci quos Kulla, Quaest. Stat., diss. Uratisl. 1881 p. 9 affert non ei esse mihi videntur, quibus Statii imitatio appareat.

reptare, supernatare, praeludere; apud Rutilium Namatianum: praeludere; apud Paulinum Pellaeum: eucharisticos (pr.); apud Martianum Capellam: Edonius (pr.), Phaethontius, Latoides (pr.), suadus; apud Merobaudem: inserpere; apud Sedulium: ode, fluctivagus, aestuare, praeludere (pr.); apud Paulinum Petricordiensem: marcens, plangere; apud Alcimum Avitum: exequiae, diffibulare, effulgurare, inrubescere; apud Boethium [1]): defluus, fluctivagus (pr.), multisonus (pr.), inrubescere, transsumere (pr.), consonare (pr.), circumflare; in carminibus epigraphicis: Marathonis.

[1]) Quamquam Boethium Statii Thebaidem cognovisse ex eo intellegitur, quod mus. I 1 Th. VI 120 (113) affert, tamen illa verba a Statio ipso petita esse non censeo.

Index vocabulorum.

Ea verba, quibus Statius solus usus est, cruce, ea, quae Statio inventori attribuere licere iudico, asterisco, ea de quibus dubito, utrum Statius finxerit necne, signo interrogationis notabo.

Druck von Ehrhardt Karras, Halle a. S.

Aetatis nostrae est de maximo quoque viro atque praecipue de scriptoribus illustrissimis id primum interrogare, utrum, quae ediderint, exquisiverint ipsi an aliunde sumpserint. De Cicerone igitur si verum et, quod rationi huic nostrorum temporum conveniat, iudicium volumus profiteri, maxime est necessarium de fontibus librorum eius disquisitionem instituere accuratiorem. Accedunt aliae causae maximae: neque enim de Ciceronis ipsius sententiis neque de philosophis, quorum disciplinas memoriae prodidit, Graecis satis certe possumus iudicare, antequam diligentissime distinxerimus, quae partes librorum ipsius propriae sint, quae ex fontibus haustae.

Quibus adducti causis permulti opera Ciceronis perlustraverunt, in primis libros ad philosophiam pertinentes, quo in numero sunt Hirzelius, Schwenkius, Hoyer, Schichius, Schmekelius, alii complures. Horum vero ex commentationibus, quamquam non id, quod inde sumam, ipsum ostendere sibi proposuerunt neque de omnibus locis prorsus liquidum constat iudicium, haec mihi videntur consequi: pauca aut nihil fere Ciceronis propria esse, librorum quidem post discordias civiles editorum; itaque perdifficile esse ex eis argumenta eruere de sententiis opinionibusque sive ipsius sive illorum temporum, neque de religionibus neque de aliis quibuscunque rebus.

Non suus est Cicero in his libris plerumque, sed aliorum refert sententias, etiam tum cum suus esse vult. Philosophia, ut ita dicam, in animum eius non descendit neque in naturam ipsam penetravit, intimos Ciceronis sensus et opiniones non tetigit neque mutavit. Liceat id uno ex perpaucis locis illustrare, unde ipsius elucet opinio. De nat. deor. III §§ 5 sq. Cotta, qui Ciceronis gerit personam, haec profitetur: *Ego vero eas defendam semper semperque defendi* (sc. *opiniones, quas a maioribus accepimus de dis immortalibus, sacra, caerimonias religionesque*),

nec me ex ea opinione, quam a maioribus accepi de cultu deorum immortalium, ullius umquam oratio aut docti aut indocti movebit. Sed cum de religione agitur, Ti. Coruncanium, P. Scipionem, P. Scaevolam, pontifices maximos, non Zenonem aut Cleanthem aut Chrysippum sequor habeoque C. Laelium augurem eundemque sapientem, quem potius audiam dicentem de religione in illa oratione nobili quam quemquam principem Stoicorum. Cumque omnis populi Romani religio in sacra et in auspicia divisa sit, tertium adiunctum sit, si quid praedictionis causa ex portentis et monstris Sibyllae interpretes haruspicesve monuerunt, harum ego religionum nullam umquam contemnendam putavi mihique ita persuasi, Romulum auspiciis, Numam sacris constitutis fundamenta iecisse nostrae civitatis, quae numquam profecto sine summa placatione deorum immortalium tanta esse potuisset ... A te enim philosopho rationem accipere debeo religionis, maioribus autem nostris etiam nulla ratione reddita credere ... § 9: *Mihi enim unum sat erat, ita nobis maiores nostros tradidisse.* Mansit igitur Cicero civis Romanus, studiosissimus sane artium ingenuarum et discendi cupidissimus, sed semper quasi hospes et discipulus in scholis philosophorum Graecorum, in universa ratione et sentiendi et dicendi orator. Quod proverbio dicitur: docendo discimus, optime quadrat in philosophas eius exercitationes. Ipse de nat. deor. I § 9 animi se aegritudine commotum non modo ad legendos libros, sed etiam ad totam philosophiam pertractandam se dedisse confessus pergit: *omnes autem eius partes atque omnia membra tum facillime noscuntur, cum totae quaestiones scribendo explicantur ... Qui autem requirunt, quid quaque de re ipsi sentiamus, curiosius id faciunt, quam necesse est.* In Tusculanis autem disputationibus (I §§ 1 sqq.), ubi litteras Latinas cum Graecis confert, postquam priores reprehendit *libros Latinos inconsiderate scriptos*, quod sibi ipse proposuerit, sic describit: *Quare si aliquid oratoriae laudis nostra attulimus industria, multo studiosius philosophiae fontes aperiemus, e quibus etiam illa manabant.*[1])

Quoniam autem etiamnunc de Cicerone philosopho valde discrepant sententiae, ego eis assentior, qui defendunt eum ab

[1]) Cf. etiam de fin. I §§ 1 sqq., ut locos in ea re maxime tritos afferam omnes.

reprehensionibus inde ductis, quod nusquam propriam protulerit philosophiam: nempe ipse non solum in ep. ad Att. XII 52, 3, ubi modestius loquitur, sed etiam in prooemiis operum in vulgus editorum se nihil aliud petivisse confitetur, nisi ut *copiose et ornate* (Tusc. disp. I § 7), *quae summis ingeniis exquisitaque doctrina philosophi Graeco sermone tractavissent, ea Latinis litteris mandaret* (de fin. I § 1). Non ea igitur primaria quaestio esse debet, quid ipse senserit, sed qua ratione libros Graecos descripserit, num eos recte intellexerit et tradiderit. Tum sane id quoque par est interrogare, num omnino in numero philosophorum sit habendus, qui nihil fecerit nisi aliorum compilare sententias. Non dubium est, quin iniuria Zeller in historia philosophiae Graecorum Ciceroni tot paginas concesserit: inter fontes historiae philosophorum numerandus est, non inter ipsos philosophos: is ipse Romanis esse volebat, is debet nobis esse.

Quae disserui, ad eum quoque libellum, qui est de fato, spectare per se est veri simillimum, sed ut coniecturae omnes non communibus ratiocinationibus, sed rebus ipsis probandum. Ut vero, qualem libelli nostri esse inveni, ratio melius perspiciatur, eam breviter iam hic liceat adumbrare. Descripsit igitur, si quid video, Cicero argumenta longe plurima et ordinem fere totum ex disputatione quadam Antiochi Ascalonitae. Intra contextum autem huius de fato disputationis sua sponte nonnullas interiecit partes exiguas aliunde depromptas, sed ita, ut plerumque aliquo modo significetur digressionem fieri et deinceps ad ipsam quaestionem rediri; unde apparet, quod conicio. Primum igitur eae partes, quas aut ipse Cicero profitetur a se ipso adiunctas esse aut aliis indiciis cognoscere potui non ex eo fonte, unde cetera, haustas, rursus seiungendae erant simulque, quantum hoc fieri potuit, illius Antiochi disputationis ordo restituendus: sic de auctore quoque illius certius iudicare licebat. De ratione vero et fide, qua Cicero fontem secutus esset, mirabili quodam casu factum est, ut possem firmiorem proferre sententiam. Ostendi verbis Ciceronis exspectatione maiorem deberi fidem: difficultate enim rei coactus est, ut multis locis verbum ex verbo transferret, ubi vero primum liberius disserere conatus est, in permagnos incidit errores.

De compositione et fonte libri Ciceronis de fato inscripti fusius egerunt Meineckius, Schmekelius, Stuevius; fontis quaestionem breviter Gerckius et Hoyer attigerunt. Conducet Gerckii, qui primus de fonte libelli nostri sententiam vulgavit, coniecturam postea cum Schmekelii sententia conferre et a Meineckii[1]) commentatione initium facere, qui de fonte quidem censuit (pag. 14) per omnem fere librum nostrum Ciceroni Posidonii *περὶ εἱμαρμένης* opus praesto fuisse, nonnulla, inprimis exempla Romana, ab ipso esse addita. At Posidonium scimus (de div. I §§ 125 sqq.) Stoicorum more defendisse fato omnia fieri, id quod libello nostro verum esse negatur; posita autem haec opinio est in §§ 5—7, ex quibus ipsis elucet hunc quidem locum (§§ 5—6) ex Posidonio esse sumptum, sed deinceps ad alium auctorem Ciceronem reverti. Quae vero de singulis partibus Meineckius observavit, etsi nonnulla probanda sunt, tamen omnia fere erroribus sunt permixta; de compositione denique totius disputationis et conexione argumentorum, quae esset, interrogare plane omisit. Quod exemplis Romanis usus est ad discernendas partes Ciceronis proprias et e fonte repetitas, neglexit multa eorum pro Graecis introducta esse, unde sequitur incerta esse haec indicia.

Gerckius[2]) autem ex nonnullis locis posterioris partis libri de fato coniecit Antiochum Ascalonitam libri a Cicerone descripti auctorem fuisse: non solum inde a § 31 Carneadis auctoritatem advocari tamquam philosophi victoris, sed etiam § 44 adversariorum sententias ita comparari aliamque alii ita accommodari, ut conclusio fieret *verbis eos, non re dissidere*: quod utrumque Antiochi esset. Demonstrabo Gerckium de illis paragraphis recte sensisse; sed difficultas rei postulabat, ut locos illos amplius tractaret et

---

[1]) De fontibus, quos Cicero in libello de fato secutus esse videatur. Progr. Marienwerder 1887.

[2]) Ann. philol. suppl. XIV (1885) p. 693.

accuratius doceret omnem disputationem nostram Antiochi genus philosophandi prae se ferre, verbis illis hoc clarissime agnosci. Quod si fecisset, vix puto fieri potuisse, ut Schmekelius[1]) inde, quod in §§ 23 et 31 sqq. nomen Carneadis identidem commemoratur, suspicaretur hunc vel Clitomachum, quem magistri sententias memoriae prodidisse constat,[2]) a Cicerone adhibitum esse, qua cum coniectura § 44 et verba illa et omnis argumentandi ratio nullo modo concinunt. Quod autem Schmekelius per se stare confidit (p. 167), quoniam in libris de natura deorum et de divinatione editis Cicero Academiam sectatus sit, ad hunc quoque libellum Clitomachum eum assumpsisse, probabilitate non caret et optime adiuvatur suspicione Schmekelii, in secundo de divinatione libro ideo non responderi ad argumenta Stoicorum a fato repetita, quod Cicero eam partem operis Clitomachi ad nostrum libellum conscribendum reposuerit. At pondus § 44 hac ratione nequaquam tollitur. Itaque Stuevius[3]) §§ 41—45 Antiochi esse iudicavit Gerckium secutus, cetera Carneadi reliquit, Schmekelii ductus auctoritate. De dispositione autem et argumentatione singularum partium raro ausus est propriam profiteri sententiam, quaeque nova protulit, parvi vel nullius sunt momenti; sed singulos locos diligentissime perlustravit et illustravit. Sunt autem, quae Schmekelius de compositione universa et de partibus singulis iudicavit, tot tantisque plena erroribus, ut maxime necessarium videatur esse in hanc quoque rem denuo inquirere, praesertim cum Hoyer[4]) neque errores hos Schmekelii perspexerit neque nova ad probandam Gerckii sententiam argumenta attulerit. Videtur autem mihi vir acutissimus in hos errores ideo delapsus esse, quod ab ea parte libri orsus est inquirere, quae periit: plerumque enim incertum est ex fragmentis apud alios scriptores servatis de libris ipsis, unde illa hausta sunt, iudicare. Itaque praestabit primum ea tractare, quae integra ad nos venerunt; de parte deperdita postremo fundamentis solidius iactis caute, quae ex fragmentis duci possint, exponemus.

---

[1]) Philosophie der mittleren Stoa (Berol. 1892) p. 155 sqq.
[2]) Ac. II § 102.
[3]) Ad Ciceronis de fato librum observat. variae, diss. Kil. 1895.
[4]) Mus. Rhen. LIII 1898 p. 64 sq.

Ciceronis de fato opusculum in codicibus semper una cum libris de natura deorum et de divinatione traditur. Hoc summo iure fit: nam et eodem anno certe quo libri de divinatione conscriptum atque editum est et cum illis maxima rei tractatae similitudine coniunctum.

Atque de tempore quidem quo prodierit ex § 2 prooemii discimus aliquanto post interitum Caesaris librum nostrum conscriptum et vulgatum esse, idque non multo post Idus Martias, quoniam in § 2 eodem fere modo atque in de div. II § 7 de illo casu ut de nova re dicitur, maxime vero quod libellus noster ad Hirtium scriptus est (§§ 2 et 8): quo enim consilio ductus Cicero id fecerit, ex epist. ad Attic. XIV 20 et 21 et XV 1 sqq. cognoscitur: sic videlicet *hominem ad optimates traducere parabat* (XIV 21, 4). Sed intercesserunt inter Caesaris necem libellique nostri editionem et colloquia illa in Puteolano facta, quae re vera habita esse, si non de fato, at certe de re publica, ex consensu § 2 et epistularum apparet, et secundi de divinatione libri confectio (de div. II § 3).[1]

Artissime autem coniunctam esse disputationem de fato cum libris de divinatione Cicero ipse dicit (de div. II § 3): ... *de divinatione ingressi sumus his libris scribere; quibus, ut est in animo, de fato si adiunxerimus, erit abunde satis factum toti huic quaestioni.* Ergo quam de fato suscepturus erat quaestionem, ea Ciceroni quasi pars videbatur esse totius de divinatione quaestionis.[2]) Quin etiam ex I § 127 et II § 19 licet sumere operibus ad libros de divinatione conscribendos lectis omnino Ciceronem adductum esse, ut de fato scribere consilium caperet.

Tota vero illa de divinatione quaestio Ciceroni quam maxime curae fuit[3]): nam cum secundo de natura deorum libro de suo

---

[1]) Exordium libri prioris ante Idus Martias scriptum esse collato exordio secundi libri perspicuum est; utrum I § 119 postea confecto libro addita an tota posterior huius libri pars post interitum Caesaris orta sit, diiudicare non possumus: ego quidem illud probabilius puto.

[2]) Conferas iam hic de fato § 11.

[3]) Quae res cum per se accommodatior erat Romanorum naturae et institutis quam subtilior et remotior de fato disputatio, tum temporibus Ciceronis convenientior, quoniam *inter* ipsos *augures*, utrum esset divinatio necne, *magna* tum *dissensio* erat (de leg. II § 32); cf. Wissowa, Rel. u. Kult. d. R. pag. 460. Itaque Ciceronem de divinatione scripsisse

complura de divinatione inseruit (§§ 7—12),[1] extra rem egressus, item secundo de legibus (§§ 32—33),[2] eandemque quaestionem in libellum nostrum inculcavit (§ 11, §§ 15—16), tum in nullo eorum, quae annis 46—44 edidit, operum ad philosophiam pertinentium tot et tantae inveniuntur partes, quas aut totas aut magna ex parte ipse, nullius auctoris ordinem secutus aut verba exprimens, composuit, quot in libro de divinatione utroque, maxime secundo. Neque parcus fuit Cicero in evolvendis auctoribus Graecis, qui de hac materia scripserunt, inprimis Stoicis: ad secundum enim librum non modo Clitomachum sed etiam Panaetium arcessivit (§ 97),[3]

non mirabile est, quam maxime vero per se mirum, quod de fato librum conscripsit eumque cum libris de divinatione cohaerere dicit.

[1]) Schmekel l. c. p. 96.

[2]) Reitzenstein, Drei Vermutungen (Festschrift f. Mommsen, 1893) p. 28 sq. hunc locum cum de div. I §§ 87 sqq., 31, II 75, aliis contulit et inde, quod exempla diversis illius libri locis longius exposita eadem hic quasi breviter coguntur, conclusit §§ 32—33, postquam libri de div. conscripti essent, intra contextum secundi libri iam prius compositum interiectas esse. Ut idem iudicem, etiam similitudine tertii loci, de n. d. II §§ 7 et 9, adducor. Horum omnium fontem, initium (fortasse primi) Posidonii de divinatione libri, optime reddit de div. I §§ 87 sqq.; primum Cicero illum locum evolverat, cum de nat. deor. II §§ 7 sqq. conscriberet, ubi eodem modo atque de leg. II § 33 Graeca et Romana exempla coniunxit. Accedunt alia documenta, quibus maxime confirmatur coniectura Reitzensteinii: quae §§ 32—33 exponuntur, sunt quasi summa librorum de div. I et de nat. deor. II. Nam quod dicitur (§ 32): *Si enim deos esse concedimus eorumque mente mundum regi et eosdem hominum consulere generi*, nihil aliud est nisi dispositio secundi libri de nat. deor. (cf. § 3). Omnis vero structura argumentationis: *Si enim deos esse concedimus ... et posse nobis signa rerum futurarum ostendere, non video, cur esse divinationem negem; non sunt autem ea, quae posui; ex quibus id quod volumus efficitur et cogitur* respicit in de div. I §§ 82—83 similesque locos; *omnia regna omnesque populi cunctaeque gentes* notissima sunt Stoicorum argumenta a Cicerone prius de div. I § 12 et §§ 87 sqq. atque de nat. deor. II § 12 longius tractata.

[3]) Quae Schiche (de fontibus libr. Cic., qui sunt de div., diss. Jen. 1875) et Hartfelder (Die Quellen von Ciceros zwei Büchern de divinatione, Progr. Freiburg i. B. 1878) de eo libro statuerunt, omnino probanda sunt, §§ 87—97 ex Panaetio, cetera ex Clitomacho esse sumpta; sed necesse mihi videtur accuratius distinguere inter eas partes, quae ita ex Clitomacho haustae sunt, ut in scribendo etiam singulas eius paginas verbaque ante oculos haberet, certe argumentorum ordinem sequeretur — sic sentio de §§ 9—25 et 110 (aut 119) —134, 142—147,

ad priorem praeter Posidonium Chrysippi de somniis et de oraculis libros et, ut mihi quidem persuasum est, Cratippi opus.[1]) Satis igitur apertum est, quantum studii et operae Cicero huic quaestioni dederit. Hoc autem studio, quoniam Posidonius a fato omnem vim rationemque divinandi repetiverat (de div. I § 125), incitatus constituit, eadem ratione atque de divinatione etiam de fato *in utramque partem perpetuam explicare orationem* (de fato § 1). Id ipsum Ciceronem in animo habuisse inde colligo, quod de div. I § 127, ubi Stoicorum refertur sententia, dicitur: ... *cum fato omnia fiant*, *id quod alio loco ostendetur* ... Hoc vix aliter intellegi potest atque sic: uno tum libro Ciceronem, quomodo Stoici demonstrarent omnia fato fieri, voluisse exponere. In secundo deinde libro ei opponendum erat, qua ratione Academici id negarent et refutarent: in hanc partem prospicit de div. II § 19: *anile sane et plenum superstitionis fati*

exceptis sane Latinis exemplis —, et eas, quibus subsunt quidem sententiae Carneadis, sed ita, ut a Cicerone ipso dispositae et ex memoria sicut in prooemiis (velut I § 1 sqq.) proprio arbitrio usurpatae et compositae sint; id censeo de §§ 26—87, 97—109, 135—142.

[1]) Chrysippi eorum librorum, quos commemoravi, Ciceronem quaedam legisse testimonia sunt I § 37 et § 39, II § 134 et § 144 (de libris eius de divinatione duobus nullum iudicium praesto est): at veri simillimum puto, quae inde a § 39 afferuntur exempla Graeca, certe pleraque non ex Chrysippo ipso sed ex Cratippo Peripatetico (I § 5) descripta esse. Ut in ea re assentiar Hoyero (Mus. Rhen. LIII 1898 p. 56), adducor primum §§ 70 sq., quas ex epistulis aut sermonibus cum Cratippo habitis Ciceronem memoriter adiunxisse (Schiche l. c. p. 24) tamdiu non possum accipere, quam licet opinari Ciceronem libro ab illo conscripto usum esse, tum consensu partitionis in § 5 de Cratippo traditae cum § 34 verbis, quae eandem prae se ferunt: ... *quod et somniantibus saepe contingit et non numquam vaticinantibus per furorem* atque cum § 71 his: ... *expositis exemplis verarum vaticinationum* et *somniorum*: quibus verbis quasi comprehenditur et concluditur ea libri pars, qua §§ 39 sqq. *verorum somniorum* exempla exponuntur — quae vera existimavit et propter auctoritatem virorum gravissima, ex Chrysippo elegisse videtur, non omnia credidisse vera (cf. § 39) —, §§ 65—66 *furor* definitur, de quo postea §§ 80 sqq. nonnulla disseruntur, sane perturbate. Denique omnis ratio huius partis Peripateticum passim sapere videtur, velut §§ 46 sqq., 52—54, 60 sq., 80 sq.

Posidonio autem tribuendae sunt §§ 63—64 (ubi novum eum introduci manifestum est, non minus certum, quae subsequuntur, non iam eiusdem esse), 87—131, II §§ 33—34.

nomen ipsum; sed tamen apud Stoicos de isto fato multa dicuntur; de quo alias ... Sed post mortem Caesaris seu negotiis publicis seu alio quocunque casu prohibitus consilio mutato uno libro rem absolvit; consilium vero mutatum ipsum resipere videntur prooemii verba (§ 1): *Quod autem in aliis libris feci, qui sunt de natura deorum, itemque in iis, quos de divinatione edidi, ut in utramque partem perpetua explicaretur oratio, quo facilius id a quoque probaretur, quod cuique maxime probabile videretur, id in hac disputatione de fato casus quidam ne facerem impedivit.*

Initium libelli nostri, sicut consuetudo Ciceronis est, prooemio fit (§§ 1—4), cuius prima verba desunt: multa perisse vix credibile est; fortasse accidit ita, ut margo folii superior corrumperetur. Etiam de extrema prooemii parte nonnulla exciderunt. Praefatur Cicero breviter de re, quam tractaturus sit, et singulas disputationis partes disponit. Insequuntur de ratione disputandi ea quae modo exscripsi verba; eodem spectant, quae, postquam colloquium, quod sibi cum Hirtio in Puteolano fuisse Cicero fingit, introductum est, in § 4 dicuntur: *Sed quoniam* ... *hanc Academicam contra propositum disputandi consuetudinem indicant te suscepisse Tusculanae disputationes,*[1] *ponere aliquid, ad quod audiam, si tibi non molestum est, volo* — qui locus illustratur §§ 20 sqq.

Inter § 4 et § 5 maior intercedit lacuna: complura intercidisse ex eis ipsis, quae deinceps servata sunt, apparet; quantum autem perierit, ignoramus neque pro certo ex adnotatione in margine codicis Leidensis Vossiani 86 posita, cuius auctoritas maxima habetur, possumus sumere (cf. Christium in editione Orelliana altera a Baitero et Halmio adornata vol. IV p. 568): *abhinc retroversus XXIV foliis sequitur de eiusdem corpore orationis sed omissis in medio pluribus*: insequuntur, quae in §§ 5 sqq. legimus. Refert addere brevi post in eodem codice apud *non* aliam reperiri adnotationem,[2] unde apparet in archetypo ordinem foliorum turbatum fuisse. Christius inde et ex § 40 (*in assensionibus, quas prima oratione tractavi*) atque § 42 (*quam*

---

[1]) Tusc. disp. I § 7.

[2]) *Hic interpositum est, quod in primo libro de natura deorum dimissum est, ubi de secundo libro divinationis est interpositum* ...

dudum diximus) conclusit plures intercidisse paginas. Interest statuere scribam quoque codicis Leidensis, quae de lacuna ipsa dicit, ex §§ 5—6 coniecisse, neque ullum exstare vestigium certum, quanta pars aut quot paginae interierint. De fragmentis vero in editione C. F. W. Muelleri collectis supra indicavimus melius esse postea quaerere.

Cum igitur progredimur ad § 5, in ipsam disputationem mediam intramus. Necesse videtur esse de dispositione et compositione totius libri nonnulla praemonere. Sed quoniam de ea omnino fere a ceteris dissentio et opus est argumentis, quae ego sentio, confirmare atque quodam modo singulas deinceps expedire difficultates, praestare arbitror ea tantum afferre, quae primo visu agnoscantur: primam disputationis partem § 11 confici, inde usque ad § 20 alteram pertinere, tertiam complecti §§ 20^{b}—38, de quarta denique parte nunc quidem non liquere, utrum cum ea §§ 46—48 coniungendae an peroratio totius disputationis existimandae sint. Hi fere partium fines; argumentorum incertissimi sunt. Quae vero Cicero de eis ipse in § 1 explicavit, nunc quidem nihil proficiunt.

De §§ 5 et 6 Schmekelius ex § 7: *Sed Posidonium, sicut aequum est, cum bona gratia dimittamus,*[1]) *ad Chrysippi laqueos revertamur* recte conclusit Ciceronem extra rem egressum sua sponte partem antecedentem ex Posidonio adiunxisse, neque procul abest suspicio, quoniam comperimus (p. 344) ei libros illius philosophi de divinatione tum ad manus fuisse, illinc hoc ἔμβλημα fluxisse: unde sequitur, quae contra Posidonium dicuntur, a Cicerone inventa vel composita esse. Atque in § 5 verba: *naturae contagio . . . quam ego non tollo* revocant consimilem de div. II § 33 locum: *Ut enim iam sit aliqua in natura rerum contagio, quam esse concedo.* Quae deinde insequuntur, aut communes vulgi reddunt opiniones aut *causis fortuito antegressis*, quae in § 19 commemorantur, nituntur. Ea vero quae tum usque ad § 6 disseruntur, tantopere prae se ferunt oratoris artes, ut de auctore dubitatio iam esse non possit. Satis sit notare incredibilem levitatem sententiae huius: *Quaero igitur* (*atque*

---

[1]) Cf. § 5: *quaedam etiam Posidonius* (*pace magistri dixerim*) *comminisci videtur.*

hoc late patebit), *si fati omnino nullum nomen, nulla natura, nulla vis esset et forte temere casu aut pleraque fierent aut omnia, num aliter, ac nunc eveniunt, evenirent. Quid ergo attinet inculcare fatum, cum sine fato ratio omnium rerum ad naturam fortunamve referatur?*

Ceterum de Posidonio ipso pauca addere necesse est. Cum enim ad locum nostrum melius intellegendum ex libris de divinatione quae eodem pertinere videntur partes confero, de div. I §§ 139—131 et II §§ 33 sq., miror, quod Augustinus, ubi ad locum nostrum respicit (de civ. Dei V 2), Posidonium nominat *Stoicum multum astrologiae deditum*. Posidonium nimium credidisse arti astrologorum probabile est, at exempla nostra non minus quam loci illi modo allati id mihi ostendere videntur, non de astrologia eum egisse, sed de contagione naturae, quam Graeci *συμπάθειαν* vocabant. Ut philosophus vere Stoicus docuit universum mundum coniunctum esse, omnes res inter se cohaerere: ex hac autem *coniunctione naturae et quasi concentu atque consensu* (de div. II § 34) duxit homines quoque aliqua ratione cum astris esse coniunctos, ergo illis *affici*[1]) posse. Erravit igitur, quod non dubitavit commenticiis astrologorum artibus confidere exemplisque usus est illinc repetitis; sed ea ad contagionem naturae rettulit atque inde demum *vim fatalem* (de fato § 5 in.) deduxit.[2])

Quoniam, quae ex Posidonio assumpsit Cicero, intra eam partem inseruit, qua de contagione rerum disputabatur (§ 7), nunc facilius perspicitur, quo modo id fieri potuerit. Reversus igitur, ut dicit, *ad Chrysippi laqueos*, pollicetur *primum* responsum iri *de ipsa contagione rerum*, ad *reliqua* deinceps. Inde colligitur antea, scilicet ante digressionem, de qua modo egimus, Chrysippi de ea sententiam propositam fuisse, atque ita, ut inde conclusio fieret fato omnia effici. Huc aliquo modo Cicero Posidonii exempla annexuit. In eo autem libro, ad cuius ordinem nunc rediri manifestum est, propositam Chrysippi sententiam ilico hoc responsum subsecutum erat: neque enim dubium est, quin hic

---

1) Cf. § 8: *astrorum affectio.*

2) Cf. de div. I §§ 125—128 (cum alia, tum haec § 126: *ex quo intellegitur, ut fatum sit non id, quod superstitiose, sed id quod physice dicitur*...); totus fere locus ad verbum conversus est.

initium fiat refutationis. Illum aliqua ratione docuisse necesse est esse quandam omnium rerum inter se coniunctionem et contagionem; inde sequi, ut dissimilitudines necessitate naturae fierent cum ceterae tum differentiae ingeniorum humanorum; differre ingenia hominum convenienter cum naturis locorum. Tota vero haec conclusio eo erat intenta, ut omnia fato fieri demonstraretur. Respondetur differre sane loca velut caelum Athenarum et Thebarum et esse alicuius momenti, ut Athenienses acutiores sint quam Thebani: sed *ut aut Zenonem quis aut Arcesilam aut Theophrastum audiat*, nequaquam caelo effici. Haec *de ipsa contagione rerum* (§ 7); deinde (§§ 8—10) de *dissimilitudinibus*, quae sint *in naturis hominum*, agitur. Has quoque esse conceditur; cum autem conclusisset Chrysippus eas ex differentibus causis natas esse,[1]) eum parum vidisse, qua de re ageretur et in quo causa consisteret: non immutabiles illas esse; vinci posse *causas naturales*, esse aliquid in potestate nostra, voluntates nostras appetitionesque illa conexione causarum liberas esse. Quod postquam compluribus gravissimorum virorum exemplis comprobavit, hanc primam disputationis partem cum ardore quodam sic concludit (§ 11): *Sed haec ex naturalibus causis vitia nasci possunt, exstirpari autem et funditus tolli, ut is ipse, qui ad ea propensus fuerit, a tantis vitiis avocetur, non est id positum in naturalibus causis, sed in voluntate, studio, disciplina.* Cum enim philosophus noster anonymus ad hanc voluntatis libertatem iterum atque iterum refugiat, hanc sibi a principio quam firmissime stabiliendam esse debebat existimare. Eo manifesto spectat et fervor copiaque verborum et gravitas exemplorum.

Ad mores haec pertinere planum est: ergo in hanc partem prospiciunt prima, quae de prooemio conservata sunt, verba: *quia pertinet ad mores, quod ἦθος illi vocant; nos eam partem philosophiae de moribus appellare solemus, sed decet linguam Latinam augentem nominare moralem.*

Schmekelius hanc primam partem, quacum alteram (§§ 11 sqq. —20) coniunxit, censuit ad astrologiam spectare. De altera brevi post inquiram: in hac, quam pertractavimus, unum inesse videtur illius sententiae documentum, quod adhuc praetermisimus. In § 8 enim invenitur: *ut igitur ad quasdam res natura loci*

---

[1]) Subest: ergo fato eas effici.

pertinet aliquid, ad quasdam autem nihil, sic astrorum affectio valeat, si vis, ad quasdam res, ad omnes certe non valebit. Sed hoc nullum potest esse; primum enim neminem effugiat, quantum haec non consentiant cum universo contextu, quem supra descripsimus: antea et postea de naturis locorum et omnino de causis naturalibus disputatio fit, certe nusquam de astrologia; deinde ea parum eleganter agglutinata esse facillime sentitur; quae vero proxime antecedunt, esse a scriptore Latino adiecta non opus est demonstrare; denique quandoquidem statuimus §§ 5 et 6 a Cicerone ultro adiunctas esse, manifestum est eundem, ut illam partem cum ceteris artius conecteret, haec quoque intexuisse. Ne id quidem neglegas, hoc loco solo ad colloquium descendi, idque saepius familiariusque. Seiunctis autem eis, quae notavimus (*Diiunge — non valebit*), quae subsequuntur, ad § 7 optime quadrant, immo multo expeditior argumentatio redditur.

De fonte igitur, unde §§ 7—11 haustae sunt, id satis constat, nullum esse documentum de astrologia ibi disputationem factam fuisse. Quid vero de Posidonio iudicem, supra ostendi.

Alteram libri de fato partem diximus a § 11 usque ad § 20 patere: de hac certa constituere multo est difficilius: nam quamquam iniquitate temporum laesa non est, tamen paene graviorem perpessa est calamitatem: eum, qui tradidit, ipsum non perspexisse, quae tradidit, mox apparebit. Cicero confitetur ipse *obscuram esse* hanc *quaestionem, quam περὶ δυνατῶν philosophi appellent* (§ 1); pergit eodem loco: *totaque est λογική, quam rationem disserendi voco.* Conducet memoriam horum ipsius verborum retinere. Atque id quidem facile concedatur, dummodo non ex primis vocabulis, quid haec pars sibi velit, indagare conemur, non de divinatione ipsa haberi interrogationem, id quod illa videntur significare, neque de vi vaticinationum aut de arte astrologorum, sed haec nomina omnia breviter tangi et praeteriri, certe non ipsa tractari: re vera de illa Chrysippi et Diodori contentione περὶ δυνατῶν agi mox ex § 17 cognoscitur, ubi dicitur: *Sed ad illam Diodori contentionem, quam περὶ δυνατῶν appellant, revertamur: quem locum hanc quaestionem attingere* (§ 17) auctor libri censuit, quo Cicero usus est: nempe Ciceronem ipsum hunc locum attulisse brevi nemo opinabitur. Si vero

licet accuratam horum verborum sententiam excutere, id ea prodere puto, suo ductum consilio illum hanc contentionem quaestioni suae de fato institutae intexuisse. Cur id fecerit, postea perscrutabimur: nunc id quodam iure interrogaverim, quanam ratione contentio illa de eis, quae fieri possint, ad disputationem de fato possit referri. Mentio fit huius contentionis etiam apud Plutarchum de Stoicor. rep. c. 46, qui recte iudicat, Diodori sententiam multo magis quam Chrysippi consentire cum necessitate fati, quam Stoici professi sint. Id vero manifestum est, a Stoicis illinc argumentum ad fatum probandum non esse deductum; omnino hanc *περὶ δυνατῶν* quaestionem cum illa de fato coniunxisse non videntur. Veri simile hac ratione fit iure Ciceronem dicere quaestionem *περὶ δυνατῶν totam λογικὴν esse* (§ 1).

Sed unicuique licet ad sententiam suam probandam argumenta undecunque afferre: ita philosophus noster praesidium ex logica petivit, non ignorans per se illud placitum a quaestione sua alienum esse, et ita intellegendum est: *Qui locus attingit hanc quaestionem.* Atque sensit recte Stuevius p. 38 sq. augeri et amplificari Diodori *ἀξίωμα* [1]) et aliquatenus commutari, scilicet sententiae philosophi nostri ostentandae et declarandae causa; ducit illinc, quod argumentationi suae concinnum est. At cui argumentationi? Sine dubio cum dicitur: *qui locus attingit hanc quaestionem*, quoniam nulla accedit appositio, qua quaenam haec sit quaestio significetur, hic in media sumus argumentatione. Quae igitur ea est? Necesse videtur esse, ut id cognoscamus, ea quae antecedunt accuratius percensere.

Ut vero certa reperiamus, vix alia fieri poterit via atque rursus ab illo § 17 *revertamur* initium faciendo. Nescio, cur Schmekelius, quo in § 7 usus est duce, eundem hic aspernatus sit. Legimus igitur in § 17: *Sed ad illam Diodori contentionem, quam περὶ δυνατῶν appellant, revertamur, in qua, quid valeat id quod fieri possit, anquiritur* (§ 7). Inde digressae erant §§ 15 et 16; unde ordiatur digressio, facillime

---

[1]) Totum continetur (conferas etiam § 13 et Plut. l. c.) verbis: *Placet igitur Diodoro id solum fieri posse, quod aut verum sit aut verum futurum sit.* Hoc multo simplicius et brevius esse, quam quae deinceps explanantur, manifestum est.

sentitur, a verbis videlicet: *Hoc loco Chrysippus* ... Quoniam autem §§ 5 et 6 constituimus a Cicerone interpositas esse, veri simillimum sit, eundem haec quoque aliunde adiecisse, praesertim cum ad rem nihil afferant: immo distinentur iis § 14 et § 17, et Cicero non vidit ex §§ 13 et 14 conclusionem ipsa § 17 fieri. In contentione *περὶ δυνατῶν* Diodori sententiam philosophus noster probat, Chrysippi improbat, idque tantopere, ut studeat demonstrare, si Chrysippus, quae ex praedictis divinis ab eo comprobatis consequantur, recte colligat, necessarium esse eum Diodoro assentiri (§§ 13 et 14). Sic conciliatis inimicis sententiis vel unitis et in eandem coactis, videlicet Diodori, huic summo iure Diodori solum indit nomen et ex hac sola pergit concludere in § 17: *Placet igitur Diodoro* ... Vix credibile est, quoniam se contentione illa introducta extra rem egressum esse philosophus noster non ignorabat, eundem iterum intra hanc digressionem aliam minime necessariam interiecisse. Ergo Ciceronis propriae sunt §§ 15 et 16; at unde ortae? Nam ipsum excogitasse hanc Chrysippi refutationem ego quidem non concedo. Qua de causa non ex ipsis Chrysippi libris, quos eum legisse certum est, sed aut ex Clitomacho aut ex Panaetio fluxerunt. Ego veri similius puto Panaetium esse fontem, ex quo de div. II §§ 87—97 Cicero exscripserat. Nonnulla ipse addidit, inprimis ea, quibus Chrysippus illuditur (§ 15: *O licentiam iocularem* [v. § 38]! *ne ipse incidat in Diodorum,*[1]) *docet Chaldaeos, quo pacto eos exponere percepta oporteat*). Eodem vero etiam quae in § 11 *de perceptis artis* scripta sunt, *quae Graeca θεωρήματα dicantur*, respiciunt; quanta pars § 12 inde sumpta sit, non audeo diiudicare. Certum hoc est Ciceronem similitudine exempli adductum, quem meminerat se legisse, consimilem locum denuo evolvisse et huc inseruisse; ad verbum autem haec descripta non sunt, certe non § 12, si quidem illinc orta est.

At haec paragraphus quid sibi vellet, mihi confitendum est me parum perspexisse. Id persuasum habeo, ex eodem fonte, unde §§ 13—14, hanc descriptam non esse. Apud Ciceronem enim hic est ordo argumentationis: a principio inducitur exemplis (§ 13), tum demum inimicae sibi opponuntur sententiae (§ 13),

---

[1]) Hoc quam maxime absurdum est.

Diodori quidem per se sola, Chrysippi admixtis exemplis. Deinde demonstratur, quoniam comprobet divina praedicta, eo Chrysippum cogi, ut assentiatur Diodori sententiae. Et nunc idem exemplum, quod iam bis in § 12 legimus, primum sine certo nomine, tum Fabii illustratum, tertium reperimus, atque sic ut statim sentiamus hic suo loco stare: nempe hic tantum quo spectet perspicuum est. Ut breviter dicam: hic ordo totus satis ineptus est, et nomina divinationis ceteraque permixta et iterata exempla eademque exposita, antequam, in quo causa consisteret, constitueretur: minime vero possum perspicere, quid disceptatio inter *esse* et *natum esse* instituta ad quaestionem nostram attineat: de qua voluptati fuisse Ciceroni suspicor, discipuli instar, quae paulo ante didicerat,[1] usurpare. Puerilis aut, ne severius reprehendam, oratoria et a philosophorum more aliena etiam ratio admonendi est, qua Chrysippum ut caveat alloquitur. Tandem id haud levissimum ducam veri vestigium, remotis salebris sine vi et artibus talem sua sponte remanere aut renasci structuram argumentationis, qualis desideratur.

Est fere haec: primum sibi oppositae erant Diodori et Chrysippi sententiae de eo, quod fieri posset; Chrysippi sententia fieri potest ut in fonte paulo longius aut alio modo exposita fuerit, a Cicerone paulum perturbata vel contracta sit, id quod locis a Stuevio p. 33 sqq. collatis[2]) probabile fit, neque vero valde corrupta, cum, quid ille docuerit, etiam sic satis perspicuum sit. Deinde conciliatio facta erat inimicarum sententiarum Chrysippi de divinatione doctrina adhibita: quam insecutum erat exemplum et ad illustrandam et ad conficiendam argumentationem adiectum.[3]) Vicit sententia Diodori, ergo sola deinceps nominabatur: in hac victrice, quae insequuntur (§§ 17—20), sunt posita.

Constat igitur, quae § 17 antecedunt, omnia pertinere ad contentionem περὶ δυνατῶν. Suscepimus ea examinare, ut intellegeremus, quae esset illa quaestio, quam locus περὶ δυνατῶν attingeret. Nihil invenimus. An universam de fato? Sine dubio, sed interrogamus: qua ratione, quam partem quaestionis? primam?

---

[1]) Tuscul. disp. I §§ 12 sqq.

[2]) Qui Gerckium (pag. 726) secutus est.

[3]) Et rationem hanc argumentandi et hoc exemplum trita fuisse e consensu Plut. de Stoic. rep. c. 46 agnoscitur.

id fieri non potest. Aliud nihil relinquitur. Ergo nescimus, quo respiciant illa verba: *Qui locus attingit hanc quaestionem.* Tamquam caput deest corpori, inprimis postquam quid de §§ 11—12 censendum sit constituimus easque ex fonte quasi exstinximus.

Quae porro in §§ 17—20 explicantur, omnia sunt plana et dilucida: habemus integrum et sincerum fontis contextum. At in extrema parte Schmekelius complura de contextu libri Carneadis consulto a Cicerone omissa esse, deinceps autem (§§ 20—28) re vera eandem continuari argumentationem ex consensu §§ 18—20 cum §§ 21 sqq. atque ex verbis: *Sed haec hactenus; alia videamus* conclusit (p. 175). Concinunt sane hi loci, sed post § 20 aliquid desiderari non sentio neque, qui argumentatio nostra §§ 21—28 continuetur et compleatur. Verba vero illa sine dubio indicant aliquid a Cicerone mutatum esse; quid autem et quo modo immutaverit, non certe declarant. Denique de ratione, quae inter §§ 20—28 et 18—20 intercedat, me ita iudicare postea ostendam, ut non possim accipere, quod Schmekelius coniecit.[1]

Omnino igitur minus de extrema parte dubius sum quam, quo sit tota annectenda: caput dixi corpori deesse. Estne decisum a Cicerone? At cur? An intercidit Cicero partes? Quaerendum est, quo alteram condiderit. An ex alio libro ipse suo arbitrio haec omnia assumpsit omissa ea parte, quam desideramus? Hoc tertium minime probabile est et propter difficultatem rei et propter consensum, qui inter §§ 18 et 19 atque §§ 21—23 intercedit: si modo restituimus pristinum ordinem, omnia tam concinna sunt et cum quaestione instituta adeo hic locus convenit, ut demi non possit. Habeo enim persuasum intercisa illa esse, pro certo partem nostram, quae apud Ciceronem secunda numeranda est, in fonte §§ 21 et 22 esse insecutam: nam ibi de atomis earumque declinatione ita agitur eaeque tam copiose explanantur et declarantur, ut illo loco eas primum commemorari atque induci appareat; § 18 autem nititur hac scientia. Id maximum duco et satis firmum documentum; itaque alia nunc quidem praetermitto (cf. p. 358).

Ergo §§ 13—14, 17—20, si eum contextum volumus restituere, qui in libro descripto fuerat, aut post Ciceronis partem

---

[1]) Quae p. 176 inde conclusit, iam p. 344 sq. doeui irrita esse.

tertiam repônendae sunt aut aliquo modo cum illa coniungendae; certum est eas §§ 21 et 22 non debere antecedere. Miror quod, nescio qua ratione, cum hac sententia ordo prooemii libelli nostri (§ 1) convenit, ubi haec *περὶ δυνατῶν* quaestio post eam demum enumeratur partem, qua se *vim rationemque enumerationum, quas Graeci ἀξιώματα vocent,* promittit *explicaturum esse.*

Restat, ut quaeramus, cur Cicero ordinem fontis mutaverit. Sine dubio eo disturbavit et depravavit argumentationem auctoris libri eius, quo utebatur. Luce clarius est eum nihil fuisse immutaturum, si illam perspexisset. At mutavit. Causam fortasse ipsius verba (§ 1) patefaciunt: *quae de re futura, cum aliquid dicunt, deque eo, quod possit fieri aut non possit, quam vim habeant, obscura quaestio est, quam περὶ δυνατῶν philosophi appellant, totaque est λογική, quam rationem disserendi voco.* Inde colligi potest *obscuram*, quam vocat, *quaestionem* permagnas ei exhibuisse difficultates: quas fortasse facilius se superaturum esse opinabatur, si rem per se solam et ex aliis argumentis, quae ipsa difficilia erant perspectu, resolutam tractaret. Sed etiam id elucet, Ciceronem putavisse hac parte *de re futura* et *de eo, quod possit fieri aut non possit* per se ipsis agi, *quam vim haberent.* Hoc errore et § 13 ductus initio huius partis (§ 11) de divinatione verba facit. Quo modo vero haec quaestio cum disputatione de fato coniuncta esset, non intellexit et hac de causa licere arbitrabatur, quae sibi liberet, mutare.[1])

Ad initium tertiae libri nostri partis (§§ 20—38) referri possunt, quae in § 4 legimus: *Sed quoniam ... hanc Academicorum contra propositum disputandi consuetudinem indicant te suscepisse Tusculanae disputationes, ponere aliquid, ad quod audiam, ... volo.* Veri simile est statim primam disputationis partem a tali *proposito* esse exorsam, contra quod in §§ 7—11 pugnatur, idque fuisse eiusdem modi, atque quod in § 20 exstat. *Proponitur* igitur Chrysippi conclusio, quam sic

---

[1]) Licere autem ordinem disputationis adhibitae commutare Ciceronem ideo potissimum suspicor opinatum esse, quod omnis adversariorum comparatio quodam modo a *proposito* ordiebatur (§ 13), id quod signum putavit (§ 4) novam incipi partem.

liceat referre: Omnem enuntiationem aut veram aut falsam esse: id inde sequi, quod omnia habeant causas efficientes, neque stare posse, si non omnia causas efficientes habeant: stare autem oportere, ergo omnia effici causis antegressis, nullum motum sine causa esse: fato igitur fieri, quaecunque fiant. Contra eam philosophus noster, quem nihil magis defendere scimus, quam libertatem voluntatis nostrae, tam acriter disputat, ut profiteatur potius se Epicuri — quem maxime odisse eum etiam ex § 38 cognoscitur — sententiam plane contrariam accepturum esse negantis aut veram aut falsam debere esse enuntiationem omnem: hanc *habere aliquid disputationis*, illam *non esse tolerabilem*. Conferuntur deinde adversarii: Chrysippum omnes contendere nervos, ut persuadeat aut verum esse aut falsum enuntiatum omne, ea impulsum opinione se hoc probato id quoque confirmavisse, omnia fato et ex aeternis causis fieri, Epicurum illud negare nulla alia incitatum causa, nisi ut fati vitet necessitatem: ideo *induxisse tertium motum extra pondus et plagam*, atomorum sine causa declinationem: quem, quoniam sine causa fiat, non probabilem esse, et Democritum iure maluisse omnia fieri fato quam ab individuis corporibus naturales avellere motus. Ergo neque Chrysippo assentitur philosophus neque Epicuri spinas probat. Laudat igitur Carneadem, qui docuerit sine hac commenticia declinatione Epicureos causam suam sustinere posse: id solum defenderent et confirmarent *esse quendam animi voluntarium motum*, concederent esse causas motus animorum, non concederent esse causas externas et antecedentes. Apertum est hanc Carneadis sententiam non modo pluris aestimari ab auctore disputationis nostrae quam ceteras, quoniam pergit: *Acutius Carneades, qui* ... sed ideo laudari, quod ipse idem sentit: quo fit, ut in § 24 statim, ad directam tantum reversus orationem, progrediatur: *Communi igitur consuetudine* ... Premere autem necesse est orationem diversam § 23 atque §§ 24 et 25. Schmekelius enim ea neglecta ex hoc loco collegit Carneadem vel Clitomachum esse auctorem disputationis a Cicerone redditae. Itaque Schmekelio iudicandum esset aut Ciceronem corrupisse rem, quoniam oratione distinxisset, quae eiusdem essent auctoris neque distingui deberent, aut §§ 24 et 25 Ciceronis proprias esse: hoc vix quisquam obtinebit, illud credo eo refelli, quod § 25 Carneadis esse non

potest: ad Stoicorum enim *naturam* respicit;[1]) neque Academici huius audacissimi et doctissimi id sit vereri, *ne omnes physici se irrideant,* id quod timidum ostentat vel praecautum genus philosophandi.[2])

De re pauca addenda mihi sunt. In § 24 eadem ratione atque de fin. V § 39 sermonis communis afferuntur exempla et ad philosophiam explanandam probandamque intenduntur.[3]) Ultra Carneadem iam haec, multo amplius § 25 procedit: ille negaverat[4]) *voluntatis nostrae externas causas esse,* § 25 confirmatur *natura* ipsa ut in mundo atomos ita in nobis animos moveri, et illas et hos ipsos *naturam eam in se continere.*

Facile cognoscitur ad finem quendam quaestionem pervenisse: contra Chrysippum Epicuri auxilium arcessitum est ad liberam voluntatem obtinendam, Epicuro nihil proficienti submissus Carneades, ita vincit libertas voluntatis, repelluntur causae externae, conceditur esse causas, sed inesse in natura animorum, non extrinsecus accedere.

Itaque non mirum est, quod in § 26 denuo incipitur, sed valde miror, quod tam communibus inanibusque verbis initium fit: *Quod cum ita sit, quid est, cur* ... At neglegendum id esset, nisi aliis augeretur offensionibus. Desideratur nomen Chrysippi post § 21 nusquam commemoratum, eo magis, quod ne sententia quidem eius interim repetita est. Multo autem vehementius offendor rebus ipsis, quae hic docentur. Nonne ipse Chrysippus defenderat omnem enuntiationem aut veram esse aut falsam? Mihi confitendum est me ea, quae in § 26 dicuntur, neque singula neque, qua ratione argumentatio progrediatur, intellegere; nam sensu carent neque inter se satis conexa sunt neque ad ea quadrant, quae antea (§§ 23 sqq.) disceptata sunt. Recte vidit Stuevius (p. 5) de *futuris* hic agi, iterum atque iterum legimus eam vocem; qui vero id factum esset, quamquam §§ 26 sqq. cognovit ab antecedentibus disiungendas esse, non satis

---

[1]) Probari potest, quae in § 25 docentur, ex ipso Chrysippo ducta esse: v. §§ 42—43 (*suapte natura* § 42, *suapte vi et natura* § 43).

[2]) Ciceronem notum est physicos parvi putavisse aut illusisse (velut ac. II § 30).

[3]) Antiochum Ascalonitam ad eum librum adhibitum esse constat.

[4]) Cf. etiam § 31.

perspexit.[1]) Denique hic reperimus illam Chrysippi allocutionem, quam nusquam nisi in § 12 invenimus et a Cicerone adiectam esse demonstravimus. Eandem vero rationem §§ 27—28 prae se ferunt: non more philosophorum demonstratur et concluditur, sed oratoris ritu interrogatur, et sic, ut non respondeatur, sane quia pueri esset respondere, non philosophi. Compluribus tandem § 28 offensionibus, ubi inprimis magna difficultas est, qua ratione verba *Nec nos impediet* ... cum parte antecedente coniungenda sint, Stuevius studuit mederi. Neque vero eius parvulis remediis his difficultatibus satis subveniri posse arbitror, sed, ut breviter dicam, haec omnia signa sunt §§ 26—28 a Cicerone ipso esse elaboratas.

Hoc ut iudicem non tam offensionibus modo commemoratis adducor quam similitudine huius loci cum §§ 17—20. Nam cum opus esset ad haec perspicienda et interpretanda alios libelli nostri locos conferre, illas maxime coepi cum nostris comparare paragraphis. Ita permagna mihi occurrit similitudo vel quasi affinitas utriusque loci: utrimque in primo exemplo Scipionis nomen reperitur; respondent: *veniet in senatum Cato* et *descendet*[2]) *in Academiam Carneades*; quin etiam totarum periodorum eadem est constructio, §§ 18—20: *nec, cum haec ita sint, est causa, cur Epicurus fatum extimescat* ... *nec*[3]) *ii, qui dicunt immutabilia esse, quae futura sint* ... *fati necessitatem confirmant* ...: § 28: *nec, si omne enuntiatum* ... *sequitur illico esse causas immutabiles* ... *nec ob eam causam fatum aut necessitas extimescenda est.* Sine dubio non casu accidit, quod praeter totam structuram etiam singula consentiunt vocabula; maius est documentum res quam maxime consimiles esse aut easdem fere.

---

[1]) Cf. p. 354 et p. 358 sq. — Schmekelius hunc locum ad quaestionem *περὶ δυνατῶν* pertinere acute sensit (p. 169), id quod Stuevius (p. 5) negat; singula vero argumenta a Schmekelio detorta esse probabiliter reprehendit Stuevius.

[2]) Sic est scribendum; nempe futurum postulatur. Vix enim probabile est Ciceronem, ut (§ 1) opinabatur hac parte de futuris tantum agi, ita etiam proprium exemplum in futuro posuisse, quamquam antea (§ 19) ex fonte praesens converterat tempus.

[3]) Fieri potest, ut id *nec* ipsum scriptum sit secundum fontis *οὔτε* in § 28 (*Nec nos impediet*) traditum: v. p. 359.

Quibus causis omnibus satis mihi videtur probari alterum locum de industria ad exemplum prioris esse effectum. Cicero, postquam priorem conscripsit, ipse illum[1]) imitatus est.

Quaerimus, cur hoc fecerit. Mirabiliter conveniunt observationes, quas supra de libelli Ciceroniani altera . parte fecimus, cum eis, quae hic occurrunt. Sine dubio Cicero illam partem *περὶ δυνατῶν* ex hoc ipso contextu abstulerat. Tum autem in disputatione huc progressus necesse animadvertit esse eam partem, quae verbis: *Nec nos impediet* incohatur, cum ea, quae apud ipsum antecedebat (§§ 20—25), conectere.

Ergo reponamus in suum locum §§ 13 et 14, 17—20, post § 25. Num aliqua, certe non multa, in principio (§ 13) supplenda sint, quaeque ea sint, parvi ponderis est. Per digressionem igitur quandam copulantur inter se sententiae Chrysippi et Diodori (v. p. 352), tum ad quaestionem ipsam reditur verbis illis: *Qui locus attingit hanc quaestionem.* Quaestio autem haec, in qua media versamur, ea est, quae a § 20 et proposita illa Chrysippi conclusione exorditur. Ita expedita et perspicua rerum coniunctio et progressio argumentorum renascitur. Manifesto enim §§ 18 sqq., quamquam proficiscuntur a quaestione *περὶ δυνατῶν*, ad nostram spectant partem, cum iis fundamentum conclusionis Chrysippi defendatur, *omne enuntiatum aut verum aut falsum esse* (cf. § 19 in.). Contenditur hoc non minus de futuris quam de factis valere: ex sententia Diodori, *nihil fieri, quod non necesse fuerit, et quidquid fieri possit, id aut esse iam aut futurum esse*, id quoque sequi, ex veris in falsa non magis commutari posse ea, quae futura, quam ea, quae facta sint, in utrisque eandem apparere immutabilitatem.

Sed sic defenso illo Chrysippi principio novum impendet periculum, ne eo simul fati necessitas adiuvetur. Propterea sic pergitur: non necesse esse, cum haec ita sint, fatum extimescere aut praesidium petere ab declinatione atomorum Epicuri, quod nullum esse possit: sed fieri posse, ut et illud principium obtineatur et tamen negetur inde effici omnia fato

[1]) Latinum scilicet, id quod verborum similitudine ostenditur. — Ceterum tale quid fieri potuisse video iam Schmekelium (p. 175 adn. 2) esse suspicatum.

fieri (§ 19). Postquam enim §§ 23—25 *animorum motus voluntarios* servavit,[1]) hic in aliud videtur intentus esse argumentum. Concessit philosophus noster (§§ 24 sq.) neque hic infitiatur nihil fieri sine causis; ultra quod hic progreditur, cum distinctionem inducit inter *causas aeternas naturae necessitate manantes* et *causas fortuito antegressas*;[2]) quod enim enuntietur: *Descendet in Academiam Carneades, non* id esse *verum aeternis causis, nec tamen sine causis,* sed *causis fortuito antegressis* niti. *Ita* utrumque stare: *et semper verum fuisse: Morietur Epicurus ... archoute Pytharato, neque tamen fuisse causas fatales.*

De § 20, maxime de verbis: *At qui introducunt causarum seriem sempiternam, ii mentem hominis voluntate libera spoliatam necessitate fati devinciunt* haesito, utrum Ciceronis propria sint an fontis: illud eo mihi videtur probabilius, quod maxima cum levitate censetur ad *verborum* tantum *vim interpretandam* quaedam pertinere, et quod extrema verba ad libertatem voluntatis, de qua hic non agitur, revertuntur: non procul abest suspicari Ciceronem ea, postquam hanc partem ex contextu pristino resolvit, addidisse,[3]) ut conclusionem ea pars haberet consimilem primae (§ 11) et tertiae (§ 38). Tandem, quae in § 28 insequuntur et huc annectenda sunt, optime ad § 19 quadrant, quae rerum conexio in primis illa posteriore § 20 particula impeditur. Praeterea nihil novi afferunt. His causis adducor, ut in fonte § 19 ilico § 28 successisse arbitrer.

Nam quod Stuevius §§ 28—31 ignavam tractari rationem eamque partem aliunde ut alienum membrum a Cicerone intra fontis contextum insertam esse putat (p. 8 sqq. et 12), minime comprobo. Immo et gravissima insunt signa, quibus philosophi nostri ratio ostentetur, et cum universa quaestione hic locus artissime est coniunctus. Tale signum inprimis § 29 existimo

---

[1]) Primum id demonstravit, convenienter cum parte totius disputationis prima.

[2]) Refert annotare complura a philosopho usurpari nomina causarum aeternarum, vocantur *naturae necessitate manantes* aut *causae cohibentes in se efficientiam naturalem,* etiam *causae fatales*; pro *causis fortuito antegressis* postea dicitur aliquid *serie certa* (?) *causarum ita casurum fuisse, ut ceciderit*; unde cognoscitur, quantae curae ei haec disceptatio fuerit.

[3]) Quod dicitur: *causarum seriem sempiternam,* v. de div. I § 125.

offerre, locum dico, ubi de *acternitate causarum* agitur. Dubium non potest esse, quin hic plane eadem fiat distinctio causarum atque in § 19, eademque etiam in §§ 32 et 33 atque 37, et quin huic notioni *aeternitatis* idem atttribuatur pondus his locis omnibus. Non temere in § 29 immutatur notio, sed id contenditur, non contra nomen fati sed contra aeternitatem causarum pugnari. De argumento igitur, quod hoc loco tractetur, Stuevius erravit[1]): neque enim praeter prima verba quicquam ad *ignavam* puto *rationem* pertinere. Magis conectendi et praetereundi causa illa videtur commemorari. Nam quae apud Ciceronem scripta sunt: *appellatur enim quidam a philosophis* — quibusnam? nonne Epicureis? — *ἀργὸς λόγος, cui si pareamus, nihil omnino agamus in vita,* ineptissimam ipsius annotationem esse manifestum est; non intellexit per ludibrium nomen esse inditum. Eundem in § 29 intromisisse: *Recte genus hoc interrogationis ignavum atque iners nominatum est, quod eadem ratione omnis e vita tollitur actio,* veri simillum fit et consensu cum loco modo vituperato et discrepantia a § 31: *nec ullam adhibebat calumniam,* et eo, quod ac. II § 39 collata credibile est Ciceronem ipsum e memoria talia adiungere potuisse. In fonte igitur, quae in § 28 leguntur, ita fere coepta erant: *οὐθ' ἡμᾶς κωλύσει ἐκεῖνος ὁ λεγόμενος ἀργὸς λόγος. Ἐρωτῶσι γὰρ οὑτωσί· εἰ εἱμαρμένον σοί ἐστι* . . . et in hanc periodum statim erat insecutum: *Ἐνδέχεται δὲ καὶ μεταλλάξαι, ὥστε* . . .

Nomen igitur *ignavae*, quae dicebatur, *rationis* commemoratur, quod eo clarissime et brevissime significatur abhinc ad eam procedi Stoicorum sententiam, qua omnia necessitate effici doceant aeternitate manante eaque caeca et tam immutabili, ut nullo studio et labore evitari vel vinci possit. Aliquid liberius Chrysippum censuisse, qui inter *simplicia* et *copulata* distinxisset, quae *confatalia* nominavisset. Opponitur prorsus eadem ratione atque in § 23 Carneades, cuius conclusio continetur § 31. Evidentissime finitur laude § 32: *Hoc artius astringi ratio non potest; nam*

---

[1]) Quamquam idem (p. 10) in §§ 31 sqq. inde a verbis: *si omnia* nihil iam ad illam attinere sagaciter observavit, unde, quod coniecit collegit. Schmekelius (p. 166 et 169) neque id perspexit et nomine illo universam Stoicorum sententiam hic significari videtur sensisse.

si quis velit idem referre, ... nihil dicat. Postea denuo nominatur atque planum est hoc ideo fieri, quod nova eius repetitur sententia: non casu fit, quod ea per orationem obliquam inducitur (§ 32: *Itaque dicebat Carneades ...* § 33: ... *censebat ...*). Quae tam copiose disserere non necesse esset, nisi Schmekelius hic quoque ea neglexisset. Nemo iam credat Ciceronem ex Carneade vel Clitomacho ita hausisse, ut reliqua per orationem directam, ipsius sententias, idque et in § 23 et nostro loco iteratim, per obliquam reddidisset. Sed aut ipse totam hanc partem conscripsit et Chrysippi et Carneadis sententiis ex ipsis collectis, aut si non ipse collegit, etiam Carneadis conclusiones ex alio scriptore sumpsit.

Arcessitur igitur a philosopho nostro contra *totum illud genus*, imprimis contra Chrysippum, Carneadis conclusio, maxima et gravissima videlicet ut in summo discrimine: quem iudicavisse *nimis inconsiderate conclusam esse* illam naturalem omnium rerum colligationem illisque respondisse: si omnia fierent causis antecedentibus, potestati nostrae nullum restare spatium; esse autem aliquid in potestate nostra, ergo non omnia fieri causis antecedentibus: eo refelli necessitatem fati.

Haec conclusio plana et dilucida est, minus quae § 32 inde consequi dicuntur. Coniungi videtur cum hac Carneadis conclusione Diodori περὶ δυνατῶν sententia: iure Carneadem de veritate futurorum nihil conclusisse, nempe non dixisse: *si omne futurum ex aeternitate verum est,* sed sic: *si omnia antecedentibus causis fiunt:* hoc effici *omnia colligatione naturali conserte contexteque fieri,* ergo fatum confirmari, illo non ita: multum enim differre, utrum aeternae causae (naturali colligatione) efficiant futura vera, an etiam sine ea causarum aeternitate futura possint vera esse. Difficilis est perspectu is locus propter notiones aeternitatis et naturalium causarum promiscue usurpatas. Et tenetur sententia Diodori aut, quod inde duxit philosophus noster, etiam futura aut vera aut falsa esse, et probatur Carneadis naturalis vel aeternae causarum colligationis refutatio. Ita, non aliter,[1])

[1]) Loco nostro Schmekelium (p. 170) complura falso interpretatum esse recte reprehendit Stuevius. De hac vero distinctione optime sic censuit (p. 13): „Re vera enim differentia non tam in eo posita est,

interpretandum esse affirmatur § 33, maxime his: *erat hoc quidem verum ex aeternitate, sed causas id efficientes non habebat.*

Sibi nobisque persuadere vult philosophus — id quod verum non esse luce clarius est — Carneadem idem voluisse ostendere conclusione sua, quod ipse illinc sumpsisset; testimonium esse, quae de praedictis Appollinis iudicavisset.

Quae in § 33 subsequuntur: *Quocirca, si Stoicis, qui omnia fato fieri dicunt, consentaneum est huius modi oracula ceteraque, quae a divinatione ducuntur, conprobare, iis autem, qui, quae futura sunt, ea vera esse ex aeternitate dicunt, non idem dicendum est, vide, ne non eadem sit illorum causa et Stoicorum; hi enim urguentur angustius, illorum ratio soluta ac libera est,* similia eis, quae ex § 20 Ciceronis propria esse supra suspicati sumus, compluribus adducor causis, ne ex fonte putem hausta esse. Primum enim his dirimitur et disturbatur series argumentorum, cum initium § 34 multo aptius accedat ad ea, quae haec verba antecedunt. Tum haec ipsa parum exhibent sagacitatis atque iudicii. Deinde nusquam adhuc in fonte invenimus Stoicos generatim nominatos, contra Chrysippum passim intenta erat disputatio solum, etiam in § 31, quae § 30 succedit. Postremo ne id quidem omitto, quamquam, quae ad rem pertinent, de praedictis Apollinis antea breviter et, quantum satis sit, exposita sunt, hic tamen ad divinationem omnem respici: vix addere opus est maximam esse suspicionem id a Cicerone esse ortum.[1])

Veri simile igitur existimo in fonte, quae §§ 31—33 explicata erant, sic fere aut simili modo conclusa simulque argumentationem productam fuisse: *Quodsi concedatur nihil posse evenire sine causa antecedente, quid proficiatur, si ea causa non ex aeternis causis apta dicatur?*

Ad haec vero extemplo accesserunt (§ 36): *Nondum enim ulcerato serpentis morsu Philocteta quae causa in rerum natura*

---

utrum omnia necessitate fiant necne, sed ea, quae vera sint, utrum ex aeterna serie causarum pendeant an sine hoc causarum nexu ex aeternitate vera esse possint intellegi."

[1]) Et verba et omnis ratio huius loci § 44 videntur imitari, imprimis verba: *vide, ne idem dicant.*

continebatur, fore ut is in insula Lemno linqueretur? et quae insequuntur usque ad § 38. Sed, quod dico, mihi demonstrandum est. Maxime igitur miror, quod hic tandem, non multo prius, quid sit causa, definitur; atque nimis communis et vulgaris ea definitio est, cum non iam de causis omnino, sed de causis aeternis agatur: nempe nusquam reprehenduntur adversarii, quod neglexerint, quid re vera esset causa. Etiam distinctione § 36 admodum pueriliter facta offendor: discipulum primis labris, ut dicitur, philosophiam gustantem talem instituere decet,[1]) abhorret a quaestione tam provecta subtilique; nam, quae de Hecuba disseruntur, ceteraque satis sunt vulgaria. Id vero nemo opinetur philosophum hac arte quasi σοφιστικῶς rem perturbare et adversarios opprimere voluisse. Denique verba § 36 modo exscripta multo melius ad illa § 34 quadrant quam ad ea, quae nunc apud Ciceronem antecedunt. Quae argumenta augentur eo, quod eandem reperimus definitionem in Ciceronis topic. §§ 58—61, id quod Stuevius p. 45 sq. recte monuit[2]): unde ille locus ortus sit,[3]) nihil attinet ad nostram quaestionem; satis est scire, Ciceronem eum undecunque ad librum illum conscribendum repetivisse, cum, quae ex studiis philosophis cognita habebat, intra praecepta rhetorica insereret. Atque quoniam haec fundamenta sunt διαλεκτικῆς (top. § 57), mirum esset, si ea non didicisset. Sed interest locum illum accuratius cum nostro conferre. Nam non modo ibi manifesto ad nostrum locum respicitur,[4]) sed etiam apparet utrumque ex eodem fonte fluxisse: habemus eandem causarum distinctionem, in topicis latius expositam, hic pluribus exemplis illustratam, cetera pro ratione utriusque libri. Quod vero non iudico, illum locum ex nostro haustum esse, sed utrumque ex libro tertio,[5]) cum aliis ducor signis tum § 61, ubi Argus exemplo brevius quam hic comme-

---

1) Velut in top. § 60.

2) Gerckium (l. c. p. 745) secutus.

3) Antiochum Ascalonitam suspicantur; sed de hoc loco ego non ausus sim certa confirmare, nempe admodum communia sunt praecepta: causarum quidem eandem distinctionem iam apud Platonem (Phaedo p. 99 B) legimus.

4) Maxime § 59: *Ex hoc genere causarum ex aeternitate pendentium fatum a Stoicis nectitur.*

5) Ciceronem librum de fato rursus evolvisse non nego, sed ex eo solo illum locum haustum esse improbabile est.

morato pergitur: *At cum in Aiacis navim crispisulcans igneum fulmen iniectum est, inflammatur navis necessario.* Nemo infitias ibit Graecum exemplum fontis Graeci indicium esse; atque qui sic, ut eo loco fit, causas tractavit, ei tali quoque exemplo opus erat: idem vero, cum Ciceroni videretur cum reliquis, quae nostro contextu docentur, male convenire, in libro de fato omittere constituit. Nobis autem inde colligendum est Ciceronem alium habuisse librum, unde hanc causarum definitionem afferret. Quod vero de nostro loco conicio, eo probabilius fit, si ille topicorum locus e memoria[1]) conscriptus est (quoniam inde sequeretur Ciceroni optime notam fuisse hanc definitionem). Ergo in disputatione philosophi nostri de fato instituta hanc causarum definitionem non fuisse persuasum habeo.

Restat, ut de §§ 37 et 38 addamus his ad finem perduci, quam saepius explicavimus, philosophi nostri disceptationem. Propulsato exspectatione acrius Epicuro tota haec pars illa ipsa disceptatione concluditur (§ 38): *Tenebitur igitur id, quod a Chrysippo defenditur, omnem enuntiationem aut veram aut falsam esse*; *ratio ipsa coget et ex aeternitate quaedam esse vera et ea non esse nexa causis aeternis et a fati necessitate esse libera.*

Sic philosophus ipse, quae voluerit demonstrare, partitur et comprehendit; nos hanc eius alteram partem ita dividere possumus, ut priore usque ad § 25 omnino motus voluntarios animorum defendi statuamus, altera longiore et difficiliore (§§ 13—14, 17—19, 28—33, 34, 36—38) simul obtineri Chrysippi de enuntiationibus sententiam (§§ 13—14, 17—18) et repudiari aeternitatem causarum sive necessitatem fati (§§ 19, 28—38). In utraque autem summam Carneades habet auctoritatem, qui quasi socius ad decertandum advocatur, priore ad defendendos motus voluntarios, posteriore ad reiciendas causas aeternas.

§§ 39—45 ad mores pertinere censuit Schmekelius (p. 166 et 180 sq.). Sed postquam primam partem eo spectare vidimus

---

[1]) Cf. top. § 5: de hac parte (§§ 58 sqq.) equidem id crediderim, non minus de §§ 34—36 libri nostri de fato, ipsorum horum locorum et similitudine et dissimilitudine commotus.

eodemque referendas esse §§ 21—25, a principio vix concesseris etiam hac parte universa eandem rem tractari. Atque quae huius partis servata sunt, nil tale indicant; de perditis vero nisi ex eis, quae exstant, non licet iudicare. Mores enim nusquam tanguntur nisi intra conclusionem § 40 relatam, ubi non sua causa eos commemorari sed, ut conclusio, quam integram describere necesse erat, plena sit, inde apparet, quod ad hanc conclusionis partem postea nusquam respicitur.[1]) Sed haec assensionum tantum causa introducitur, de quibus in § 41 sqq. agi manifestum est: eae vero ipsae non per se tractantur, sed ideo adhibentur, ut earum ope conciliatio fiat inter adversarios. Cum enim de his talia Chrysippus docuisset, ut posset videri quodammodo studuisse fati vitare necessitatem, quamquam non omnino fatum esse negaverat, philosophus Chrysippo *tanquam arbitro honorario* utitur (§ 39): nempe hunc, *cum veterum philosophorum* alteri sensissent *omnia ita fato fieri, ut id fatum vim necessitatis afferret,* alteris *sine ullo fato esse animorum motus voluntarii* visi essent, *tanquam arbitrum honorarium medium ferire voluisse, sed applicare se ad eos potius, qui necessitate motus animorum liberatos velint* ... Pergitur (§ 40): *Atque hoc, si placet, quale sit, videamus in assensionibus* ... *Eas enim veteres illi* ... *Qui autem ab iis dissentiebant* ... Sine dubio hic annuntiatur, quid huic parti propositum sit. Et ilico incipitur collatio et comparatio adversariorum, qui sibi opponuntur eo consilio, ut adhibita Chrysippi de assensionibus sententia paulatim placentur demonstrando (§ 44) *utrosque patefacta atque explicata sententia ad eundem venire exitum:* ergo *verbis eos non re dissidere.*

Inde pro certo id sequitur, fieri non posse, quod Stuevius (p. 56) voluit, ut §§ 41—45 alius auctoris concedamus esse atque §§ 39 et 40: artissime cohaeret tota haec pars, atque si §§ 41—45 Antiochi Ascalonitae prae se ferunt rationem, de §§ 39 et 40 idem censendum est. Id vero recte Stuevius sensit nullo modo fieri posse, ut hanc partem ex Carneade vel Clitomacho haustam

---

[1]) Ceterum nihil proficiat, quae Schmekelius (p. 177 sqq.) complura de hac parte magis de suo confinxit quam inde explicavit, singillatim refutare. Id solum notandum est brevius quam debebat ab eo (p. 180 ann. 3) sententiam Gerckii (cf. p. 340 sq.) attingi et repudiari.

esse assentiamur Schmeckelio. Nam etiamsi nonnulla ex § 44, inprimis illa verba, quae Antiochum indicant, ut a Cicerone adiecta, demi possent, id quod nequaquam concedo, tamen relinquitur omnis philosophandi ratio huius partis: ea vero talis est, ut illis verbis id tantum breviter significetur et comprimatur, quod hac parte tota efficitur. Ut notos homines ex habitu solo et figura vultu oculisque non conspectis procul agnoscimus, ita omnis ratio huius partis Antiochum sapit; illa vero verba: *verbis eos, non re dissidere* quasi oculi philosophi[1]) putandi sunt; vix minus certum sunt indicium quam nomen eius ipsum.

Sed insuper alia afferre possumus documenta: nam maximi ponderis est consensus sententiarum quam plenissimus inter hanc partem et ac. II §§ 37—39 (et § 30) intercedens:[2]) ea Antiochi esse nemo infitiatur: ergo haec quoque Antiochi esse necesse est. Omnino autem dici potest Ciceronem Antiochi libros non minus saepe ad conscribendos suos assumpsisse quam Clitomachi. Postremo nulla alia coniectura declarari possit auctorem huius disputationis et Carneadem et Chrysippum sequi[3]) atque venerari. Nam nos, quoniam partes antecedentes ex Carneade non fluxisse ostendimus, nihil impedit, quominus eidem reddamus Antiocho, una quidem sublata difficultate: primo enim admiratione afficimur, quod, postquam antea quasi pugnatum est in Chrysippum, idem subito *arbiter honorarius* nominatur: quae inter se pugnare philosophus ipse videtur sensisse et ob eam causam in § 39 haec interposuisse: *dum autem verbis utitur suis, delabitur in eas difficultates, ut necessitatem fati confirmet invitus*: haec, nisi ea ratione scripta esse intelleguntur, absurda sunt; sic vero ea ipsa signa putem, quae antecedunt, partes ab eodem auctore compositas esse atque hanc postremam.[4]) Et

---

[1]) Cf. ac. I § 17 et de fin. IV, unde orta sunt ac. II § 15 et de nat. deor. I § 16.

[2]) Eadem nituntur sententia de fin. V § 36 et 39: huius quoque loci auctor Antiochus est.

[3]) Cf. etiam ea, quae supra de § 25 suspicatus sum (p. 356 adn. 1).

[4]) Meminisse oportet, ubi vehementius in Chrysippum incurritur, id a Cicerone ipso fieri (§ 7 [*laquei* = de or. I § 43] § 12 §§ 15—16); § 21 autem cum § 38 comparanda est. Omnino vero ab Antiocho ipso lenius et placabilius dimicatur: passim (inprimis §§ 31 et 38) probat, quae probare potest.

nunc ne id quidem praetermiserim, in § 39 verba quaedam videri respicere ad singula nomina prius usurpata et fortasse etiam ad quasdam partes, *voluntarios* dico *motus animorum*, et postea: *qui necessitate motus animorum liberatos volunt* ad §§ 23—25, ad §§ 28 sqq.: *qui censerent omnia ita fato fieri, ut id fatum vim necessitatis afferret.* Idem tandem quam maxime videtur confirmari consensu nominum et argumentorum § 9 cum §§ 41 sqq.

Qui vero factum sit, ut in prooemio Cicero huius partis mentionem non faceret, complures cogitari possunt causae: quarum una est eum, cum illud conscriberet, in fonte perlegendo nondum usque eo progressum fuisse: prooemium videlicet ante hanc partem compositam exaratum esse inde sumo, quod tum nondum sciebat se quaestionem περὶ δυνατῶν ante enuntiationes, ut dicit ipse, esse tractaturum. Aut Cicero, cum partes disputationis enumeraret, eas tantum ratus est partes esse, quae a proposito exordirentur (§ 4): nempe quaestionem περὶ δυνατῶν, cuius initium quodam modo fit proposito (§ 13), ut partem propriam numerat; nostra vero caret eiusmodi proposito.

Utcunque autem haec res se habet, certe omnes eae difficultates facilius possunt tolli quam concedi ipsum Ciceronem hanc partem aliunde assumpsisse: nam et ratione argumentandi et rebus optime cum antecedentibus concinit, atque si non ex eodem libro esset sumpta, necesse esset conicere, in altero illo libro omnino talia antea esse exposita, qualia partibus nostris prioribus disseruntur, quoniam aliter haec pars non potest intellegi.

Atque de ratione quidem argumentandi id facile animadvertitur, §§ 41 sqq. ab Antiocho Chrysippi conclusiones prorsus eodem modo explanari et recenseri et inde, quae ipse sentiat, duci atque §§ 17 sq., 23 sq., 31 sqq., maxime vero consimiles esse §§ 13 et 14 atque §§ 44 et 45, quin etiam universam argumentationum compositionem concinere.

Ad sententiarum autem consensum probandum nonnullos ex §§ 39—45 locos exscribam. In § 40 conclusione, fortasse Carneadis, relata dicitur: *Quod cum vitiosum sit, probabiliter concludi putant non omnia fato fieri, quaecunque fiant.* Pergitur ilico (§ 41): *Chrysippus autem, cum et necessitatem*

improbaret et nihil vellet sine praepositis causis evenire, causarum genera distinguit, ut et necessitatem effugiat et retineat fatum. Miramur primo, quod illa conclusio non eadem ratione atque in § 32 (et § 23) collaudatur: sed huic parti aliud subest consilium; ea igitur neque probata neque improbata Chrysippi apponitur sententia, ne ea quidem inimice opponitur, deinceps huius conclusio maxima cum benevolentia disseritur aut defenditur, sed ita, ut simul satis multum illi, qua fatum esse negatur, concedatur: § 42 *Quam ob rem, qui ita fatum introducunt, ut necessitatem adiungant, in eos valebit illa conclusio; qui autem causas antecedentes non dicent perfectas neque principales, in eos nihil valebit.* Tum relata argumentatione Chrysippi in § 44 ostenditur exceptis eis, qui negent *assensiones anteire visa*, ceteros re consentire, etiamsi fati nomine differant: nam utrosque concedere *non fieri assensiones sine praecursione visorum;* Chrysippum dixisse *assensionis proximam et continentem causam esse in viso positam*, non dixisse *eam causam ad adsentiendum necessariam esse,* ergo si dicat *omnia fato fieri,* non dicere velle *omnia causis necessariis fieri*; illis quoniam concedant *nihil fieri sine praegressione causae,* si hoc idem sit atque *omnia fato fieri,* confitendum esse fato omnia effici. Confecta est haec sententiarum disceptatio et conciliatio § 44, quantum quidem cum assensionibus coniungitur, deinde breviter (§ 45) *omnino* ad casus vitae prospicitur et eadem ratione sententiae inimicae conferuntur et comparantur. Dubium non est, quin non multa perierint,[1]) certe non de ipso argumento. Habemus, quae Antiochus ipse sensit, ea sane, quae Chrysippo et adversariis communia esse dicit, *nihil fieri sine causis antecedentibus, eas* autem *non esse necessarias* (§ 44); *quibusdam in rebus causis antegressis in nostra tamen esse potestate, ut illa aliter eveniant, quorum causae fuerint* (§ 45). Hac disceptatione ipsius philosophi continetur sententia, si concedimus eum consilio et voluntate, quae legimus, conscripsisse. Illi, quorum conclusionem in § 40 rettulerat, *negabant fato assensionibus adhibito necessitatem ab his posse removeri,* ipse docuit, Chrysippi ope, hoc fieri posse.

---

[1]) Signum id quoque sit, quod § 45 de potestate nostra agitur; satis demonstratum est liberam voluntatem totius disputationis quasi fundamentum, principium et finem esse (cf. etiam ac. II § 39).

Facile cognoscitur hic nomine fati simili ratione neglecto eodem consilio contra necessitatem pugnari, quo antea contra aeternitatem causarum. Deinde id perspicuum esse puto, huic parti toti eandem subesse distinctionem atque §§ 9, 19, 23 sqq., 31 sqq.: nihil posse evenire nisi causa antecedente, interesse autem inter causas aeternas naturae necessitate manantes (§ 19) vel principales et fortuito antegressas vel proximas[1]) causas.

Ut igitur haec tertia et sine dubio postrema pars eius disputationis sit, cuius primam et alteram supra perlustravimus, ea mihi ab illarum universa ratione nequaquam abhorrere, immo optime concinere videtur, maxime cum altera parte et § 38. Partes vero omnes rationem Antiochi Ascalonitae clarissime prae se ferunt; omnes in idem intentae sunt consilium argumentationis eandemque exhibent quaestionis disceptationem.

At restat, ut de §§ 46—48 pauca addam, quas adhuc reposui, quia non ex Antiocho haustae sunt, sed a Cicerone adiunctae: hoc loco §§ 21—23 simili ratione imitatus est atque paragraphis 26—28 paragraphos 17—19. Eisdem fere plenae sunt offensionibus, inprimis § 46, cuius paene singulae voces discipulum et oratorem ostentant, non philosophi gravitatem et brevitatem. Quam puerilia et iocularia haec sunt: *aut num sortiuntur inter se, quae declinet, quae non? aut cur minimo declinent intervallo, maiore non? aut cur declinent uno minimo, non declinent duobus aut tribus? optare hoc quidem est, non disputare.* Ad ea vero, quae proxime antecedunt: *aliam enim quandam vim motus habebant a Democrito impulsionis, quam plagam ille appellat, a te, Epicure, gravitatis et ponderis,* conferas § 22: *Sed Epicurus declinatione atomi vitari necessitatem fati putat. Itaque tertius quidam motus oritur extra pondus et plagam* ..., momenta scilicet Democriti! Erravit Cicero prorsus oblitus argumentationis §§ 22 sq. et 18! Non aliter de § 47 et 48 iudices: omnia ex altero repetita sunt loco, partim dilatata, partim aucta, velut haec: in § 23 dicitur: *etiamsi sit atomus eaque declinet,* in § 48 scripsit Cicero: *nam ut essent atomi, quas quidem esse mihi probari nullo modo potest.*

[1]) Nomina causarum § 19 omnia ad Chrysippum accommodata sunt.

Interrogatur, cur Cicero hanc partem adiunxerit. Equidem ita sentio: orator perorationem desideravit verbosam; aptissima occurrit in Epicurum invectiva,[1]) quam omni ornavit arte rhetorica. Ergo post § 48, quae perierunt pauca, non iam ex fonte erant orta. Nam quaestionem ipsam absolutam esse primis § 46 verbis ipse dicit: *hoc modo hanc causam disceptari oportet.* Nescio an inde quoque, quod hic quodammodo indicat se ad finem fontis pervenisse, argumentum possit sumi, cum in § 39 eiusmodi nihil inveniatur, Ciceronem ibi eundem atque antea secutum esse auctorem.

Constat igitur, quantum quidem adhuc repperimus, disputationem Antiochi tres habuisse partes: quas restituere conati sumus et, quantum fieri potuit, a Ciceronis interpolationibus, ut ita dicam, purgare et ostendimus, quae qua ratione mutavisset aut corrupisset. Sed nondum plane confecta res est, quoniam initium disputationis Ciceronianae mutilatum est: interrogare oportet, quae de parte amissa possint conici. Atque unum quidem vestigium eius intra ipsum libellum nostrum relictum est, in § 40, ubi dicitur: ... *videamus in assensionibus, quas prima oratione tractavi,* eodemque videtur respicere § 42: ... *hanc habet rationem, ... quam dudum diximus.* Inquirendum est, utrum Ciceronis illa pars et haec verba propria sint an ex fonte hausta. Priusquam id diiudicemus, alia necesse est colligere vestigia.

Traduntur enim apud posteriores scriptores complura ex illa deperdita nostri libelli parte fragmenta, composita post alios a C. F. W. Muellero. Quorum manifestum est ad locum a Cicerone ex Posidonio assumptum ea pertinere, quae apud Aug. de civ. Dei V 2 ex libro de fato citantur: eis, quamquam satis pauca sunt, supplentur et declarantur §§ 5 et 6. Versus quoque ibidem V 8 ex Cicerone repetiti, quia clarissime rationem primae partis prae se ferunt, quae est de contagione rerum, de dissimilitudinibus ipsarum *mentium hominum* ex causis naturalibus factarum,[2]) huc referri possunt: sed id non licet decernere, num ex fonte sint hausti,[3])

---

[1]) In quem iam prius de nat. deor. I §§ 67 sqq. invectus erat.

[2]) Inprimis ex locorum natura et caelo (§§ 7 sq.) = *quali ... Iuppiter ... lustravit lumine terras.*

[3]) Chrysippum versus ita adhibuisse constat; videri potest ex locis a Gerckio (Chrysippea p. 714 sqq.) collectis.

quod fieri certe potuit,[1]) quamquam in disputatione reliqua nusquam versus invenimus. Sed quod Schmekelius, qui (p. 163) hos attulit versus, etiam initio cap. IX Augustinum ad nostrum libellum respicere suspicatus est, non adstipulor: soli enim nominantur libri de divinatione et de natura deorum, et verbis ipsis a Schmekelio adhibitis[2]) suam Augustinus profert sententiam, quo consilio ductum Ciceronem hos libros conscripsisse censeat. Itaque ad recuperandam nostri libelli partem amissam inde nihil sumi potest; aptissima vero sunt, quae deinceps ab Augustino disseruntur, argumenta ad quaestionem nostram universam melius perspiciendam, quoniam ille de eadem re acutissime et diligentissime disputat. Ad ipsum vero contextum de fato libri ultima eiusdem capitis (V 9) verba spectant, ubi denuo, ut passim ubi doctissimi viri, qui habetur, sententiae commemorantur, nomen Ciceronis appellatur (*nam et illud, quod idem Cicero concedit* . . .), qui quidem locus ideo nihil novi affert, quod illa pars libelli ipsa superstes est.

Progrediamur ad locum a Servio ad Verg. Aen. III 376 traditum. Chrysippi eo contineri fati definitionem mihi persuasum est: hoc, cum apertum sit eam Antiochi non esse, a principio e ratione opusculi nostri probabile est; nam eius non erat, ut prioris libri de divinatione, Stoicorum sententiam per se ipsam ita et ea mente describere, ut postea, libro altero, refutaretur; itaque non concedam Ciceronem ipsum, quae ex Posidonio (de div. I 125 sqq.) didicisset, hic mutatis verbis reddidisse; sed, quoniam in Chrysippum intenta est omnis disputatio, prioris certe quaestionis, necesse est huius relatam fuisse definitionem. Fieri autem potuisse, ut tam breviter referretur, inde apparet, quod Cicero (§ 4) dicit *contra propositum disputari* (v. p. 354). Sed ut tanta fiducia, quod conicio, obtineam, similitudine horum verborum

---

[1]) Nam aptiores sunt quam versus in libros de div. magna vi inferri. Fortasse eis Chrysippi sententia illustrata erat. Etiam §§ 7 sqq. de naturis hominum disputatur.

[2]) *Hos Cicero ita redarguere nititur, ut non existimet aliquid se adversus eos valere, nisi auferat divinationem* et postea: *In libris vero de divinatione ... oppugnat praescientiam futurorum. Hoc autem totum facere videtur, ne fatum esse consentiat ... Putat enim concessa scientia futurorum ita esse consequens fatum, ut negari non possit.*

cum definitione a Gellio tradita adducor, qui VII 2 dicit: *Fatum est, inquit* (scilicet Chrysippus), *sempiterna quaedam et indeclinabilis series rerum et catena volvens semet ipsa sese et implicans per aeternos consequentiae ordines, ex quibus apta nexaque est. Ipsa autem verba Chrysippi, quantum valui memoria, ascripsi, ut, si cui meum istud interpretamentum videbitur esse obscurius, ad ipsius verba animadvertat. In libro enim* περὶ προνοίας *quarto* εἱμαρμένην *esse dicit* φυσικήν τινα σύνταξιν τῶν ὅλων ἐξ ἀϊδίου τῶν ἑτέρων τοῖς ἑτέροις ἐπακολουθούντων καὶ μεταπολουμένων [1]) ἀπαραβάτου οὔσης τῆς τοιαύτης ἐπιπλοκῆς. Sine dubio utriusque, et Gellii et Antiochi, intererat vulgarem tritamque definitionem Chrysippi afferre; talis haec fuisse videtur. Cum prima autem, quam habemus, libri de fato parte, quoniam ad *conexionem* vel (de fato § 7) *contagionem rerum* pertinet, haud male convenit, quod hac definitione fatum describitur esse φυσικήν τινα σύνταξιν τῶν ὅλων: quasi sentiens se voce *conexionis* usurpata τάξεως notionem omisisse Cicero addidit: *quae suo ordine et lege variatur.* [2]) Ciceronis verbis *per aeternitatem* redditur ἐξ ἀϊδίου, extremis: *ita tamen, ut ipsa varietas habeat aeternitatem* exprimuntur ἀπαραβάτου οὔσης τῆς τοιαύτης ἐπιπλοκῆς; reliquis denique verbis: *se invicem tenens, quae ... variatur* nemo iam infitias ibit Ciceronem transtulisse Chrysippi τῶν ἑτέρων τοῖς ἑτέροις ἐπακολουθούντων καὶ μεταπολουμένων. Id vero, quam difficile sit Graeca illa in Latina convertere verba, optime cognoscitur collato Gellii, quod supra attuli, *interpretamento*. Maximi tandem ponderis id quoque censeo esse, quod et haec definitio et, quam ex §§ 7 sqq. novimus, refutatio bipertitae sunt: nempe concinit cum priore definitionis parte (εἶναι φυσικήν τινα σύνταξιν τῶν ὅλων) quod § 7 dicitur: *primum de ipsa contagione rerum respondeamus*; atque ea, quae §§ 8—10

---

[1]) Traditum *ΜΕΑΠΟΛΥΜΕΝΩΝ* ita emendavit Kumanudes; Zeller ἐπιπλεκομένων, Usener μὴ ἀπολυομένων (cf. Hertz ed. mai. Gell. I p. 379; Gercke, Chrysippea p. 714).

[2]) Id quod eo maioris debet momenti esse, quod ex locis a Stuevio (p. 16) collectis, inprimis de nat. deor. II § 19 et de div. II § 19, apparet Ciceronem vocem *ordinis* in convertendis nominibus Graecis alibi non consuevisse adhibere.

demonstrantur vel refutantur, multo certius continentur verbis Graecis: *ἀπαραβάτου οὔσης τῆς τοιαύτης ἐπιπλοκῆς* [1]) quam incertissimis Latinis: *reliqua postea persequemur*; ubi Cicero, quia libere Graecum propositum transtulerat, ipsa suae definitionis verba non potuit repetere.

Quae vero idem Gellius brevi post (VII 2, 15) ex libro nostro affert: *Chrysippus aestuans laboransque, quonam pacto explicet et fato omnia fieri et esse aliquid in nobis, intricatur hoc modo* Ciceronis esse verba puto vehementius Chrysippum vituperantis; parum concinunt cum §§ 39 sqq. Probabilius quam cum loco modo tractato haec coniungenda sint cum § 40 assensionibus. Quoniam hoc loco legitur *assensiones prima oratione tractatas esse,* necesse est hoc quaestionis initium perisse; neque vero credo initio disputationis Antiochi id factum fuisse: nam de assensionibus, quantum quidem ad disputationem suam referre potuit,[2]) admodum copiose agit §§ 39 sqq. Vix potest cogitari de eisdem ab illo iam antea accuratius esse disputatum, scilicet non de ipsis, sed ita, ut ad hanc quaestionem relatae essent; nam id nemo opinetur, de notione et natura earum initio esse actum et hic tandem eas cum quaestione ipsa coniungi. Quid enim esset assensio, definire neque huius quaestionis erat et ab Antiocho in eo libro erat expositum, ex quo Ciceronis ac. II § 30 et §§ 37—39 haustae sunt. Accedit, quod equidem nullo modo possum concedere eam partem, qua fundamentum totius disputationis libera voluntate quam acerrime confirmata iacitur, aliam antegressam esse, minime de assensionibus, de quibus agere nisi re satis patefacta et demonstrata hominis vere philosophi non potuit esse. Ergo Cicero sive quae ex ipsis §§ 39 sqq. cognoverat, sive ea sola, quae ex illa altera Antiochi disputatione, unde academica exscripserat, non multo antea didicerat, aliquo modo prima oratione tractavit, simili modo, quo de div. I §§ 1 sqq. quaedam occupavit, quae ipse ex libris postea accuratius exscriptis collegerat, aut quo modo saepius postea ad argumenta libris de natura deorum explanata respexit. Fortasse igitur verba illa a Gellio tradita omnino prima fuerunt disputationis de fato, tum assensiones

---

[1]) Cf. p. 348.

[2]) Cf. Plut. de Stoic. rep. cap. 47 et ac. II 37—39.

erant tractatae, et sic ad primam Antiochi partem pervenit, cuius initium illud propositum erat, quo quid sit fatum describitur, quocum aliqua ratione versus Homerici erant iuncti. Universam de fato sententiam Chrysippi etsi breviter comprehensam initio disputationis expositam fuisse, ut Schmekelius (p. 165) iudicavit, equidem non credo. Quae denique Macrobius Saturn. III 16, 3 sq. narrat, quomodo cum quaestione de fato ipsa cohaereant, ego non possum videre. Quoniam autem vix dubium est, quin ea re vera ex Ciceronis de fato libello exscripta sint, aut prooemii initium fuisse suspicor, aut, id quod multo veri similius puto, alicubi primae orationis stetisse: erat fortasse iucunda hac narratiuncula in quaestionem introductum (simili via atque exempli gratia de invent. II, 1 sqq.); simul ita Hirtii elegantissime captabat benevolentiam, *viri sibi amicissimi et his studiis, in quibus* Cicero *a pueritia vixerat, dediti* (§ 2), et ostendere poterat, quaestionem, quam suscepissent, *obscurissimam et implicatissimam* (Gellius VII 2, 15) *paucorum hominum esse.*

Haec fere de fragmentis mihi erant dicenda: mea igitur sententia multo plurimum ad quaestionem nostram fati illa definitio Chrysippea affert, quam Servius exscripsit: quam ad primam disputationis, quae exstat, partem referendam esse supra exposui, nec minus versus Homericos ab Augustino traditos; de Aug. V 2 idem per se consentaneum est. Ex ceteris id sumam, Ciceronem prima oratione de difficultate et obscuritate rei (cf. de nat. deor. I 1) verba fecisse, inprimis etiam de Chrysippo, quem nihil expedivisse ostendit, cum simul aliquo modo assensiones tractaret: utrum nonnulla [1]) aut ex prooemio qualicumque, quod Antiochum disputationi suae praeposuisse probabile est, adhibuerit, [2]) aut a Carneade argumenta contra Chrysippum repetiverit, an plane suus fuerit, pro certo diiudicare non iam licet.

Perisse igitur constat praeter initium primae, quam vocavimus, partis disputationis introductionem illam Ciceronis descriptionemque et explicationem assensionum; quae quanta fuerit ignoramus. Alias partes excidisse nulla adsunt testimonia, ne suspiciones quidem: quoniam enim minime probabile est in disputatione Antiochi

[1]) Certe non omnia; nam quae Gellius tradit, consentiunt cum § 7, § 12, §§ 15—16 (*aestuans* § 15), minime cum § 39.

[2]) Cf. ac. II §§ 13—18.

primam illam de moribus et libertate voluntatis partem aliam antegressam esse, qua de fato ipso quaereretur,[1]) neque postea ad refutandum Chrysippum aut Stoicos a Cicerone aliunde argumenta addita sunt ad ipsum fatum pertinentia neque scimus ex libris eius[2]) locum praeter ac. II §§ 37—39 ad quaestionem nostram spectantem, qui ei in memoriam redire potuerit, nulla cogimur causa, ut id suspicemur.[3])

Itaque de Antiochi disputatione perpauca, de exordio Ciceronis nonnulla amissa esse censeo. Num ea sufficiant, quibus complures compleantur paginae, ego non audeo decernere.

Quae adhuc de *fonte et compositione* libri de fato invenimus, cum valde dispersa sint, *breviter comprehendam.* De *fonte* demonstravimus librum *Antiochi* Ciceronem secutum esse, atque ita, ut non solum singula argumenta inde sumeret, sed universam describeret argumentationem ordine totius disputationis servato; quod semel ordinem vitiose mutavit, eo non infirmatur, quod dicimus, immo quam maxime fulcitur, quoniam, quae eo ortae sunt, discrepantiae a Cicerone non sublatae sunt. Intra contextum autem huius disputationis e *fontibus*, unde brevi antea *hauserat libros de divinatione*, nonnullos locos *interiecit*, plerumque parum apte, ex Posidonio ea, quae § 7 antecedunt, ex Panaetio (vel Clitomacho) §§ 15—16 et nonnulla ex §§ 11—12. Postremo, quae ipse elaboravit, enumero: ut veri simillimum duco, exordium, certe perorationem disputationis (§§ 46 sqq.), quam ad §§ 22—23 adaptavit, et §§ 26—28, quibus §§ 18 sqq. imitatus est, denique §§ 34—36 e memoria videtur inseruisse. De *compositione* vero, quae apparuerint, et ordine argumentorum cum complecti volumus, praestet non iterum Ciceronis partes, sed *Antiochi* enumerare, quoniam de illius partibus propriis satis dictum est. *Tres partes* continebat Antiochi disputatio: *primae* propositum erat Chrysippi illa definitio fati de conexione

———

[1]) Ne concedam de diversis philosophorum, qui ante Antiochum fuerunt, sententiis antea actum fuisse, prohibeor § 39.

[2]) Conscriptis et editis scilicet, non propositis tantum (ut de div. II 19): ceterum Carneadis refutatio ipsi disputationi nostrae inest.

[3]) Quamquam de Cicerone ipso, cum notum sit, quantas ambages et digressiones facere consueverit, non plane liquet.

vel contagione rerum: ex aeternitate omnia naturalibus causis inter se conexa esse et immutabilem esse hunc ordinem causarum aeternarum; respondebatur primum de contagione rerum ipsa (§ 7), tum de immutabilitate causarum (§§ 8 sqq.), neque vero in universum disputatio fiebat, sed ad dissimilitudines solum spectabatur, quae essent in naturis hominum: nasci sane homines natura dissimiles et alios ad alia propensiores propter causas naturales et antecedentes, at nostrarum voluntatum atque appetitionum causas naturales et antecedentes non esse, immo in nostra potestate esse, quae ex naturalibus causis innata essent, vitia vincere et exstirpare. Cum haec ad mores (ἦθος) spectaret, altera pars plane λογική erat; ei proposita erat Chrysippi de enuntiationibus conclusio: iure Chrysippum defendisse omnem enuntiationem aut veram aut falsam esse; sed quod inde sequi docuisset omnia fato fieri, non posse probari; neque vero Epicurum rectam invenisse viam, qua ex his angustiis posset effugi, cum sine causa atomos declinare dixisset: nullum sine causa motum esse. Ergo non ab Epicuro praesidium petendum esse in Chrysippum, sed a Carneade, qui recte id tantum defendisset — hoc loco pars altera prima nititur — voluntatis nostrae non esse causas externas et antecedentes; non omnino sine causa, at sua tantum natura moveri animos nostros (§§ 21—25). Ita decertato Chrysippi et Epicureorum certamine, neutro illorum omnino probato, Epicuro plane improbato, Carneade ad auxilium advocato, primum obtinebatur Chrysippi de enuntiationibus sententia, etiam de futuris (§§ 13—14, 17—18), tum vero propulsabatur, quam ille inde concluserat, necessitas fati aut aeternitas causarum: concedendum esse nihil sine causis fieri, at interesse inter causas aeternas naturae necessitate manantes et inter causas fortuito antegressas: illa causarum aeternitate homines libera voluntate spoliari et necessitate fati devinci: ergo aeternitatem causarum tollendam esse; ita omnes enuntiationes, eas quoque, quae in futura prospicerent, veras quidem esse ex aeternitate, causas vero non habere ex aeternitate manantes (§§ 18—19, 28—38). Tertia denique parte pro consuetudine sua adversarios inter se conciliare conabatur Antiochus[1]): nitebatur haec quoque partibus

---

[1]) De hac parte non opus est singula repetere argumenta (cf. p. 367 sq.).

antecedentibus; nam sine illa distinctione neque stare neque intellegi potest utrumque posse teneri et nihil fieri sine causis et esse aliquid in potestate nostra: sic quoniam omnes et nominum et sententiarum reliquas differentias neglegebat, iudicare ei licebat: *verbis eos, non re dissidere.*

Haec est dispositio partium. Nunc etiam rationem, qua tota argumentatio instituta et constructa sit, quippe qua clarissime universum Antiochi philosophandi genus contineatur, breviter adumbrabo. Et in prima et in altera parte quaestionis initium a conclusionibus Chrysippi factum est: tum contra eas disputabatur, sed ita, ut rursus aliorum opponerentur philosophorum sententiae; discernebatur deinde, quae ex singulis probanda essent, quae improbanda, etiam ex Chrysippo. Apertum enim est, non ideo maxime susceptam esse disputationem, ut Chrysippus propulsaretur et refelleretur, quamquam, cum Antiochus ipse liberam esse voluntatem sentiret, in eius conclusiones intendenda erat, sed ut inveniretur, quid re vera de fato esset iudicandum. Id autem fiebat disceptando: modo probando, modo reiciendo ex omnibus sententiis aut potius ex Carneadis et Chrysippi contrariis, suam eligebat et concinnabat. Ita ei obtigit, ut conclusionem illam plane absurdam conglutinaret, esse quaedam vera ex aeternitate, causas vero ex aeternitate manantes non habere, priore parte Chrysippi defendens de enuntiationibus sententiam, posteriore Carneadem secutus. In § 25 utramque sententiam consertam et commixtam esse supra (p. 355) ostendi. Quoniam vero neutram plane improbavit, neutri prorsus assensus est, ad rem absolvendam opus ei esse videbatur demonstrare etiam ipsos adversarios nominibus tantum differre, re congruere. Talis philosophi est potius aliorum interpretari[1]) et versare sententias, interdum etiam, si opus erat, vi torquere et mutilare, quam audere de suo suam profiteri: de §§ 39 sqq. nihil necesse est addere; eadem ratione §§ 32 sq. Carneadem ad suam sententiam deducit, simili § 17

[1]) Etiam de § 8: *quoniam igitur, inquit, tantum natura a natura distat* ... § 9: *Haec disserens, qua de re agatur* ... *non videt* nunc dubium non sit, quin his non impediatur, quo minus primae parti illa brevis conclusio Chrysippi proposita fuerit: explicatur ab Antiocho et dilatatur (conferas §§ 41 et 42).

Diodorum; sic in Carneadis sententiam naturam Stoicorum infundit; eadem sollertia contentionem Diodori et Chrysippi composuit, cum, quia in hunc locum (§ 13) convenit, divinis praedictis ipsa contraria ratione usus est atque in § 33, ubi aptum erat Carneadi astipulari illis diffidenti. Nunc non iam mireris, quod in § 25 cavet, *ne omnes se physici irrideant,* quod (§§ 43—44) Carneadem et Chrysippum, quasi patronos et fontes suae sententiae, idem sentire docet, quod denique audet suam rationem Chrysippo quoque imputare (§ 39): nam ipse id perficere studet, quod illum voluisse censet, *tamquam arbiter honorarius medium ferire.*

Haec ratio non est philosophi audacis neque sagacis neque acerbitatem veri amantis, immo mitioris et tanquam senilis.

Quoniam usque ad ipsum Antiochi librum progressi sumus, quasi ante limen philosophi stamus intrare cupientes, quae ipse re vera sentiat, accuratius non modo in universum sed singillatim accepturi. Quaestio est, qua ratione Cicero non solum ordinem universum et partitionem, sed etiam singula verba et sententias reddiderit. Duplex videtur esse haec quaestio. Cum enim Antiochus saepius aliorum, videlicet ad verbum, exscripsisset conclusiones, etiam Ciceroni eae verbo tenus convertendae erant; interrogatur, quanam diligentia et fide id fecerit. Adest definitio fati primae parti ex Chrysippo proposita: manifestum censeo esse verba Graeca magis eleganter quam sollerter et accurate a Cicerone esse conversa, at id quoque elucet, satis eum operae impertivisse, ut et recte et dilucide transferret. Porro cum conferimus locos genuinos et eos, quos invenimus ad illorum exemplum compositos esse, §§ 26—28 cum §§ 18 sqq. et §§ 46—48 cum §§ 22 sqq., statim apparet, ut locis genuinis errores vitarentur, non aliter fieri potuisse nisi ita, ut Cicero verba libri descripti sequeretur. Nondum dico ad verbum eum passim illius contextum transtulisse, id solum contendo, eum semper ad illius verba respexisse, illa ei semper in scribendo ad manus et ante oculos fuisse: nam exempli gratia in § 7, quae scripsit: *reliqua postea persequemur* verisimile puto ab eo mutata esse convenienter cum sua fati definitione, in fonte clarius fuisse dictum, postea quaeri, num ἀπαράβατος sit ἡ τοιαύτη ἐπιπλοκή. Sed hoc nihil fere

valet, gravius est, quod non semper dubitatione caremus, num passim nomina ab Antiocho proprie indita,[1]) inprimis nomina causarum religiose reddiderit: de difficillima § 32 incertum hoc puto et miror, quod in tertia parte variantur: in universum autem id, quod Antiochus dicere volebat, recte tradidisse videtur. Complures denique locos eius modi credo esse, ut primo visu cognoscatur ad verbum eos esse conversos, velut in § 21: *Hic primum si mihi libeat assentiri Epicuro ... eam plagam potius accipiam quam fato omnia fieri comprobem; illa enim sententia habet aliquid disputationis, haec vero non est tolerabilis,* et quae sequuntur usque ad § 25: non necesse est repetere, quae supra (p. 356) de § 25: *ne omnes physici irrideant nos* et de commutata oratione §§ 23 et 24, p. 369 de § 23: *etiamsi sit atomus eaque declinet* ostendimus. Hic etiam verba illa, quae apud Ciceronem absurda sunt, opus est commemorare (§ 17): *Qui locus attingit hanc quaestionem.* In § 13 nonnulla commutata esse probabile est, etiam apostrophe ad Chrysippum facta Ciceronis esse videtur. Cetera huius partis et universae fere prima et tertia partes verbo tenus translatae videntur.

Nec absona sunt ab hac ratione Ciceronis ipsius testimonia. Profitetur ipse ac. I § 14: *Quid est enim, quod malim quam ex Antiocho iam pridem audita recordari et simul videre, satisne ea commode dici possint Latine,* ubi premere iuvat, quod de ipso Antiocho haec verba fiunt, et annotare, paucis locis exceptis, qui facillime discernuntur (§ 8, §§ 25—26, § 33, § 35), a § 15 — § 42 omnia videri simili modo translata esse atque libellum de fato. Illa vero non solum de vocibus quibusdam et nominibus Latina lingua novandis dici sed de tota, quae sequitur, oratione etiam inde apparet, quod, ubi opus esse videtur, idem denuo suo loco monetur velut ac. I §§ 24—26, II 15. 17. 18. 22. 26. 27. 31 etc. Alterum autem locum, de fin. III § 15, quamquam ad Stoicorum potissimum respicit rationem, quae *difficilius quiddam et obscurius habere* narratur, tamen ad nostram quoque quaestionem referre possumus, quoniam hanc quoque obscuram appellat Cicero (§ 1 et Gellius VII 2, 15): *Nec tamen exprimi verbum e verbo necesse erit, ut interpretes indiserti solent,*

---

[1]) Id quod hic minoris est momenti quam in ac. II §§ 19 sqq.

cum sit verbum, quod idem declaret, magis usitatum. Equidem soleo etiam, quod uno Graeci, si aliter non possum, idem pluribus verbis exponere. Quo loco confirmatur Ciceronem convertere voluisse — fugit hic verbum convertendi, sed id ipsum significari ex consimili loco de opt. gen. or. § 14 cognoscitur: *Converti enim ex Atticis . . . orationes . . .; nec converti ut interpres sed ut orator, sententiis iisdem et earum formis tamquam figuris, verbis ad nostram consuetudinem aptis, in quibus non verbum pro verbo necesse habui reddere, sed genus omne verborum vimque servavi* — et simul inde discimus, qua ratione Cicero converterit.

Postremo id quoque cupimus scire, ex quo opere Antiochi haec disputatio de fato sumpta sit, quale et quantum fuerit. De libris vero ab Antiocho editis adhuc id tantum compertum habemus,[1]) contra Philonem magistrum ab eo librum vulgatum esse, qui Sosus inscribebatur (Cic. ac. II 11 sq.), ad Q. Lucilium Balbum eum misisse librum ad ἦθος spectantem (de nat. deor. I 16),[2]) denique *κανονικά* eum conscripsisse, ex quorum libro secundo Sextus Empiricus duos locos exscripsit (VII, 162 et 201) ad αἰσθήσεις pertinentes, quales essent et qua via orerentur. Quaeritur, num ex his libris apud Ciceronem — nam certa nusquam alibi habemus vestigia praeter Sexti Empirici locos modo commemoratos — aliquid exstet. Pro certo id posse dici de Soso putaverim, unde ac. II §§ 40—60 fluxisse videntur.[3]) Ut vero

[1]) Cf. Susemihl, Griech. Litteraturgesch. II p. 290.

[2]) Hirzel, Philos. Unters. III 273 sq. recte ex ipsis huius loci verbis conclusit, hunc librum sine dubio non esse Sosum, id quod Krischius et Zeller suspicati erant, sed eum librum, ex quo de fin. libr. IV et V hausti essent. Mihi tamen verba haec ad libr. de fin. IV solum videntur respicere; quem, cum de ambitu librorum Antiochi a ceteris dissentiam et hac de causa alterum tantum eorum censeam ad Balbum missum esse, ad philosophum Stoicorum disciplinae deditum verisimilius existimo directum fuisse quam de fin. V.

[3]) Hirzel (ibid. III p. 251) comprobavit sententiam Krischii, omnia a § 13 ad § 60 ex Soso orta esse. At ipse exposuit (254 sqq.), cum prior disputationis pars usque ad § 39 optime inter se conexa et disposita esset, ordine praeclaro et ita, ut refutatio Academicorum § 39 absoluta esset et nihil ultro desideraretur, tamen pergi, et alienissimum

ac. II §§ 13—39 ex canonicis exscriptae sint, fieri posse non prorsus nego, quamquam me quidem hoc non probare

---

esse, quod hic tandem (§§ 40 sqq.), quae iam antea propulsata esset, doctrina Academicorum explicaretur, ad ea vero, quae antegressa essent, non responderetur: quem ordinem ineptissimum esse ipse iudicavit, alias dispositionis offensiones accedere (p. 258 sq.). His autem difficultatibus omnibus sperat subveniri posse, cum coniciatur Sosum illum fuisse dialogum. Quae ad eam coniecturam probandam deinceps attulit, quia nullius ponderis sunt, omitto. Hirzelius ipse obicit illa aetate philosophos non fere conscripsisse dialogos. Etiam id debebat interrogare, num, quod in oratione perpetua reprehensione maxima dignum est, in dialogo liceret, et cur intra §§ 13—39 optimus inveniretur ordo, postea non ita, tandem cur Cicero, qui alias, ubi in fonte non erat, dialogum introduxit, hic, si fons praebebat, dialogum exstincturus fuisset. Addendum est, quod identidem de eisdem rebus iterum agitur et sic, ut nulla voce significetur iam antea eandem rem esse tactam. Iure Schwenke (Bursians Jahresber. XXXV 79) respondit — de §§ 13—39 quidem — non in Philonem pugnari et (Philol. Rundsch. IV 1884 p. 878 sq.), quoniam ex § 49 Hirzel duxisset, per complures dies dialogum fieri, male convenire, quod Sosus unus liber fuisse traditur.

Posita est illa coniectura in § 12: *Tum et illa dixit Antiochus... et alia plura, nec se tenuit, quin contra suum doctorem librum etiam ederet, qui Sosus inscribitur.* Pergitur complures dies Heraclitum Tyrium Alexandriae contra Antiochum disseruisse, hunc contra Academicos, tum dicitur: *multum temporis in ista una disputatione consumpsimus. Sed ea pars, quae contra Philonem erat, praetermittenda est . . . Ad Arcesilam Carneademque veniamus.* Quid aliud haec sibi volunt, nisi Sosum non esse fontem insequentis disputationis? Qui autem cum ea coniectura conciliari potest universa § 17 ratio? Deinde, quoniam in § 11 Antiochus, homo natura lenissimus, stomachari coepisse dicitur, in §§ 19—39 stomachantis nihil est, defendit et confirmat, quod ipse sentit, non offendit aut aggreditur adversarios. Longe vero diversa ratio §§ 40 sqq., maxime §§ 53—55 et § 60: manifestissimum esse puto, haec ex Soso sumpta esse, illa non indidem. Aut quomodo fieri potest, ut in § 49 dicatur: *Ad has omnes visiones inanes Antiochus quidem et permulta dicebat et erat de hac una re unius diei disputatio: mihi autem non idem faciendum puto, sed ipsa capita dicenda,* si iam antea non modo capita, sed universam fere orationem Cicero exscripserat? At omnes difficultates componuntur, si Cicero duobus libris Antiochi diversis usus est, altero ad conscribendas §§ 13—39, Soso ad §§ 40—60. Initio igitur Sosi sententiae adversariorum breviter adumbratae erant (§§ 40 sqq.), unius diei disputatio (§ 49) ficta est ad unum Sosi librum, Cicero capita tantum excerpsit, et quod iam alium antea exscripserat Antiochi librum

confiteor.[1]) Nihil impedit, quominus de fin. IV §§ 14 sqq. librum illum ad Balbum missum contineant. At quid de disputatione *περὶ εἱμαρμένης* censendum est? Quantus hic liber et qualis fuit? Atque primum quidem id certum est, libello nostro de fato et ac. II §§ 13—39, item ac. II §§ 40—60, quae adhibitae sunt disputationes Antiochi, totas fere exhaustas esse: in his Cicero bis annotat se capita tantum referre, ac. II § 49 et II § 30 (§ 37 respicitur ad omissam partem), unde veri simile fit cetera integra et plena reddi, non excerpi. Pleniores vero aut prorsus incolumes habemus eas disputationes, unde librorum Ciceronis de fin. V §§ 15—72 atque de fin. IV §§ 14 sqq. conversae sunt, item ac. I §§ 15—42. Hae disputationes non eadem omnes amplitudine sunt, at certe simili: non est causa, cur dubitemus, quin genuinae Antiochi disputationes aut consimilis aut eiusdem fuerint ambitus, paene parvae aut mediocres, certe non permagnae. Omnes vero eo consentiunt, quod intra certos fines de certa re breviter et summatim, at plene et quantum opus est disputatur, quaestio suscepta tota conficitur. Omnes vulgarem quandam prae se ferunt rationem, quasi ad usum discipulorum compositae. Quoniam autem satis constat multos Romanos Antiochi auditores fuisse et secundum testimonium de nat. deor. I 16 *liber Antiochi nostri, qui ab eo nuper ad hunc Balbum missus est*, Balbo dedicatus fuerit liber ab Antiocho ipso,[2]) non procul abest suspicio, eorum potissimum causa has disputationes conscriptas et sic compositas esse. Erant tanquam orationes coram dispulis habitae, tum litteris mandatae et in vulgus editae (cf. ac. I § 14), minus

et quod spinosas philosophorum argumentationes oderat aut contemnebat; voluptati vero oratori erat, quod stomachabatur Antiochus; simul §§ 40 sqq. brevissime conclusae erant Academicorum sententiae.

[1]) Non veri simile id esse inde sumo, quod, quae eo loco explicantur, in libro primo erant tractanda, et quod, cum satis conficiatur quaestio suscepta intra hanc disputationem, vix credibile est alium antecessisse aut insecutum esse de eadem re librum; postremo subtiliora sunt, quae Sextus illinc tradit, et remota ab omni ratione huius orationis satis vulgaris. Plane autem diiudicari haec res ideo non potest, quod partem eam, qua *αἰσθήσεις* expositae erant, Cicero (§ 30) brevissime excerpsit.

[2]) Schoemann ad h. l.

contra philosophos intentae, praeter Sosum et, meo quidem iudicio, *κανονικά*. Ipsa quoque indoles Antiochi magis ad usum vitae inclinabat: aptissimus igitur erat, qui adeo accommodata naturae Romanorum conscriberet, quale de fin. IV.

Quas disputationes ab Antiocho ipso in vulgus editas esse nemo iam infitiatur, etsi inscriptiones earum nusquam traduntur: habemus Ciceronis cum testimonium de libro ad Balbum misso tum ipsos libros conversos, prò nominibus res. Quarum una erat *περὶ εἱμαρμένης*. Fortasse aliquo modo cohaerebat cum ea disputatione, quae (ac. II §§ 37—39) mirum quantum in eandem prospicit de libertate voluntatis nostrae sententiam; cum hac autem sine dubio coniuncta est quaestio *περὶ τέλους* (ac. II 29).[1] Ratio vero disceptandi eadem atque in libro de fato reperitur in eo, ex quo Cicero quartum suum de finibus exhausit; eodem tempore, quae ac. I §§ 15 sqq. docentur, videntur conscripta esse.

De Cicerone philosopho quae ex quaestione mea consequantur, sic breviter complectar:

1. Omnes partes eius propriae oratoris rationem et consuetudinem prae se ferunt; non potuit Cicero scribere, libros certe in vulgus edendos, nisi relapsus in quaestiones rhetoricas et copiam verborum ceterasque artes oratorias. Itaque eius modi signa vestigia possunt existimari, tales locos ab ipso esse conscriptos.

2. Ad rem de suo nihil attulit in disputatione nostra et ea, quae aliunde adsumpsit, plerumque extra rem digrediuntur.

3. Et ratio tota, qua ex fonte hausit, et partes ab ipso ad exemplum genuinarum factae et errores mutati ordinis testantur Ciceronem non perspexisse neque intellexisse neque universam compositionem neque singula argumenta disputationis Antiochi, certe non alterius partis, quae quidem difficilis est ad intellegendum: neque vero satis strenue elaborabat, sed primo aspectu cum pars ea, quae est *περὶ δυνατῶν*, a proposito videretur incipere, in prooemio eam tertiam enumeravit totius disputationis partem, de parte insequenti omnino tacuit. Atque etiam tota haec singularum

---

[1]) = de fin. V.

partium dispositio (§ 1) notionibus nimis communibus et inanibus inducitur.

Ergo quantum convertit, laudandus, quantum ipse conatus est suo arbitrio fontis ordinem mutare, reprehendendus est, quoniam nihil profecit, immo corrupit argumentationem auctoris. Liber de fato fons est sententiae Antiochi, Cicero propriam non profitetur,[1]) nisi credimus quaestione illa § 6 verbosa[2]) eam contineri: quae quidem verba oratoris sunt, sententia autem vulgi est vel levissimi cuiusque hominis, non philosophi de conexione causarum et de fato physice dicto (de div. I § 125) inquirentis; Cicero ne tum quidem, postquam libros de divinatione conscripsit et in disputatione Antiochi versari coepit, animadverterat, in quo causa consisteret. Nomen igitur et universam disciplinam Antiochi sectatus est, quem senserat cum doctrina Academicorum congruere negantium fatum esse: quibus de causis et qua ratione id esse negaret, Ciceroni magnae curae non erat; satis habebat negare aut dubitare, ut Academicus videretur.

---

[1]) Hoc ausus sum iudicium proferre, quamquam initium disputationis deest, ubi suam Cicero solet sententiam exponere: num in hoc libro id copiosius fecerit, nescimus: si fecit, tamen, quae dixi, vera esse certus sum.

[2]) Cf. p. 346 sq.

Druck von Ehrhardt Karras, Halle a. S.

DISSERTATIONES PHILOLOGICAE HALENSES
VOL. XVII PARS 1

DE SERMONE EPICTETEO
QUIBUS REBUS AB ATTICA REGULA DISCEDAT

SCRIPSIT

PAULUS MELCHER

HALIS SAXONUM
MAX NIEMEYER
MCMVI

Fortsetzung siehe dritte und vierte Umschlagseite.

Dissertationes philologicae Halenses:

— Vol. VI. pars I. 1885. Pag. 1—232. ℳ 6,—
Inhalt: C. Roos, De Theodoreto Clementis et Eusebii compilatore. Accedit epimetrum de Platonis codicibus. — H. Karbaum, De auctoritate ac fide grammaticorum latinorum in constituenda lectione Ciceronis orationum in Verrem. — E. Th. Schulze, De Q. Aurelii Symmachi vocabulorum formationibus ad sermonem vulgarem pertinentibus.

— — pars II. 1886. Pag. 233—478. ℳ 4,—
Inhalt: Oscarus Hausehild, De sermonis proprietatibus, quae in Philippicis Ciceronis orationibus inveniuntur. — Theodorus Voigt, De Atrei et Thyestae fabula.

— Vol. VII. 1886. 396 S. ℳ 10,—
Inhalt: Paulus Graetzel, De pactionum inter graecas civitates factarum ad bellum pacemque pertinentium appellationibus formulis, ratione. — Adolfus Brinck, Inscriptiones graecae ad choregiam pertinentes. — Eduardus Roellig, De codicibus Strabonianis, qui libros I—IX continent.

— Vol. VIII. 1887. 292 S. ℳ 7,—
Inhalt: P. Roellig, Quae ratio inter Photii et Suidae lexica intercedat. — Augustus Nebe, De mysteriorum eleusiniorum tempore et administratione publica. — G. Kalkoff, De codicibus epitomes Harpocrationeae. — Ernestus Herforth, De dialecto cretica.

— Vol. IX. 1888. 312 S. ℳ 8,—
Inhalt: Guilelmus Reinecke, De scholiis Callimacheis. — Ioannes Rosenboom, Quaestiones de Orphei Argonauticorum elocutione. — Wolframus Kausche, Mythologumena Aeschylea.

— Vol. X. 1889. 306 S. ℳ 8,—
Inhalt: O. Liermann, Analecta epigraphica et agonistica. — G. Keil, De Flavio Capro grammatico quaestionum capita II.

— Vol. XI. 1890. 402 S. ℳ 9,—
Inhalt: Aug. Hildebrand, De verbis et intransitive et causative apud Homerum usurpatis. — Hermannus Pusch, Quaestiones Zenodoteae. — Guilelmus Meiners, Quaestiones ad scholia Aristophanea historica pertinentes.

— Vol. XII. pars I. 1891. Pag. 1—176. ℳ 4,80
Inhalt: Ricardus Walther, De Apollonii Rhodii Argonauticorum rebus geographicis. — Hubertus Schmidt, Observationes archaeologicae in carmina Hesiodea.

— — pars II. 1894. Pag. 177—387. ℳ 5,20
Inhalt: Arthurius Gerstenhauer, De Alcaei et Sapphonis copia vocabulorum. — Henricus Anz, Subsidia ad cognoscendum Graecorum sermonem vulgarem e Pentateuchi versione Alexandrina repetita.

Druck von Ehrhardt Karras, Halle a. S.

DISSERTATIONES PHILOLOGICAE HALENSES

VOL. XVII PARS 2

DE PLATONIS EPISTULA SEPTIMA

SCRIPSIT

IOANNES BERTHEAU

HALIS SAXONUM

MAX NIEMEYER

MCMVII

Fortsetzung siehe dritte und vierte Umschlagseite.

DISSERTATIONES PHILOLOGICAE HALENSES
VOL. XVII PARS 3

DE P. PAPINIO STATIO VERBORUM NOVATORE

L

SCRIPSIT

MAXIMILIANUS SCHAMBERGER

HALIS SAXONUM
MAX NIEMEYER
MCMVII

Fortsetzung siehe dritte und vierte Umschlagseite.

DISSERTATIONES PHILOLOGICAE HALENSES
VOL. XVII PARS 4

DE COMPOSITIONE ET FONTE
LIBRI CICERONIS
QUI EST DE FATO

SCRIPSIT

ADOLPHUS LOERCHER

HALIS SAXONUM
MAX NIEMEYER
MCMVII

Druck von Ehrhardt Karras, Halle a. S.